Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# P. Terentii Aphri Comoediae sex

https://hdl.handle.net/1874/420870

# Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

# This book is part of the Van Buchell Collection

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

TERENTII
Comoediæ.
&
VIRGILII
Bucolica & Georgica
E. H. 1581.

X oct.
132
U.B.U.

132

Litterae Latinae

Octavo nº. 132.

a precio x [illegible]

Est huberti barthely

N 95. B.

1

# P. TEREN-TII APHRI COMOEDIAE SEX,

per ~~Philippum Melanchtho-~~

*nem reſtitutæ.*

ADDITA SVNT HAEC:

*Argumenta eiuſdem Philippi* [redacted] *in totas comœdias: Itemq́; Pauli Malleoli in ſingulas ſcenas. Scholia præterea tum Philippi* ~~*Melanchthonis*~~, *quæ quidem* ✱ *prænotauimus, tum Petri Marſi, in loca obſcuriora, neutiquam contemnenda.*

ADIECTAE SVNT PRAETEREA *Chriſtophori Hegendorphini adnotatiunculæ nuper editæ, quas hac figura* † *notauimus.*

COLONIAE
*Ioannes Soter excudebat,*
AN. M D XXIX.

Ex dono. ... Bucgelij

# AD PVEROS
## VINCENTIVS OBSOPOEVS
*in commendationem Terentij.*

*Parue puer balbæ uitium dediſcere linguæ*
*Qui cupis,& pure uerba Latina loqui,*
*Et cultus placidis clareſcere moribus olim*
*Viuere ciuili ut more proberis homo.*
*Non ego longinquas iubeo te inuiſere gentes,*
*Et multo duras ire labore uias.*
*Vt quæras celebres morum linguæq; Magiſtros*
*Fingentes docte pectus & ora tibi.*
*Ecce domi præſto eſt uitæ uociſq; Magiſter*
*Fingere qui poterit doctus utrunq; tibi*
*Ne'ue diu dubites, quem dico, Terentius ille eſt*
*Cui dedit æternum comica Muſa decus.*
*Moribus ille tuam mentem formabit honeſtis,*
*Et linguam proprijs edere uerba ſonis.*
*Ille tibi iuuenum memorat uitioſa ſenumq;*
*Ingenia,& decori quod ſit utriſq; refert.*
*Ergo parue puer hoc utere ſæpe Magiſtro*
*Conſultum ſtudijs ſi cupis eſſe tuis.*

# CHRISTOPHORVS HEGENDORPHINVS,

cum primis nobili & ſtudioſo iuueni Benedicto Bilde S. P. D.

EFFLAGITARVNT À ME ſtudioſi quidam iuuenes, ut adnotationes quas quondā inter prælegēdum Terentiū congeſſeram, typis excudendas curarem, Ego quamuis in illis nihil uidebam, quod huic ut erudito ita naſuto ſeculo facere ſatis poſſet, & q̃uis Philippus Melanchthon ſuis doctiſſimis ſcholijs ſat lucis Terentio addiderat, tamen improbis iuuenū ſtudioſorum efflagitationibus uictus, dicam an adactus, quicquid eſt mearum adnotationum Secerio noſtro typographorum facile principi excudendum loco. Qua in re dabitur opinor, mihi à Momis iſtis (nam apud candidos me gratiam quoque initurum confido) uenia, cum non oſtentandi gratia, ſed iuuentutis, cui quoquo modo deeſſe piaculum exiſtimo, importunis precibus perſuaſus adnotationes illas, qualeſcūq; ſunt, euolgarim, faxit Christus, ut quàm ſunt efflagitatæ, tam ſtudioſis iuuenibus frugē feræ exiſtāt. Nec Philippus Melanchthon, quo eſt cādore, ægre, opinor, feret, me ſuis eruditiſſimis ſcholijs, mea non perinde erudita aſſuiſſe: Cum id à me factum ſit, ut ſcholijs eius quanquam antehac ſatis ſplendidis, poſthac ex ſcholiorum meorum immiſſione aliquid fulgoris accedat. Nō enim aliter atq; pāniculi uiles purpuræ intexti, purpuræ & ſplendorem & pretium arguunt. Ita adnotationes meæ adnotationibus Philippi inſertæ, harum & lucem & præſtantiam oſtendent. Proinde, & adnotationes Philippi ſtellullis notari curauimus, ut lector cognoſcat, quid nos Philippi, quid noſtris adnotationibus tribuamus: utut tamen ſit, iuuentutis quotidiano propemodū conuitio uicti, eius commodo deeſſe no-

Philippi in Terentiū adnotationes.

cuimus. Enimuero tibi, mi Benedicte, quicquid eſt laboris noſtri ſeorſim dedicatur. Tum quod te amo unice, & te ergò amoris noſtri pignus paruum quidē, ſed amico animo datū habere uolo. Tū quod tu unicus Terētij & lector & admirator es, ne ergo in Terentio legēdo alicubi ueluti in ſalebris hæreas, & mea ſcholia tibi opē ferant. Tu uero cū bonarū literarū tū eloquentiæ, quæ ex comicis quoq; petenda eſt, & honeſtate & utilitate captus, generis tui nobilitatē, & honeſtis ſtudijs nobilitare perge. Illa enim uera nobilitas eſt, quæ ex honeſtis ſtudijs paratur. Cura, ut tuo exemplo æqualiū tuorum grex, cuius efflagitationibus hanc adnotationum ſyluā dedimus, ad amore proſequēdas literas, ad excolēdam eloquentiam inflammetur, Bene uale, & me (ut facis) ama.

## PAEDAGOGIS, PHIL. SAL.

CVm typographus hic Terentij comœdias recudere pararet, rogauit ut ſe in optimo autore edendo recognoſcendoq; adiuuarem. Ego uero tametſi nō ſatis inſtructus eſſem ueteribus exemplis, quibus in tali re opus erat, tamen homini amico, in ſanctiſſimo negotio nolui deeſſe. Nam mihi quidem præclare mereri de republica uidentur, qui hoc genus autoribus edēdis publicis ſtudijs conſulunt. Præſertim autem hoc tempore, cum in perniciem literarum penè conſpiraſſe chalcographi uidentur, nō mediocris gratia debetur ijs, qui nōnullo rei familiaris periculo in ueteribus autoribus tranſcribendis ſumptus faciunt. Paſſim enim nouis & inſulſis libellis, magno numero quotidie prodeuntibus, luculenta ueterum ſcripta opprimuntur. Porrò uix alius liber eſt, quem perinde omnium manibus teri referat, atq; has comœdias. Nam, præterquam quòd honeſtiſſima ciuiliū morum exempla hic proponuntur, ad parandam dicendi facultatem mirifice conducunt. Vincit enim proprietate ſermonis facile omnes Terentius, quæ uirtus in oratione citra controuerſiam prima eſt. Deinde, ea in exponēdo ac narrando copia, ea diſpoſitio argumentorum, ea in ſentētijs ac ſalibus uenuſtas eſt prorſus, ut perfectius ne quidem ipſas Athenas, quas in hoc genere regnaſſe ferunt, quicq̄ facere potuiſſe credā. Quare huc autorē edentibus non inuiti operā dedimus. Quid præſtiterim, indicabunt exempla, ſi cum alijs conferātur. Facta

eſt copia nobis Terētiani codicis qui uidebatur uetuſtior, ſed erāt iuxta prouerbiū ἄνθρακες ὁ θησαυρός. Itaq; nos non magnopere adiuuit. Vtinam autem libeat ijs quos audio diu iam moliri emendationem, tandem aliquanto nitidiorem Terentium in proſcenium producere. Neq; enim alio beneficio maiorem gratiam apud ſtudioſos omnes inire quiſquam poſſit. Me uero non pœnitebit huius operæ, ſi qui me autore magis amabunt Terentium. Chryſoſtomū ferunt tantopere delectatum eſſe Ariſtophanis lectione, ut ſemper in manibus haberet, dormiens etiam pro puluino uteretur. Nec dubium eſt, quin alendæ locupletandæq; facūdiæ cauſa tam ſedulo legerit, quanto pluris Terentius fieri meretur, cuius fabulæ cum obſcenitate uacant, tum ſunt aliquanto quam Ariſtophanicæ, niſi ualde fallor εὐφημωτέραι. Proinde pædagogos omnes adhortor, ut hunc autorem ſumma fide ſtudijs iuuentutis commendent. Nam & ad iudicium formandum de communibus moribus mihi quidem plus conferre, quàm pleriq; philoſophorum commentarij, uidetur. Et non alius autor loqui elegātius docebit, aut utiliore genere orationis puerilem linguā imbuet. Beatas reſpublicas ſi hoc genere literarum dedolata iuuentus, ad maiores res gerēdas acceſſerit. Nunc cum nullæ literæ, nulla ſcientia, neq; religionis neq; uirtutis ſit in his, qui tenent reſpublicas uidemus eorum inſcitia, omnia ſacra & profana, diuina atq; humana miſceri.

Chryſoſtomus Ariſtophane pro puluino uſus eſt.

IO. GLORIERIO CHRISTIANISSImi Gallorum regis ſecretario, & primario Inſubriæ quæſtori, Franciſcus Aſulanus S.

QVicunq; Volcatius ille Sedigitus fuit, qui iudiciū de Latinis comicis, in his qui circunferuntur, iambis tā audacter tulit, ut nihil eum qui contra ſentiat, ſentire dixerit, næ ille mihi omni ipſe prorſus uidetur ſenſu caruiſſe. Cæcilio palmam ſtatuit, facilius id fortaſſe quàm decuit: quanquam enim de eo, cuius nulla extent ſcripta, iudicari nihil poſſit, non parui tamen Ciceronis iudicium, qui nunc malum eum eſſe latinitatis autorem, nunc male locutum dicit, faciendū eſt. Sed ob ipſam tamen hanc cauſam, quod omnia eius ſcripta interciderunt: ne temere in eum quem non legimus, pronunciaſſe quicq̄ uideamur: cum præſertim & Horatius

etiam grauitate eum dicat uincere, condonemus ſanè hoc Ciceronis iudicium, et recte Cæcilio delatā palmā exiſtimemus. Quid, quod Plautum cæteros ſuperare, ac ſexto demum loco cōſequi Terentium aſſerit? ullo'ne id pacto aſſentiri poſſumus? Ego uero tantum abeſt ut in hac ſim ſententia, ut longo interuallo poſt Terentium, Plautum arbitrer collocandum. Neq; uero ut hoc ſentiam, ſermonis ſolum elegātia moueor, qua Terentium facillime omnes excellere nemo eſt qui neget: uolo in hoc parem illi Plautum eſſe, uolo quod hominis fortaſſe uitium ſit, ætati aſcribere. Durior eſt Plautus, aſperis quibuſdam atq; obſcuris uerbis utitur: ſic enim tūc loquebantur, non poterat ille alio quàm ætatis ſuæ ſermone uti. Longe Terentius cultior, nihil in eo non lene, nihil non elegans: lī matior tum ſcilicet Latina lingua facta eſt, nō eius hæc propria exiſtimanda laus, ſed communis illius ætatis iudicium, ut hæc in quam ita eſſe concedā, quid cætera quæ multo maioris artis ſunt, poſſunt'ne ulla ratione paria in utroq; fieri? Omnibus mihi Plautus in rebus (liceat libere proferre quod ſentio) uidetur nimius. Ita illo Terētius parcior, ut nihil ab eo tamen quod deſiderari poſſit, relinquatur. Hiant nonnunquam, neq; ſatis cohærent Plauti comœdiæ, ita omnia Terentij inter ſe nexa, ita ex omnibus unum quoddam conficitur, ut nihil aptius illius fabulis, nihil magis fieri ad unguem poſſit. Atqui hoc id eſt, quod præcipue præſtari & ab poëtis, & ab ſcriptoribus omnibus debeat, ac maximam ſi aliud quippiam, artem exigat. Iam decorum illud, quod in omnibus tantopere cuſtodiendum rebus eſt (in fabulis uero, ubi congrua unicuique perſonæ effingenda ſunt omnia, niſi ſeruetur, nihil prorſus fiat) nemo Terentio attentius obſeruauit: at huius nonnunquam Plautus obliuiſcitur. Ac mihi quidem aliquādo hæc quæ diximus conſideranti, ob id Plautus minus in his fortaſſe poſuiſſe curæ uideri ſolet, quod unum illi ſtudium facetiarum fuit: nihil ille aliud propoſitum comico poëtæ credidit, quàm populo riſum mouere. Id dum unum captat, uni huic rei dum inſeruit, ut id quod uoluit maxime aſſecutus ſit, & urbaniſſimus ſit ſpectatoribus uiſus: multa certe alia & potiora omiſit: atq; ipſi tamen etiam illi ſales, dum undiq; eos colligit, undiq; ex omni re aucupatur, he

betes plerunq; ac ſcurriles ſunt, nec quos extra illum in theatro concitati uulgi plauſum, ſedatus probare lector poſſit. Qua in re ita ſibi Terentius moderatus eſt, ut in hoc quoq; nõ minus quàm in cæteris, quæ à nobis dicta ſunt, præſtitiſſe omnibus uideatur. Duo ſunt facetiarum genera: in re alterum in uerbo eſt poſitum: multo id uenuſtius & grauius, quod re tractatur, acutum nonnunquam et elegans, quod in uerbo eſt, ſed frigidum tamen plerunq; eſt, & facillime in ſcurrilitatem delabitur, ſi quis ſibi in eo nõ moderetur. Creber primo in genere, in ſecundo parcus Terentius: contra Plautus, in primo rarus, in ſecundo frequentiſſimus. Hinc factum eſt, ut rudi fortaſſe populo & ſpectatoribus, quippe qui ſcurra ſæpius quàm poëta delectentur, ſalſior ſit Plautus uiſus: peritis certe auribis, & ſapiẽti lectori nihil Terẽtio feſtiuius uideri debet: illius quæ lepida dicta ſunt, placere ſemel poſſunt: huius quo magis inſpiciuntur, eo uenuſtiora apparent: riſum ille perſæpe, ſed & ſæpe cachinnum mouet: nunquam cachinnum Terentius: atq; ut uno omnia uerba couplectar, in illo dicacitas, in hoc urbanitas cõſpicitur maxima. Atq; hanc quidem ego de poëtis his non tam libere fortaſſe dixiſſem ſententiam, niſi maximos quos ſequerer uiros, Horatiũ & Afranium eius autores habuiſſem, quos multo ego pluris quàm Sedigitum hunc (neſcio quem) facio. Acerrimo inter poëtas omnes iudicio mihi fuiſſe, Horatius uidetur, nemo illo uetuſtiores poëtas diligentius excuſſit, at is de Plauto: Quid interſit inter Terẽtiũ et Plautum.

At noſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales, nimium patienter utrunq;
Ne dicam ſtulte mirati: ſi modo ego & uos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure.

Et numeros, et ſales Plautinos non probat Horatius: nos de ſalibus diximus multa, quæ de numeris dici poſſent, ne lõgiores eſſemus, ac nimis omnia inquirere uideremur, prætermittere ac condonare uoluimus. Sed quid idem de Terentio Horatius?

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.

Parem Cæcilio Terentium facit, cum grauitate alterum, alterũ arte dicit uincere; atqui ne ego grauitate quidem uideo quo-

modo ab ullo uinci potuerit Terentius: quæcunq; in comico eſſe aut poteſt, aut debet grauitas, in illo eſt: quod ſi grauior Cæcilius fuit, ne ille fortaſſe comœdiæ ſit fines prætergreſſus. Quanquam enim tollat plerunq; uocem comœdia neceſſe eſt, ita tamen debet tollere, ut nullo illi pacto ad tragœdiam aſcendendum ſit, ob hoc ego Afranio libenter accedo, qui neminem Terentio dici poſſe ſimilem affirmat, neq; cuiuſquam uerius fuiſſe iudicium arbitror. Probatiores alij fuerint populo: unius ego Afranij, qui ipſe egregie togatas ſcripſit, de comico poëta iudicium, longe omnibus totius uictricis terrarum omnium plebis Romanæ plauſibus antepo nendum cenſeo. At in alia eſt ſententia Sedigitus, grauis mihi au tor opponitur. Non Terentio is Cæcilium ſolum & Plautum, ſed Attilium etiam, ſi dijs placet (ut omittam alios) præferendũ exiſtimat. Quid agis bone Volcati? eum' ne etiã, quem Cicero & ferreum eſſe ſcriptorem Licinio aſſentitur, & ipſe duriſſimum uocat? Sed non eſt profecto quod admirer, non ſatis tibi elegantiſſimum hunc poëtam placuiſſe, ne id quidem admirarer, ſi poſt Ennium, quem poſtremum cenſes, collocaſſes, hoc te ego ſenſiſſe, ſed dicere auſum non eſſe arbitror. Vnum id admiror, inuentum eſſe quempiam qui tua iſta carmina tanquam oraculum quoddam ſibi proferenda duxerit. Sed ualeat Sedigitus, nos Afranio aſſentiri non pigeat, ac Terentium omnibus præſtitiſſe comicis credamus, neque uim illam comicam, quam ei unam defuiſſe dolet Cæſari (ſi modo ſunt illa Cæſaris carmina) deſideremus: nihil illi defuit: omnia quæ comico poëtæ præſtanda ſunt, præſtitit, ſi quid deſiderandum in illo eſt, deſiderandum id eſt, ut ea aliquãdo in manus noſtras ueniant exemplaria, ex quibus emendatiſſimus emitti ac cõfuſi illius reſtitui uerſus poſſint. Nihil eſt enim difficilius, quàm hos diſtinguere, ſimillimos ille eos proſæ orationi uoluit, ut nihil à ſermone differre uiderentur: ob id proximis his rudibus & bonarum literarum expertibus ſeculis, uerſus crediti non ſunt, & ab excribentibus librarijs confuſi. Reſtituit horũ multos Aldus ſororius meus dũ uiueret: multos nos eo mortuo ex ueteribus libris correximus, neq; tamen, qđ alij audaciores affirmare auſi ſunt, reſtitutum omnino Terentiũ credimus: erit fortaſſe cum id affirmari

à nobis poterit: nunc ſatis nobis ſit, ex nulla unquam illum offici-
na poſt hunc excribendi libros modum inuentum, caſtigatiorem
prodiiſſe. Plures autem ob cauſas tibi is Glorieri clariſſime debe-
tur liber, & promiſerat iam eum tibi Aldus, & nihil eſt, quod tibi
noſtro etiam nomine & ego, & Andreas pater non debeamus.
Tu Aldum ſemper ſingulari quadam beneuolentia proſecutus es.
Tu eo defuncto, omnem in nos amorem illum contuliſti, neque un
quam noua in nos quotidie beneficia cōgerere intermiſiſti: ex quo
factum eſt, ut quo tibi pacto pares unquam referri à nobis poſſint
gratiæ, non uideamus, neq; tamen ob id hunc tibi à me librum di-
catum quiſquam exiſtimet, quod pluribus ac maximis tuis in me
meritis leui hoc munere ſatisfactum uelim, tantum abeſt ut id co
gitem, ut ob hoc tibi etiam magis debiturus ſim. Ob hanc enim præ
cipue cauſam ſub tuo nomine Terentium ædimus, ut & is & reli
qua omnia, quæ aut emiſſa à nobis ſunt, aut emittētur, patrocinio
tuo defendantur, ac non parua ex tuo nomine autoritas libris no
ſtris accedat. Quod autem tibi ego, cui me plurimum debere con
fiteor: plura etiam debere non uerear, ſingularis quædam, quæ
in te uno cernitur, in cauſa eſt beneficentia: tum tu tibi cumulatiſſi
me relatum beneficium putas, cum nouo cumulas, neq; alium ex
ipſa beneficentia fructum, quàm beneficētiam ipſam petis. Ac oſtē
dunt ſe quidem reliquæ in te uirtutes omnes, ob quas tanquam ali
quod è Gallia miſſum numen Inſubria te tota ſuſpicit: ſed neſcio
quo pacto tamen longe magis hæc omnium in ſe oculos trahit, lon
ge hæc magis omnium ſermonibus celebratur, quippe et multo hāc
ſibi omnes magis quàm cæteras prodeſſe ſentiunt, neq; alia uirtus
eſt, quæ ſimiliores nos dijs efficiat, atq; hæc. Tu quidem ita quoti-
die tibi multos deuincis, ut difficile ſit, qui te nouerit, & non tuo
tibi aliquo beneficio obſtrictus ſit, reperire. Ego certe præter cæte
ros tibi tantum debeo, ut tibi quidem ipſi ſatisfacere una tan
tum ratione, noua beneficia accipiendo, atq; illuſtrio-
rem beneficentiam tuam faciendo, poſſim,
cæteris quo me pacto, non ingra-
tum eſſe oſtendam, non
inueniam,

# TERENTII VITA, ET DE TRAgœdia ac comœdia non pauca ex Aelio Donato.

PVblius Terentius Afer Carthagine natus, ſeruiuit Romæ Terentio Lucano ſenatori, à quo ob ingenium, & formā nō inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus. Quidam captum eſſe exiſtimant, quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet, cum in fine ſecundi belli Punici, & ante initium tertij natus ſit & mortuus. Nec ſi à Numidis aut Getulis captus ſit, ad ducem Romanum peruenire potuiſſe, nullo commercio inter Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, cœpto. Hic cū multis nobilibus familiariter uixit, ſed maxime cum Scipione Africano & cum Lælio, quibus etiam coporis gratia conciliatus exiſtimatur. Quod & ipſum Feneſtella arguit, contēdens utroq; maiorem natu fuiſſe, quamuis Cornelius Nepos æquales omnes fuiſſe tradat, & Portius ſuſpicionem de conſuetudine per hæc, faciat.

Dum laſciuiam nobilium & fuſcoſas laudes petit,
Dum Africani uoce diuina inhiat auidis auribus,
Dum ad Furium ſe cœnitare, & Lælium pulchrum putat,
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebro in Albanum rapi.

✱Ad florem ætatis ſuæ ipſis ſublatis rebus ad ſummam inopiam redactus eſt. Itaq; è conſpectu omnium abijt in Græciam in terram ultimam. Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido, nihil

Terētius ubi mortuus.

Publius Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet quo referret obitum domini ſeruulus.

Scripſit comœdias ſex, ex quibus primam Andriam cum ædilibus daret, iuſſus ante Cerio recitare: ad cœnantem cum ueniſſet, dictus eſt, initium quidem fabulæ, quod erat cōtemptiore ueſtitu, ſubſellio iuxta lectulum reſidens legiſſe, poſt paucos uero uerſus inuitatus ut accumberet, cœnaſſe unà, deinde cætera percurriſſe non ſine magna Cerij admiratione, & hanc autem & quinq; reliquas æqualiter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumeratione ita ſcribit:

Sumeretur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta eſt, meruitq́; pretium quantũ nulla alia cuiuſquã comœdia, uidelicet octo millia nummûm, propterea ſummo quoq; titulo aſcribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obſcura fama eſt adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione, quibus cum familiariter uixit. Eandem ipſe auxit. Nunquam enim niſi leuiter ſe tutari conatur, ut in prologo Adelphorum: Octo HS ducentorum coronatorũ pretium eſt. Prælat° Menãdro Terẽtius.

Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, aſſiduéq; unà ſcribere,
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant.
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet
Qui uobis uniuerſis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

Videtur autem ſe leuius defendiſſe, quia ſciebat Lælio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionẽ, quæ tamen magis & uſq; ad poſteriora tempora ualuit. Q. Memmius in oratione pro ſe ait: P. Africanus, qui à Terentio perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit. Nepos autore certo comperiſſe ſe ait, C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martij admonitũ ab uxore, temperius ut diſcumberet, petiſſe ab ea ne interpellaretur, ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi, deinde rogatũ ut ſcripta illa proferret, pronũtiaſſe uerſus qui ſunt in ἑαυτὸν τιμορουμένῳ.
Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.
Satra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quàm Sulpitio Gallo homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dãdarum, uel Q. Fabio Labeone & M. Pompilio, conſulari utroq;, ac poëta. Ideo ipſum non iuuenes deſignaſſe, qui ſe adiuuaſſe dicerentur, ſed uiros, quorum operam & in bello, & in otio & in negotio, populus ſit expertus. Poſt æditas comœdias quintum atq; trigeſimum egreſſus annũ, cauſa euitandæ opinionis, quia uidebatur aliena pro ſuis ædere, ſeu percipiendi Græcorum inſtituta moresq́;, quos perinde expri

meret in ſcriptis egreſſus eſt, neq; amplius redijt. De morte eius Volcatius tradit.

Sed ut Afer ſex populo ædidit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit, nauim cum ſemel
Conſcendit uiſus nunquam eſt, ſic uita uacat.

Q. Conſetius redeuntem è Græcia periſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis conuerſis à Menandro.

Cæteri mortuum eſſe in Arcadia Stymphali ſinu Leucadiæ tradunt, C.Cor. Dolobella, Marco Fuluio Nobiliore COSS. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amiſſarū fabularum, quas in naui præmiſerat, ac ſimul fabularū quas nouas fecerit. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam quæ equiti Ro. nupſit. Item hortulos x x iugerūm, uia Appia ad Martis uillam, quo magis miror Portium ſcribere.

Nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam.
Saltem ut eſſet quo referret obitum domini ſeruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, ſcribens in in compitalibus:

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Næuio et Plauto, & Cæcilio, ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat.

Tu quoque qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum expreſſumq; Latina uoce Menandrum
In medio populi ſedatis uocibus effers.
Quid, quod come loquens, ac omnia dulcia dicens?

C. Cæſar.

Tu quoq; ſubmiſſo tam dimidiate Menander
Poneris, & merito puri ſermonis amator
Lenibus atq; utinam ſcriptis adiuncta foret uis
Comica, ut æquato uirtus polleret honore
Cum Græcis, neq; in hac deſpectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror & doleo tibi deeſſe Terenti.

Hæc Suetonius Trãquillus. Nam duos Terentios poëtas fuiſſe ſcribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius libertus, alter libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas ædidiſſe Terẽtium, Valegius natione ait: Duo fuerũt Terentij.

Hæ quæ uocantur fabulæ, cuiæ ſunt,
Non has qui iura populis recenſentibus
Dabat, ſummo honore affectus fecit fabulas,

Duæ ab Apollodoro translatæ eſſe dicuntur comico, Phormio, & Hecyra, quatuor reliquæ à Menandro, ex quibus magno ſucceſſu, & pretio ſterit Eunuchus fabula. Hecyra ſæpe excluſa, uix acta eſt.

INitium tragœdiæ & comœdiæ à rebus diuinis eſt inchoatũ, quibus pro fructibus uota ſoluentes, operabãtur antiqui. Nam incenſis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis quod ſacer chorus reddebat Libero patri, tragœdia dicebatur, uel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc eſt ab hirco hoſte uinearum, & à cantilena (Eius ipſius rei apud Vergilium plena fit mentio) uel quòd hirco donabatur eius carminis poëta, uel quod uter eius muſti plenus, ſolenne præmium cantoribus fuerat, uel quod ora ſua fecibus perlinebant ſcenici, ante uſum perſonarum ab Aeſchylo repertum. Feces enim dicuntur Græce τρύγες. Et his quidem cauſis tragœdiæ nomen eſt inuentum. At uero nondum coactis in urbem Athenienſibus, cum Apollini Nomio, id eſt paſtorũ uicinorumq; præſidi deo, conſtructis aris in honorem diuinæ rei circum Atticæ uicos, uillas, pagos, & compita, feſtum carmen ſolenniter cantarent, orta eſt comedia, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod eſt comeſſatum ire cantãtes, quod appoſitis ſolenni die, uel amatoriæ laſciuientibus choris comis, non abſurdum eſt. Itaque ut rerum, ita etiam temporum ipſorum cœpto ordine tragœdia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nã ut ab incultu & feris moribus, paulatim peruentum eſt ad manſuetudinem, urbes'que ſunt conditæ, & uita mitior atq; otioſa proceſſit, ita res tragicæ longe ante comicas inuentæ. Quamuis retro priſca uoluentibus reperiatur Theſpis tragœdiæ primus inuẽtor, & comœdiæ ueteris pater Eupolis, cum Cratino, Ariſtophaneq; eſſe credatur. Homerus tamen qui ferè omnis poëticæ largiſ- Tragœdia quando inuenta.

ſimus fons eſt, etiam hic carminibus exẽpla præbuit, & uelut quadam ſuorum operum lege præſcripſit, qui Iliadem inſtar tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginẽ comœdiæ, feciſſe demõſtratur. Nam poſt illius tale tantumq́; documentum, ab ingenioſiſſimis imitatoribus, & digeſta in ordinẽ, & diuiſa ſunt ea, quæ etiam tum temere ſcribebantur, adhuc impolita, atq; in ipſis rudimentis haudquaquam, ut poſtea facta ſunt, decora atq; lenia: adeo ut ea propria de tragœdia dicenda ſint. De titulo propoſiti operis, ſiue inſtantis, in alia tempora differamus, & de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus eſt. Poſtquam demonſtrandæ originis cauſa, de utriuſq; generis initio diximus, quod neceſſe eſt iam dicemus: Comœdia ferè uetus, ut ipſa quoq; olim tragœdia, ſimplex carmen (quemadmodũ iam diximus) fuit, quod chorus circa aras fumantes, nunc ſpatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebant. Sed primo una perſona ſubducta eſt cantoribus, quæ reſpondens alternis * choro locupletauit, uariauitq́; rem muſicam, tum altera tum tertia, & ad poſtremũ creſcente numero per actores diuerſos, perſonæ, pallæ, cothurni, ſocci, & cæteri ornatus, atq; inſignia ſcenicorum reperta, & ad hoc unicuiq; ſuus habitus, & ad ultimum, qui primarum partium, qui ſecundarum & tertiarum, quartiq́; loci, atq; quintarum actores eſſent, diſtributa & diuiſa, quinq; partita acta eſt tota fabula, quæ tamẽ in ipſis ortus ſui uelut quibuſdam incunabulis, & uix dum incipiens κωμῳδία dicta eſt ἀρχαία, iccirco quia nobis parum cognitis uitijs * aut qua ineſt in ea uelut hiſtorica fides ueræ narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere deſcribebatur. Etenim per priſcos poëtas non ut penitus ficta argumenta, ſed res geſtæ à ciuibus palàm cum eorum ſæpe, qui geſſerant, nomine decantabantur. Ideo ipſa ſuo tempore moribus multũ profuit ciuitatis, cum unuſquiſq; caueret culpa, ne ſpectaculo cæteris extitiſſet, & domeſtico probro. Sed cum poëtæ abuti licẽtius ſtylo, & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos, ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret lata lege ſanxerũt. Et hinc deinde aliud genus fabulæ Satyra ſumpſit exordium, quæ à ſatyris, quos illotos ſemper ac petulantes deos ſcimus eſſe, uocitata eſt. Etſi aliũde nomẽ tra-

Comœdia unde.

xiſſe praue putant alij, hæc, quæ ſatyra dicitur, eiuſmodi fuit, ut in ea quamuis duro & ueluti agreſti modo, de uitijs ciuium, tamen ſine ullo proprij nominis titulo carmen eſſet. Quod item genus comœdiæ multis obfuit poëtis, cum in ſuſpicionem potentibus ciuibus ueniſſent, illorum facta reſcripſiſſe in peius, ac deformaſſe hoc genus carminis, quod primo Lucilius nouo cõſcripſit modo, ut poëſim inde feciſſet, id eſt, unius carminis plures libros. Hoc igitur quod ſupra diximus, malo coacti omittere ſatyram. Aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc eſt, nouam comœdiã reperere poëtæ, quæ argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret. Concinna argumento, conſuetudine congrua, utilis ſentẽtijs, grata ſalibus, apta metro. Vt igitur ſuperiores illæ ſuis quoq; celebrantur autoribus, ita hæc νέα κωμῳδία, cũ multorum ante, ac poſtea, tum præcipue Menandri, Terentijq́; eſt, de qua cum multa dicenda ſint, ſat erit tamen uelut admonẽdi lectoris cauſa, quid de arte comica ueterum chartis continetur exponere. Comœdia uetus, ut ab initio chorus fuit, paulatimq́; perſonarum numero in quinq; actus proceſſit, ita paulatim uelut attrito atq; extenuato choro, ad nouam comœdiam ſic peruenit, ut in ea non modo non inducatur chorus, ſed ne locus quidem ullus iam relinquatur choro. Nam poſtquam otioſo tempore, faſtidioſior ſpectator effectus eſt, tunc cum ad autores ab autoribus fabula tranſibat, cum ſurgere & abire cœpiſſet, admonuit poëtas primo quidem choros, prætermittere locum eius relinquentes, ut Menãder fecit, hac de cauſa, non ut alij exiſtimant. Alij in proſcenio ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt comici, unde apud illos dirimere actus quinq; partitos difficile eſt, cum etiã Græci prologos non habent more noſtrorum, quos Latini habent. Deinde * & deos argumẽtis narrãdis machinatos cæteri. Latini inſtar Græcorum habent, Terentius non habet. Adhoc προτατικὰ πρόσωπα, & perſonas extra argumentum accerſitas non facile cæteri habent, quibus Terentius ſæpe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentũ. Veteres etſi ipſi quoq; in metris

Noua comœdia.

negligentius uſi ſunt iambico uerſu, duntaxat in ſecundo & quarto loco, tamen à Terentio uincuntur reſolutione huius metri, quantum comminui poteſt ad imaginem proſæ orationis, tum perſonarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio cuſtodiuit, quinetiam ſolus auſus eſt in fictis argumentis, cum fidem ueritatis aſſequeretur, etiam contra præſcripta comica, meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen cur bonæ ſint, & uoluptas, per ipſum, & cauſa non deſit. Hæc cum artificioſiſſima Terentius fecerit, tum illud eſt admirandum, quòd & morem retinuit, ut comœdiam ſcriberet, et temperauit affectum, ne in tragœdiam tranſiliret, quod cum alijs rebus minime obtentum, & à Plauto, & ab Afranio & Accio, & ferè magnis comicis inuenimus. Illud quoq; inter Terentianas uirtutes mirabile, quòd eius fabulæ eo ſunt temperamento, ut neque extumeſcãt ad tragicam celſitudinem, neq; abijciantur ad hiſtrionicam. Adde, quòd nihil abſtruſum ab eo ponitur, aut quod ab hiſtoricis requirẽdum ſit, quod ſæpius Plautus facit, & eo eſt obſcurior in pluribus locis. Adde quod argumenti & ſtyli ita attente memor eſt, ut nuſquam claudicarit aut errauerit, quæ obeſſe poterũt, tum quod media primis atq; poſtremis ita nexuit, ut nihil additum alteri, ſed aptum & ex ſe totũ, & uno corpore uidetur eſſe compoſitum. Illud quoq; mirabile in eo primo, quòd nõ ita miſcet perſonas quatuor, ut obſcura ſit earum diſtinctio. Et item quòd nihil ad populum facit actorem uelut ex tragœdia loqui, quod uitium Plauti frequentiſſimum eſt. Illud etiam inter cætera eius laude dignum uidetur, quòd locupletiora argumenta, & duplicibus negotijs delegerit ad ſcribẽdum, nam excepta Hecyra, in qua ſcribit Pamphili amorem, cæteræ quinq; binos adoleſcentulos habent. Illud uero tenendum eſt, Latinos multa fabularum genera protuliſſe, ut togatas à ſcenicis atq; argumẽtis Latinis, prætextatas, ad dignitatem perſonarum tragicarum & Latina hiſtoria. Attellana, à ciuitate Campaniæ, ubi actitatæ ſunt plurimæ, Rhynthonicas, ab actoris nomine, Tabernarias, ab humilitate argumenti & ſtyli, Mimos ab diuturna imitatione uilium rerum, et leuium perſonarum. Inter tragœdiam autem & comœdiam tum

Plauti uitiũ.

*multa, tum in primis hoc diſtat, quòd in comœdia mediocres fortunæ hominum, parui impetus, periculáq; lætiq; ſunt exitus actionum, at in tragœdia omnia contraria, ingentes perſonæ, magni timores, exitus funeſti, habentur: & illic turbulenta prima, trãquilla ultima. In tragœdia cõtrario ordine res aguntur, tum quod in tragœdia fugienda uita, in comœdia capeſcenda exprimitur. Poſtremo, quòd omnis comœdia de fictis eſt argumentis, tragœdia ſæpe de hiſtorica fide petitur. Latinæ fabulæ primo à Liuio Andronico ſcriptæ ſunt ad cunctas res, etiam cũ recentius idem poëta et actor fabularum ſuarum fuiſſet. Comœdiæ autem, motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ. Motoriæ, turbulentæ, ſtatariæ quietiores, miſtæ, ex utroq; actu conſiſtentes. Comœdia per quatuor partes diuiditur: Prologum, protheſim, epitaſim, cataſtrophen.* Comœdiæ diuiſio. *Prologus eſt, ueluti præfatio quædã fabulæ, in quo ſolo licet præter argumentum aliquid ad populum, uel ex poëtæ, uel ex ipſius fabulæ, uel ex actoris cõmodo loqui. Protheſis, primus eſt actus, initiumq; dramatis. Epitaſis, incremẽtum, proceſſusq; turbarum, ac totius, ut ita dixerim, modus erroris. Cataſtrophe, conuerſio rerum eſt ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum. Comœdia, eſt fabula diuerſa conſtituta, continens affectum ciuilium ac priuatorum, qua diſcitur, quid ſit in uita utile, quid contrà euitandũ. Hanc Græci ſic diffiniere:* Κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. *Comœdiam eſſe, Cicero ait, imitationem uitæ, ſpeculum conſuetudinis, imaginem ueritatis. Comœdiæ autem more antiquo dictæ, quia in uicis huiuſmodi carmina initio agebantur apud Græcos, ut in Italia compitalitijs ludicris, admiſto pronuntiationis modulo, quo dũ actus cõmutãtur, populus detinebatur. Aut* ἀπὸ τῶν κώμων, *hoc eſt, ab actu uitæ hominũ, qui in uicis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regijs, ut ſunt perſonæ tragicæ. Comœdia uero, quia poëma ſub imitatione uitæ atq; ſimilitudine compoſitum, in geſtu et pronuntiatione conſiſtit. Comœdiã apud Græcos dubium eſt quis inuenerit primus, apud Latinos certum eſt, et comœdiã & tragœdiam, et togatam primo Liuium Andronicum reperiſſe, qui ait, comœdiam eſſe quotidianæ uitæ ſpeculũ.* Comœdiæ inuentor.

Nec iniuria, nam ut intenti ſpeculo, ueritatis liniamēta facile per imagines colligimus, ita lectione comœdiæ, imitationē uitæ, conſuetudinisq; nō ægerrime animaduertimus. Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus moribusq; prouenit. Athenienſes nanq; Atticam cuſtodientes elegantiam, cum uellent male uiuentes notare, in uicos & compita ex omnibus locis læti, alacresq; ueniebāt, ibiq; cum nominibus ſingulorū uitam publicabant, unde nomen cōpoſitum, ut comœdia uocaretur. Hæc autem carmina primitus in pratis mollibus agebantur, nec deerant præmia, quibus ad ſcribendum doctorum prouocarentur ingenia. Sed & autoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo uocis flexu ad dulcedinē commentationis uterētur. Caper nanq; pro dono his dabatur, quia uitibus noxiū animal habebatur, à quo etiam tragœdiæ nomen exortum eſt. Nonnulli autem ex amurca olei fece, quæ eſt humor aquatilis, tragœdiam dici, uocariq; maluerunt, qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipſi comœdiarum tragœdiarumq; ſcriptores, huius dei, uelut præſens numen colere uenerariq; cœperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit, ita enim carmina inchoata præferebantur, ut per ea laudes eius & facta glorioſa, celebrari proferriq; conſtaret, tum paulatim fama huius artis increbuit. Theſpis autem primus hæc ſcripta in omnium notitiam protulit. Poſtea Aeſchylus ſecutus prioris exemplum publicauit, de quibus ita Horatius in Arte Poëtica loquitur:

Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris uixiſſe poëmata Theſpis
Quæ canerent, agerentq; peruncti fecibus ora,
Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ
Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit, magnumq; loqui, nitiq; cothurno.
Succeſſit uetus his comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi, lex eſt accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquēre poetæ
Nec minimum meruere decus, ueſtigia Græca

*Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta*
*Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas.*

*Fabula generale nomen eſt, eius duæ primæ partes ſunt tragœdia, & comœdia. Si Latina argumētatio ſit, prætextata dicitur. Comœdia autem multas ſpecies habet, aut enim palliata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mimus, aut rhyntonica, aut planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius, ac uilitatem actorum, qui non cothurno, aut ſocco utuntur in ſcena, aut pulpito, ſed plano pede, uel ideo, quod non ea negotia continet, quæ perſonarum in turribus aut in cœnaculis habitantium ſunt, ſed in plano et humili loco. Perſonati primi egiſſe dicuntur comœdiam Cincius & Faliſcus, tragœdiam Minutius & Prothomus. Omnium autem comœdiarum ſcripta ex quatuor rebus omnino ſumuntur, nomine, loco, facto, euentu. Nomine, ut Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, ut Andria, Leucadia, Brunduſina. Facto, ut Eunuchus, Aſinaria, Captiui. Euentu, ut Commorietes, Crimen, Heautontimorumenos. Comœdiarum formæ ſunt tres, Palliatæ Græcum habitum referētes, quas nonnulli tabernarias uocant. Togatæ, iuxta formam perſonarum, habitum togarum deſiderantes. Attellanæ ſalibus & iocis compoſitæ, quæ in ſe non habent niſi uenuſtam elegantiam. Comœdia autē diuiditur in quatuor partes, Prologum, protheſin, epitaſin, cataſtrophen. Prologus eſt prima dictio, à Græcis dicta πρόλογος, id eſt, antecedēs ueram fabulæ compoſitionem elocutio. Eius ſpecies quatuor ſunt, συστατικὸς, commendatiuus, quo fabula uel poëta commendatur, ἀναφορικὸς, relatiuus, quo aut aduerſario maledicta, aut gratiæ populo referuntur, ὑποθετικὸς, argumentatiuus, fabulæ argumentum exponens, μικτὸς, miſtus, omnia hæc in ſe continens. Inter prologum, & prologium quidam hoc intereſſe uoluerunt, quia prologus eſt, ubi poëta excuſatur, aut fabula commendatur. Prologium autem eſt cum tantum de argumento deducitur. Protheſis, eſt primus actus fabulæ quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitaſis inuolutio argumenti, cuius elegantia connectitur. Cataſtrophe explicatio fabulæ, per quam euentus eius*

*Fabulæ partes quæ ſint.*

*Comœdiarū formæ tres.*

approbatur. In pleriſq; fabulis ipſarum nomina priora ponebantur, quàm poëtarum, in nonnullis poëtarum, quàm fabularũ cuius moris diuerſitatem antiquitas probat. Nam cum primũ aliqui fabulas ederent, ipſarum nomina pronuntiabantur antequam poëtæ pronuntiarentur, ne aliqua inuidia à ſcribendo deterreri poſſent: Cum autem per editionem multarum poëtæ iam eſſet autoritas acquiſita, rurſus priora poëtarum nomina proferebantur, ut per ipſorum uocabula fabulis attentio acquireretur. Actas diuerſis ludis manifeſtum eſt inſcribi. Nam ludorum quatuor ſunt ſpecies, quos curules ædiles munere publico curãt. Megalẽſes magnis dijs conſecrati, quos Græci * appellant. Funebres, ad retinẽdum populum inſtituti, dum pompa funeri decreta in honorem Patritij uiri plenè inſtruitur. Plebei, qui pro ſalute plebis luduntur. Apollinares, Apollini conſecrati. In ſcena duæ aræ poni ſolebãt, dextera Liberi, ſiniſtra eius dei, cui ludi fiebant. Vnde Terentius in Andria ait: Ex ara ſume uerbenas.

Hinc Vlyſſem palliatum ſemper inducunt, ſiue quod aliquando inſaniam ſimulauit, quo tempore tectũ ſe eſſe uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, ſeu ob ſingularem ſapientiam, qua tectus munitusq; plurimũ ſocijs profuit. Huius enim uirtutis erat animi ſemper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros palliatos fuiſſe commemorant. Achillis ſiue Neoptolemi perſonæ diademata habent, quamuis regalia ſceptra nunquam tenuerint, cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquã cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, ſacramenta coniurationis inierunt, nec unquam ſub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis ſenibus candidus ueſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentulis diſcolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, uel quo expeditiores agant. Paraſiti cum intortis pallijs ueniunt. Læto ueſtitus candidus, ærumnoſo obſoletus, purpureus diuiti, pauperi phœniceus datur, militi chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur, leno pallio uarij coloris utitur, meretrici ob auaritiam luteum datur. Syrmata dicta ſunt ab eo, quod trahuntur, quæ res ob ſcenicam luxuriam inſtituta eſt.

Perſonarum habitus in comœdijs.

Eadem in luctuoſis perſonis incuriam ſui per negligentiam ſignificant. Aulæa quoq; in ſcena in terra ſternuntur, quod pictus ornatus ex Attalica regia Romam uſq; perlatus, pro quibus ſuppara ætas poſterior accepit. Eſt autem minutum uelum, quod populo obſiſtit dum fabularum actus commutantur. Diuerbia hiſtriones pronuntiabant. Cantica uero temperabantur modis, non à poëta, ſed à perito artis muſicæ factis. Neq; enim omnia iiſdem modis in uno cantico agebantur, ſed ſæpe mutatis, ut ſignificant, qui tres numeros in comœdijs ponunt, quæ tres continet mutatos modos cantici illius. Qui huiuſmodi modos faciebant nomen in principio fabulæ, & ſcriptoris & actoris ſuperponebant, huiuſmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante diſcerent quam fabulam acturi ſcenici eſſent, quàm omnino ſpectatoribus ipſis antecedens titulus pronuntiaretur. Agebantur autem tibijs paribus, aut imparibus, et dextris aut ſiniſtris. Dextræ autem tibiæ ſua grauitate, ſeriem dictionemq; comœdiæ pronuntiabant. Siniſtræ & Sarranæ acuminis leuitate, iocum in comœdia oſtendebant. Vbi autem dextra & ſiniſtra acta fabula inſcribebatur, miſtim ioci & grauitates denuntiabantur.

## HAEC EX AELIO DONATO de Terentio, & de rebus comicorum atq; tragicorum.

## P. TERENTII VITA EX LIBRO primo Petri Criniti, de poëtis Latinis.

TErentius poëta comicus, Carthaginienſis patria fuit, Romã perductus traditur, cum in tenera ætate foret. Quibus potiſſimum id bellis accidit, parum compertũ eſt, ut refert Aelius Donatus ex Feneſtellæ commẽtarijs. Illud pro certo conſtat, eum Romæ diligentia Terentij Lucani patroni, accurate inſtitutum, atq; liberalibus diſciplinis eruditum. Cumq; facilitate ingenij, & elegantia in primis excelleret, breui conſecutus eſt, ut à Terentio patrono eſſet manumiſſus. Per ea tempora in ſcena floruit, quibus præclari atq; egregij ciues Romæ habiti ſunt, M. Marcellus,

P.Scipio, Q.Fabius Maximus. Neq; deſunt autores, qui ſcribant eundem Terentium, maxima familiaritate uixiſſe cum P. Scipione, et C.Lael. Saepe'q; ſolitum apud nobiliores ciuitatis coenitare, qua in re dum placere illis omni opera nititur, eorum'q; commodis inſeruire, ad ſummam inopiam traditur redactus. Statium praeterea Caecilium, qui ſcribendis comoedijs excelluit, magna diligentia obſeruauit, ei' que ſuas fabulas more ueterum recitare conſueuit. Comoedias ſex compoſuit, eas'q; ab Apollodoro et Menandro poëtis Graecis, in ſermonem Latinum conuertit, tanta ſermonis elegantia & proprietate, ut eruditorum iudicio, nihil perfectius aut abſolutius in eo ſcribendi genere habitum ſit apud Latinos. Secutus eſt in his Q.Ennium, M.Plautum, et Naeuium, ut ipſe teſtatur, cum ſuis calumniatoribus reſpondet. Phormionem & Hecyram ab Apollodoro tranſtulit, reliquas quatuor à Menandro. Aelius Donatus, qui complura diligẽtiſſime de hoc poëta ſcribit, cum alia multa in eo commendat, tum praecipuum dicit, quod in ſcribendis fabulis, & arte uſus eſt, & ut morem antiquum retinuerit, & ita temperauit affectus, ut neque ad tragicam magnitudinem intumeſcat, neque abijciatur ad hiſtrionicã, quod minime factum eſt, inquit, à Plauto, Afranio, & caeteris comoediarum ſcriptoribus. M. Cicero in epiſtola ad T. Atticum refert P. Terentium eſſe optimum autorem Latinitatis, eius' que fabulas multos exiſtimaſſe propter elegantiam ſermonis à C. Laelio ſcriptas: quam opinionem idem Terentius maxime uidetur confirmaſſe, quo magis calumniatores ſuos in odium traheret, ſic enim refert in Adelphis fabula, ſub perſona Prologi:

*Terentius optimus autor Latinitatis.*

Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui uobis uniuerſis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

Horatius Flaccus, ueterum poëtarum optimus cenſor, in Caecilio grauitatem, in Terentio artem conſtituit, qua inter caeteros comicos mirifice excelluit. Quod Quintilianus uidetur ſentire, in libris ad Marcellum Victoriũ. Sed idem tamen, inquit, maiorem

gratiam habuiſſet, ſi intra trimetros conſtitiſſet. Auſonius quoque Vergilium Homero, Terentium Menandro adiungit, eiúſq; elegantiam Latini ſermonis præcipue tribuit.

Tu quoq; qui Latium lecto ſermone Terenti
Comis, & aſtricto percurris pulpita ſocco.

Traditum eſt, illũ poſt editas aliquot Romæ fabulas, in Græciam adnauigaſſe, quo facilius diſciplinas Græcorum atq; inſtituta perciperet, plurimaſq; fabulas à poëta Menandro in Latinum conuertiſſe, quæ facto naufragio, perierunt. De obitu illius uaria ſcribunt autores. In Arcadia obijſſe, cum alij plures teſtantur, tum poëta Auſonius, ob nimium dolorem amiſſarum fabularum, quas ipſe naui præmiſerat. De forma illius atq; effigie referuntur complura ab Aelio Donato, qui eiuſdem comœdias magna eruditione interpretatus eſt. Argumenta illa, quæ Terentianis fabulis præponuntur, à Sulp. Apollinari illuſtri grammatico compoſita ſunt. Quod cum alijs multis argumentis, tum maxime antiquitate codicum probari poteſt, in quibus nomẽ Sulp. legitur.

## HAEC SVNT QVAE PETRVS Crinitus de P. Terentio ſcripſit.

## DE PARTIBVS PERSOrum & actuum Andriæ.

POëta cum primum animum ad ſcribendum & cætera. Comœdia Andria cum palliata ſit fabula, de loco nomẽ accepit, & à Menandro prius & nunc ab ipſo Terẽtio: qui cum de Chryſide loqueretur, ſic ait: Hei uereor, ne quid Andria adportet mali. Et hoc commune uocabulum eſt & in Græca, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria eſt, continet' que actus amatorum adoleſcentium, ex partibus patrum priorum, callidi ſerui, aſtutæ ancillæ, ſeueri ſenes, adoleſcentuli liberales. In hac primæ partes ſenis Simonis ſunt, ſecundæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorũ. Prologus in hac acer inducitur, & in aduerſarios non mediocriter aſperatur, ſed tamẽ id ſubtiliter fit, ut omnia laceſſitus facere uideatur ac dicere. Hic protheſis ſubti-

*lis, epitaſis tumultuoſa, cataſtrophe penè tragica, & tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit. Hæc prima acta eſt ludis* Megalēſibus, M. Fuluio, M. Glabrione. Q. Minutio Valerio ædilibus curulibus. Egerūt L. Attilius Latinus Præneſtinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus dextris et ſiniſtris. Et eſt tota Græca, edita M. Marcello, et Cn. Sulpitio COSS. pronuntiataq́; eſt Andria Terentij ob incognitum adhuc nomen poëtæ, & minoris apud populum autoritatis ac meriti. De uerbis autenticis lepide diſtincta eſt, & ſucceſſu aſpecta proſpero, hortamento poëtæ fuit ad alias conſcribendas. Initium autem προσατικὸν πρόσωπον, id eſt, aduentitiam perſonam recipit Soſiæ, propter euoluendum argumenti obſcuritatem. Perſona aūt proſtatica ea intelligitur, quæ ſemel inducta in principio fabulæ in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum ſanè puellarum liberalium nullam orationem proſcenio induci in comœdia palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ, quæ & ipſa quoque poſt ſcenam fieri ſolet.

## ARGVMENTVM ANDRIAE.

CHremes Atticus, pater Paſſibulæ & Philumenæ cū ex his duabus ſe Paſſibulam perdidiſſe falſo crederet, relictā Athenis, necuiſam poſtea multo tempore, tanquam unicā putabat Philumenam, quam Carinus adoleſcens Athenienſis adamabat unice, & eam ſibi petebat uxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Sīmonis filio ultro deſponderat, qui Pamphilus contra ſororē Chryſidis ac peregrinam tum creditam, Paſſibulam ſupradictam, alteram Chremetis filiam, ſub nomine Glycerij, latenter ſic amauit, ut ex ea filium ſuſcepiſſet, inſcio patre, qua re intellecta commotus Simo pater Pamphili, multis dolis à Dauo ipſo deluditur ſeruo, periculoq́; Carini & Pāphili motus error in fabulis, qui uſq; ad eum finem ductus eſt, dum Athenas ueniens de Andro quidam Crito rem aperiat, & nodū fabulæ ſoluat: per quem agnita Paſſibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena uero Carino deſpondetur, & traditur exoptanti. Perſpecto argumento ſcire debemus, hanc eſſe uirtutem poëticam, ut à nouiſſimis argumentum rebus incipiens, initium fabulæ et origi-

nem narratiue reddat ſpectatoribus, actoremq; præſentẽ ſibi exhibeat, ubi finis eſt fabulæ: hunc enim ordinem & circulum poëticæ artis uel uirtutis, nõ modo ſecuti ſunt tragici comiciq; autores, ſed Homerus etiam & Vergilius tenuerunt. Diuiſionem actuum in Latinis fabulis internoſcere difficile eſt, cauſam iamdudum demonſtrauimus. Vnde autem aut quomodo, quamuis ægre, tamẽ intelligi diſtinguiq; poſſit, eſt operæpretium dicere. Principio dicendum eſt, nullam perſonã egreſſam quinquies ultra exire poſſe. Sed illa re plerunq; decipimur, quod perſonam, cum tacuerit, egreſſam falſo putamus, quæ nihilominus in proſcenio tacens loquendi tempus expectat. Eſt igitur attente animaduertẽdum, ubi & quando ſcena uacua ſit ab omnibus perſonis, ut in ea chorus uel tibicen audiri poſſit, quod cum uiderimus, ibi actum eſſe finitũ debemus agnoſcere. Confundit ſæpe lectorem id, quod perſona in ſuperiori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingreſſa, quod experientes ipſam fictam, dijudicant de republica ac temporum quantitate: poteſt enim fieri, ut et ingreſſa ſit ac egreſſa, quam praue credimus de proſcenio non receſſiſſe. Poſſe autem quinto egredi perſonam, non et neceſſe eſſe dicimus, ut appareat ultrà exire non poſſe. In tragœdia & parcius exire, & ſolere pariter & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Soſiam continet argumenti, quod populus hac occaſione perdiſcit, mox querelam apud ſe Daui de domino, & eiuſdẽ cum domino uerba, & rurſus eiuſdem ſerui deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus ſunt Carini uerba, prima cum Birria ſeruo, & poſt cum ipſo Pamphilo de nuptijs: Pamphili ſermo cum patre dolo conſentientis in nuptijs. Birriæ uerba. Daui callida oratio aduerſum ſenem. Tertio actui hæc attribuuntur, Miſydis cum obſtetrice colloquium, Dauo ac Simone audientibus, partus Glycerij ſuſpectus ſeni, & Daui apud eum fraudulẽta ſermocinatio. Simonis uerba cum Chremete de nuptijs, Daui perturbatio ac Pamphili. Quartũ actum per hæc intelligimus, Prima Carini uerba ſunt indignantis, uelut ſibi fidem non ſeruatam à Pamphilo, tum Myſidis uerba apud Pamphilum eiuſdemq; quæſtus, Daui adminiſtratio doli aduerſus Chremetem. In quinto actu Simo-

nis & Chremetis propè iurgium, diſputatio, tum detectio fallaciarum Daui, tum indignatio patris aduerſus filium, tum Critonis interuentus, et per eum cognitis rebus, in trãquillum res acta, ducentibus uxores, quas concupiuerant, Pamphilo & Carino. Illud nõ commouere nos debet, quòd in horum actuum diſtinctione uidentur de proſcenio non diſceſſiſſe perſonæ quædam, ſed tenere debemus, ideo Terentiũ uicinitatis mentionem feciſſe in principio, ut modico receptu, & adeſſe, & abeſſe perſonam intelligamus. Nihil ergo ſecus factum eſt ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiſerunt.

## VOLCATII SEDIGITI DE COmicis Latinis Iambi.

Multos incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam poëtæ comico cui deferant:
Eum, me iudice errorem diſſoluam tibi,
Vt contrà ſi quis ſentiat, nihil ſentiat,
Cæcilio palmam ſtatuo de comico,
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Deín Næuius qui feruet, pretio in tertio eſt.
Siquid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſſa Ennium

## PHILIPPVS MELANCHTHON.

NVllus eſt omnino ſcriptor in Latina lingua, quem tantopere cognoſci ediſciq; retulerit atq; Terentium. Nam cum prĩma uirtus in oratione ſit proprie loqui, nec proprij ſermonis artificem meliorem Terentio habeamus, dignus planè eſt, in quo perdiſcendo plurimum operæ ac ſtudij ponamus. Et ab ijs qui docent pueros, ſuperſtitioſam etiam diligentiam in hoc autore enarrando requiro. Primum prodeſt monere, quæ comœdiæ natura ſit, quid'ue ſpectarint comœdiarum autores, nomẽ unde factum ſit.

Atque hæc quidem Donatus copioſe expoſuit. Conuenit autem inter omnes, autores comœdiarum uoluiſſe & communium morum & caſuum exempla proponere, quibus uelut admoniti prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt profeſſores eò diligẽtius, ut ſciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi ſint legendis comœdijs. Nam quo propius cognorint & uim literarum & utilitatem, eo impenſius iuuat diſcere. Porrò nomen comœdia factum eſt, ut plurimi dicunt, ἀπὸ τοῦ κώμου, id eſt, à comeſſatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id eſt, à carmine, ut ſit conuiuale carmen. Nam in conuiuijs primum iocoſo quodam carmine, ciuium uitia iuuentus liberius taxabat: poſtea ars acceſſit, & theatrorum conſuetudo. Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς, de nominis origine aliter ſentit, nec piget adſcribere eius uerba: ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεος. Cætera Donatus. In recẽſendis argumentis fabularum conſilium poëtæ ſumma cura exponendum eſt. Quarum perſonarum deſcriptiones in primis admirationem mereantur, in quibus locis plurimum commoretur poëta, ubi plurimum neruorum, plurimum eloquentiæ oſtentet, quos locos ita commendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos ſuos norint. Et ob hanc cauſam fabularum omnium argumenta ueteri more in πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφὴν partiantur, ut diſtributa facilius adſequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ, continent periculum quoddam, nuſquam enim conſilio locus eſt, niſi in dubijs rebus. Neque uero aliud eſt comœdia, niſi humanorum conſiliorum & euẽtuum imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem promiſſam præſtet, poſtquam patri per errorem pollicitus eſt, futurum ſe in eius poteſtate, ac ducturum quam uellet. Eſtq; hæc ueluti στάσις fabulæ. Conſilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referenda ſunt. Et tota fabula ſimilis eſt orationi generis ſuaſorij. Nam uarie de tota cauſa conſultant ſenes, adoleſcentes ac ſerui. Sed ut argumentum propius cernere queãt pueri, ordine ſingulas partes referemus.

Quid petendum ex comœdijs.

## PERICVLVM PROTHESIS.

*Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidem dediſſet ductură ſe eſſe uxorē, pater, qui amare filium compererat, cōſilium capit abſtrahendi eius à Glycerio, ſimulat ſe uxorem daturum, poſcitq; ut ne filius id recuſet. Is cum & patrem uereretur, et Glycerium deſerere parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quò ſe uortat, ibi Dauus intelligens ſimulari rem à patre, conſulit herili filio, ut polliceatur patre ſe in eius poteſtate futurum, periculi nihil eſſe, quandoquidem ſimulētur nuptiæ. Filius obſequitur, quanquam ægre, pollicetur patri ducturum ſe quam uellet.*

## EPITASIS.

*Interea ſpargitur de Pamphili nuptijs rumor, reciſcunt et mu liercul æ, quibus cum Glycerio conſuetudo erat. Et pater cum à filio quod uoluerat, extorſiſſet, non iam ſimulat rem, ſed ſeriam fabulam orditur. Chremetem orat, ut gnatam det uxorem ſuo filio. Facile impetrat. Hic de Pamphilo actum fuit, maturare nuptias pater ſtudet, et filius pollicitus erat ſe in patris poteſtate futurum eſſe. Quæſo quomodo ex his turbis ſe explicet? quid faciat Pamphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculum contractū erat, cum dolus non ſucceſſiſſet, Chremetem deterret à nuptijs, fidem faciens amari aliam à Pamphilo.*

## CATASTROPHE.

*At pater rem urget: & proceſſiſſet, niſi caſus qui ſæpe plus ualet quàm ratio, dubijs rebus opem attuliſſet. Venit quiſpiă Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiam eſſe, gratum omnibus nuntium. Nuptiæ ex ſententia Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto periculo, caſu euaſerit Pamphilus.*

*Eſt autem in more Terentio, in prima ferè ſcena longa narratione commemorare occaſionē fabulæ, atq; eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in* Andria *exponit Pamphili amores, et patris conſilium, quo is filium à Glycerio diuulſurus erat. In reliquis ſcenis pergit conſilium exequi. Sunt aſperſa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Eſt enim mirabiliter aucta, commemoratione morum, ſtudiorū, ſodalitij Pamphili, qua occaſione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, ubi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet profeſſor, & uelim hic*

immodice etiam anxium eſſe, καὶ πολυπραγμονεῖν interpretem. Eſt enim modis omnibus efficiendum, ut mirentur, ut ament hunc autorem pueri. Id ita fiet, ſi rectiſſime intellexerint. Exigendum ab ipſis pueris, ut ſuo marte argumenta fabularum condant, ut locos aliquos retexant, & pluribus exponant, & tanquam ceram refingant, quæ exercitatio præterquam quod familiariorẽ hunc poëtam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic cordati ſenes, Dauus ueterator. Honeſta ac pia mente præditus adoleſcens Pamphilus. Verum ut Pamphili ingenium rectius perſpici poſſet, et ut aliquanto plus in fabula turbæ eſſet, confertur cum eo Carinus, Pamphili diſſimillimus, nihil moderatum in hoc, nihil conſilij, contrà in illo moderatiora omnia, penè quàm uel ætas poſcit, uel ſinit amor.

In primis mirantur eloquentiam poëtæ in Pamphili querelis, in ſenis narrationibus, conſultationibus, & obiurgationibus, ab his exemplis & uerba, & figuras Latini ſermonis, & dicendi rationem aſſueſcant petere adoleſcentes, felicius haud dubie collocaturi operam, quàm ſi interea uelut formicæ Indicæ aurum conueherent.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

Simo ſenex.
Soſia ſeruus.
Dauus ſeruus.
Myſis ancilla.
Pamphilus adoleſcens.
Carinus adoleſcens.
Birria ſeruus.
Lesbia obſtetrix.
Glycerium meretrix.
Chremes ſenex.
Crito hoſpes.
Dromo ſeruus.

# ANDRIA
## TERENTII.

ACTA LVDIS MEGA
lenſibus, M. Fuluio, & M. Glabrione ædilibus
curulib. Egerũt L. Ambiuius Turpio,
L. Attilius Præneſtinus. Modos fecit
Flaccus Claudij filius, tibijs pa-
ribus, dextris & ſini
ſtris: Et eſt tota Græ
ca, edita M. Mar-
cello, Cn. Sul-
pitio conſu
libus.

C. Sulpitij Apollinaris periocha.
trimetri iambici.

SOrorem falſò creditam meretriculæ
Genere Andriæ Glycerium uitiat Pamphilus,
Grauida'que facta, dat fidem uxorem ſibi
Fore hanc: nam aliam pater ei deſponderat
Gnatam Chremetis: atq; ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus *Cur nuptias ſimulet.*
Quid haberet animi filius cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Carino coniugem.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Huius prologi ratio eo tendit, ut nouo poëtæ ueniam paret, quòd non ut reliqui poëtæ, argumentum ſuo loco narret: tum deinde, ut ueterem in odium ducat: Poſtremo, ut Terētium modeſtiſſimum minimeq; errantem comprobet.*

Prologus hic relatiuus eſt quando maledicta ī aduerſariū reguntur.

## PROLOGVS.

*Verſus eiuſdem rationis.*

POëta cum primum animū ad ſcribendū appulit,
Id ſibi negoti credidit ſolum dari,
Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Verum aliter euenire multò intelligit.
Nam in prologis ſcribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
Veteris poëtæ maledictis reſpondeat.
Nunc quam rem uitio dent, quæſo animum aduortite:
Menander fecit Andriam & Perinthiam.
Qui utramuis recte norit, ambas nouerit:
Non ita diſsimili ſunt argumento, ſed tamen
Diſsimili oratione ſunt factæ ac ſtylo.
Quæ conuenere in Andriam ex Perinthia,
Fatetur tranſtuliſſe, atq; uſum pro ſuis.
Id iſti uituperant factum, atq; in eo diſputant
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant:
Qui cum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium,
Accuſant, quos hic noſter autores habet,
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc ut quieſcat porro moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,

* Exordium cogi ſi ad reſpondendum aduerſario.
† Syllepſis.
Operam legit Diomed.
† Prologi officium.
Vitiū poëtæ obiectum.
* Narratio.
† Argumētū in rebus.
† Oratio ad res, ſtylus ad uerba.
† Iſti, ad pſonæ reprehenſionem facit.
Næ pro ualde.
* Purgat exemplis.
Modeſta maledictorū imprecatio.
Ab auditoribus fauorem captat.

Vt pernoſcatis & quid ſpei ſit reliquum,
Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint uobis prius.

*Exigendæ id eſt, explodẽdæ, ut ĩ Hecyr. Sũ earũ exactus.

## COMMENTARIOLVM,
Petri Marſi.

Poëta cum primum &c. Calliopius beneuolentiam et nominis claritatem Terentij, uerbis uenatur ſuis, illum poëtæ nomine honeſtans, quod aduerſarij negabant, & aduerſarium publicas oblectationes maligno animo ac liuido impedientem, in odium populi adducit. Et utitur ſtatu abſoluto: Fatetur enim id feciſſe Terentium, quod aliorſum poëtis conceditur. Et aduerſarium ignorãtiæ accuſans, à iuſto, honeſto, et utili efflagitat, ut comœdia æquo animo ſpectetur, cæteris comœdijs de integro edendis factura præiudicium. Negotium pro labore ponitur. Cicero in oratione pro Roſcio: Cum pater iſtius nullo negotio ſit occiſus. Maleuolentia eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.

Negotium. Maleuolentia.

Prologus.

Prologus debet continere argumentum, & capita rerum quæ poſtea per argumentationem explicandæ ſunt, ut in Plautinis comœdijs intueri licet. Ideo Terentius abutitur prologo, quoniam non explicat argumentum, quo docilitas comparatur et attentio: ſed reſpõdet maleuolis, quibus facit inuidiam. Maledictio (inquit Cicero in oratione pro Cælio) nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius tractatur conuitium, ſi facetius, urbanitas nominatur. Perinthus dicitur Heraclea inſula Proponti dis, à qua Perinthiam fabulã appellauit Menander, ut ab Andro Andriam. Non ita diſſimili ſunt argumẽto &c. Fabius libro quinto, ſic ait: Argumentum quoq; plura ſignificat, nam & fabulæ ad actum ſcenarum compoſitæ argumenta dicuntur, & Cicero ad Brutum ait: quod argumentum ſimile non erat. Quo apparet (inquit Fabius) omnem ad ſcribẽdum deſtinatam materiã ita appellari. Vulgoq; paulo numeroſius opus, argumẽtoſum dicitur. Cicero in oratione de aruſpicum reſponſis ait: argumẽtum ſententiãq; audite. Ac ſtylo etc.) Id eſt, qualitate, nã modi orationis duo ſunt, ut recte ſentit Macrobius, diſpari moralitate diuerſi, Vnus eſt

Maledictio.

Perinthus.

Argumentũ.

Stylus.

*maturus & grauis, qui conuenit comœdijs ſtatarijs, id eſt, quietioribus. Alter ardens & erectus, qui motorijs, id eſt, turbulentis conuenit. Cicero in libris oratorijs, quod Fabius in decimo repetijt, optimum eſſe effectorem ac magiſtrum dicendi ſtylum dixit. Stylus inſtrumenum eſt, quo in pugillaribus olim aliquid adnotabatur. Quaproter ſtylus pro ipſa ſcriptione ponitur. Et eſt proprie ſtylus loquendi modus atq; ſcribendi, quem uariant ſententiæ colores atq; materia. Oratione &c.) Oratio eſt generale uocabulum, cuius duæ ſpecies: metrica, & ſoluta. Porro moneo &c.) Porro ſignificat olim, certe, ualde. Hic ponitur pro olim, id eſt, deinceps, & in futurum.*

Oratio. Porro.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur, & totius fabulæ iaciuntur fundamēta, ita ut uirtute poëtæ ſiue officio prologi, & materiā comœdiæ populus teneat, & res agi magis quàm narrari uideatur. Simo enim hic argumentum narrat, quod prologus in maledictis refellendis occupatus omiſerat.*

# ACTVS I. SCENA I.

SIMO *ſenex.* SOSIA *ſeruus.*

Trimetri omnes.

VOs iſthæc intrò auferte, abite, Soſia,
Adeſdum, paucis te uolo. So. dictum puta,
Nēpe ut curētur recte hæc. Si. Imò aliud. So. Quid eſt
Quod tibi mea ars efficere hoc poßit amplius? Si.
Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem quam paro,
Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide & taciturnitate. So. Expecto quid uelis. Si.
Ego poſtquam te emi à paruulo, ut ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus,
Scis, feci è ſeruo ut eßes libertus mihi,
Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. So.

*Hic protaticæ perſona inducitur, Soſia ſcilicet, quę deinceps nuſquā apparet.*

* *Soſiæ* πρετακτικὸν πρόσωπον.

† *In ſeruis et fides & taciturnitas laudatur.*

* Exordio beneuolentiæ

In memoria habeo. Si.Haud muto factum.So.Gaudeo,
Si tibi quid feci aut facio quod placet Simo, &
Id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtum 'ſt, nam iſthæc commemoratio
Quaſi exprobratio 'ſt, immemoris benefici.
Quin tu uno uerbo dic, quid eſt quod me uelis. Si.
Ita faciam, hoc primum in hac re prædico tibi.
Quas credis eſſe has, non ſunt ueræ nuptiæ. So.
Cur ſimulas igitur? Si. Rem omnē à principio audies,
Eo pacto & gnati uitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te uelim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia,
Liberius uiuendi fuit poteſtas, nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant. So. Ita 'ſt. Si.
Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philoſophos:
Horum ille nihil egregie præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. Non iniuria, nam id arbitror
Adprime in uita eſſe utile, ne quid nimis. Si.
Sic uita erat: facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat, cumq; unà his ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini,
Nunquam præponens ſe illis, ita ut facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. So.
Sapienter uitam inſtituit: nanq; hoc tempore
Obſequium amicos, ueritas odium parit. Si.

à meritis ca ptatur.
Habeo gratiam & ago gratiam ſecūdum Vallā.
* Propoſitio conſilij.
* Narratio qua exponit amores gnati & conſiliū ſuum de nuptijs. Eſt aūt amplificata narratio occaſionibus omnibus.
Ad philoſophos. Ecclipſis eſt Terentiana, pōt enim ſubintelligi animū applicare, adire.
Quod profecto difficile factu.
Hunc locum Eraſmus tractat in cōuiuio poëtico.
Vulgare prouerbium.

Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huic uiciniæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra. So.
Hei uereor nequid Andria apportet mali. Si.
Primum hæc pudice uitam, parce ac duriter
Agebat, lana ac tela uictum quæritans.
Sed poſtquam amans acceſsit pretium pollicēs
Vnus, & item alter (ita ut ingenium 'ſt omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem, dein quæſtum occipit.
Qui tum illum amabant, ſorte (ita ut fit) filium
Perduxere illuc ſecum ut unà eſſet meum.
Egomet continuo mecum, certe captus eſt,
Habet, obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis aut abeūteis, rogitabam, heus puer
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. So. Teneo. Si. Phædrū aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum ſimul
Amabāt, eho quid Pamphilus? quid? ſymbolum
Dedit, cœnauit, gaudebam: item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere, enimuero ſpectatum ſatis
Putabam. & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi,
Neq; commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,

Chryſis ex Andro Athenas cōmigrauit.
Adagium Iuuenalis: Nemo repente fuit turpiſſimus. Gradatim enim in uitiis labimur
† Lana ac tela mulieres quōdā uictū quæritabāt.
A` natura hominum.
Eclipſis.
Sedulitas paterna erga filium.
Exhortantis eſt uox.
παρένθεσις.
Symbolū eſt paruū numiſma, ut ſignū aliqđ, ut anulus.
* Ἐπιφώνημα Pamphili cōtinentia.
Μετωνυμία ἀιτιολογία

Qui gnatam haberem tali ingenio præditum.
Quid uerbis opus eſt?hac fama impulſus Chremes,
Vltro ad me uenit,unicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit,deſpondi,hic nuptijs dictus 'ſt dies.So.
Quid obſtat cur non ueræ fiant?Si.Audies:
Ferè in diebus paucis,quibus hæc acta ſunt,
Chryſis uicina hæc moritur.So.ò factum bene,
Beaſti,metui à Chryſide.Si.Ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chryſidem,unà aderat frequẽs,
Curabat unà funus,triſtis interim
Nonnunquam collachrymabat,placuit tum id mihi,
Sic cogitabam:hic paruæ conſuetudinis
Cauſa mortem huius tam fert familiariter,
Quid ſi ipſe amaſſet?quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij
Manſuetiq; animi officia,quid multis moror?
Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali.So.Hem quid eſt?Si.ſcies,
Effertur,imus,interea inter mulieres
Quæ ibi aderant, forte unam aſpicio adoleſcentulam,
Forma.So.Bona fortaſſe.Si.Et uultu Soſia
Adeo modeſto,adeo uenuſto,ut nihil ſuprà,
Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa 'ſt:& quia erat forma præter cæteras
Honeſta & liberali,accedo ad pediſſequas,
Quæ ſit rogo,ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
Perculſit ilico animum,atat,hoc illud eſt,
Hinc illæ lachrymæ,hæc illa 'eſt miſericordia.So.

Chremes na ă Pam-hilɔ ultro af ert.

Mod' loquẽdi ornatus.

† Mors Chryſidis.

† Τὸ πρέπον comœdiæ ſeruauit, nam in comœdia gaudium, in tragœdia luctus eſt.

Simo humanitati falſo aſcripſit qđ erat amoris.

Mira orationis breuitas.

† Nõ tam breuitatẽ quàm uenuſtatẽ q̃ſiuit Terentius.

Pulcher, & peculiaris loquendi modus.

Δεικτικ.

Quàm timeo quorſum euadas. Si. Funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulchrum uenimus,
In ignem poſita 'ſt, fletur, interea hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceßit imprudẽtius
Satis cum periculo, ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dißimulatum amorem et celatum indicat
Adcurrit, mediam mulierem complectitur,
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa (ut cõſuetum facile amorẽ cerneres)
Reiecit ſe in eum, flens quàm familiariter. So.
Quid ais? Si. Redeo inde iratus atq; ægre ferens,
Nec ſatis ad obiurgãdum cauſæ, diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe uoluit in ignem inijcere, prohibui,
Seruaui, honeſta oratio 'ſt. So. Recte putas:
Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi qui dederit damnum aut malum? Si.
Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans
Indignum facinus comperiße, Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam, ego illud ſedulo
Negare factũ, ille inſtat factum: deniq;,
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
Neget daturũ. So. Nõ tu ibi gnatũ? Si. Næ hæc quidem
Satis uehemẽs cauſa ad obiurgandũ. So. Qui? Cedo. Si.
Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater.
Propè adeſt, cum alieno more uiuendũ 'ſt mihi:
Sine nũc meo me uiuere interea modo. So.
Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? Si.
Si propter amorem uxorem nolit ducere,

† Venuſtas orationis cum decora breuitate.
Amor Pãphili erga Glycerium proditur.
Amor diſſimulari nõ poteſt.
Πάθω̃.
† Subiectio.
Ornatus loquẽdi mod⁹.
† Confirmatio à maiori.
† A' teſtib⁹.
† Ab indignitate eſt locus.
Chremes generum abdicat.
Eclipſis.
Sic ſe Pãphil⁹ excuſaret.
Seruitus matrimonij.
Verecũdiae obiurgãdi cauſam quærit.

* Conſilium ſenis. Prudens Simonis conſilium. Vide elegantẽ periodũ. Argumẽtũ à natura. Hunc locum Eraſmus ĩ cõuiuio poëtico expendit. Apoſiopeſis grauem pœnam minãtis. Soſiæ officium. ἀναστροφή.

Ea primum ab illo animaduertenda iniuria 'ſt,
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus ſi quid conſili
Habet, ut conſumat nunc, cum nihil obſint doli:
Quem ego credo manibus pedibusq; obnixe omnia
Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet,
Quàm ut obſequat' gnato. So. quapropter? Si. Rogas?
Mala mẽs, malus animus, quem quidem ego ſi ſenſero,
Sed quid opus 'ſt uerbis? ſine ut eueniat quod uolo,
In Pamphilo ut nihil ſit moræ, reſtat Chremes
Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.
Nunc tuũ eſt officium, has bene ut aſsimules nuptias,
Perterrefacias Dauum, obſerues filium
Quid agat, quid cum illo conſili captet. So. Sat eſt,
Curabo, eamus iam nunc intrò. Si. I præ ſequar.

## PETRVS MARSVS,

Vos iſthæc intro &c.) Id quod in prologo agendũ fuiſſet, poëta neceſſitate coactus hac ſcena præcedenti exequitur. Senis de filiorum uita ſoliciti ac natura loquacis, decorum ſeruans, mediocritatem illam in qua uirtus humana conſiſtit, & laus celebratur: in primis oſtendens rectam educutionem eſſe adhibendam, cum ſumantur à conuerſationibus mores, & uitandum ne proximum quenquam transfigant, & contactu noceant, quod Pamphili prius bonæ indolis pueri deprauatio teſtatur atque declarat. Nam iſthæc commemoratio etc.) Lacerat animum & premit (inquit Seneca) frequẽs meritorum commemoratio. Exceſſit ex ephebis & cætera.) Ephebi dicuntur pueri, quorum lucida facies iam pubeſcens, prima lanugine obducitur (phebi enim dicuntur lucidi) quaſi extra phebitatem, ut ita dixerim. Incipit autem pubertas poſt annum decimumquartum. Nam antea qui & cætera.)

Ephebi. Phebi.

Humani animi difficilis eſt coniectura, inquit Plato, qui in ſeptĩmo de legibus, loquens de puerorum educatione, ſic ait: Pueri ſine pædagogis non ſint. Eſt autem puer omni beſtia intractabilior. Nam cum prudentiæ fontem nondum perfecte habeat inſidioſiſſimus eſt acerrimusq́; & petulantiſſimus omnium beſtiarum. Ideo multis quaſi frenis uinciendus eſt. Et in decimo de legibus ait: Iuuenum mores ſæpe indies uarie' que mutãtur. Vt ne quid nimis.) Plato in eo dialogo qui Hipparchus inſcribitur, ſic ait: Hipparchꝰ inſtituta ſapientiæ, elegis carminibus incluſit, adeo ut ciues non admirarentur egregia illa epigrammata Delphica: Cognoſce te ipſum. Nihil nimis. Idem in Protagora ſic ait: Sapientes ex communi conſenſu has Delphici Apollinis tẽplo primitias dedicarũt, quæ templo inſcriptæ ab omnibus celebrantur: Cognoſce teipſum. Nihil nimis. Sponſioni non deeſt iactura & cætera.) Huius præcepti meminit etiam in Charmide. Veritas odiũ parit.) Sententia digna theatris & auribus confuſæ multitudinis, indigna uero bonorum uirorum cœtu conſeſſu' que honeſto. Seneca ſcribens de clementia ad Neronem, ſic ait: Malo uerbis offendere, quàm placere adulando. Et alibi: Si merito aliquis te obiurgabit, ſcito quia profuit: ſi immerito, ſcito quia prodeſſe uoluit. Et alibi: Malis diſplicere, laudari eſt. Epicurus dicebat: Qui peccare ſe neſcit, corrigi non uult. Et Seneca libro quarto epiſtolarum, ſic ait: Malis artibus popularis fauor acquiritur, & cõciliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt. Accepit conditionem, id eſt, modum uiuendi cum libidine ac facilitate quæſtuoſum. Dic ſodes &c.) Sodes, inquit Sextus Põpeius, id eſt, ſi audes, uti ſis pro ſi uis, & ilico pro in loco. Terẽtiꝰ in Andria: Dic ſodes. Symbolum dicitur à ſymballo uerbo Græco, quod Latine ſignificat confero, et ſimul trado. Gellius libro ſexto ſic ait: Cum domum ſuam nos uocaret tantus philoſophus, ne omnino (ut dicitur) immunes & aſymboli ueniremus, coniectabamus ad cœnulam nõ cupedias ciborũ ſed argutias quæſtionum. Plato ſic ait in Cratilo: Non ſecus & nos elementa rebus accommodabimus, & unum uni quocunq; egere maxime uideatur ſymbolaq́;, id eſt, cõiecta conficiemus quas ſyllabas

Sodes.

Symbolum.

uocant. Plinius libro trigeſimotertio loquẽs de anulis, dicit: Apud nos priſci anulum appellabant ungulũ, poſtea & Græci & noſtri ſymbolum. Nuptijs dictus &c.) Condicere denuntiare ſignificat & conſtituere, ut cõdicta eſt cœna. Mortem fert &c). Id eſt, ita commouetur ac dolet, ac ſi fuiſſet cum illa coniunctus ſumma familiaritate et amoris uinculo. In funus &c.) Celebrare funus eſt officium homini ab homine ſtudioſe præſitum. Nõ eſt humanum pectus, ſed ferreum potius, quod res humanæ non tangunt. Et hominem qui ex homine tollit, id eſt humanitatẽ, fera uerius quàm homo appellatur. Seneca loquens de amicitia, ſic ait: Alienis delectari malis, uoluptas inhumana: & alienis bonis torqueri, æterna miſeria eſt. Animus ergo humanus bene à natura inſtitutus, aliena dolet infelicitate, felicitateq́; lætatur, quoniam homo ab homine non eſt alienus. Vnde Antoni' Pius de Marco plorante ſuum educatorem iam uita functum, dixit: Permitte illi ut homo ſit. Non enim uel philoſophia uel imperium tollit affectus. Funus eſt exequiarum pompa. Lamentari præter cæteras &c.) Flere eſt emittere lachrymas & uocem. Plorare lachrymas tantum. Gemere in pectore. Eiulare eſt ſublata uoce flere, quod ad mulieres pertinet. Lamentari eſt uoce querula & triſti oratione calamitatem teſtari ſuam. Hæc eſt illa miſericordia etc.) Miſericordia eſt ægritudo et miſeria, alterius iniuria laborantis. Lamentatio (inquit Cicero in quarto Tuſculanorum.) Eſt ægritudo cũ eiulatu. Crudelitas minime humanũ malum eſt, indignumq́; tam miti animo. Ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere ac uulneribus, et abiecto homine in ſylueſtre animal tranſire. Ibi tum exanimatus &c.) Exanimatus uehemẽter commotus eſt præ timore, quaſi extra ſe poſitus & ſemimortuus. Hi affectus collocãtur ſub metu, terror, rubor, pallor, timor, pauor, qui eſt timor mentem è loco mouens, et exanimatio, quæ eſt comes pauoris & conturbatio, quæ eſt metus excogitata excutiẽs. Diſſimulatũ amorem &c.) Affectum exprimit amantis Pamphili, qui cogente neceſſitate ac periculo urgente, præſente etiam patre, amorẽ ſuum indicauit. Ideo dicit Martialis: Quid non cogit amor? Nam ſi illum obiurges &c.) Obiurgatio eſt caſti

Condicere. Funus. Flere. Plorare. Gemere. Eiulare. Lamentari. Miſericordia. Lamẽtatio. Crudelitas. Exanimatio. Obiurgatio.

gatio poſt turpe factum, & pertinet ad amicos, & affinitate & propinquitate coniunctos. Vt per falſas nuptias &c.) Apuleius libro ſexto ſic ait: Luxuria puerilis nuptialibus pedicis colligāda eſt & primi impetus iuuentutis, freno quodam coërcēdi ſunt. Flā ma ſæui amoris parua quidem primo uapore delectat ſed fomēto conſuetudinis exæſtuans, totos comburit homines. Et Plautus in Ciſtellaria dicit amorem melle ac felle fœcundiſſimum eſſe. Luxuria.

PAVLVS MALLEOLVS.

Sequenti ſcena Simo à Dauo filij amorem explorat. Idem falſas nuptias uafre ſimulat, interminando ipſi Dauo, ne quid in ea re fallaciæ ſtruat. Poſtremo Daui hæſitabūdi eſt cōſultatio. Pamphilum ne adiuuet, an potius obtemperet hero.

# ACTVS I. SCENA II.

SIMO ſenex. DAVVS ſeruus.

Partim ſenarij, partim quadrati, dimeter unus.

NOn dubium 'ſt quin uxorē nolit filius, * Spargitur res in perſonas, & inſtitutū conſiliū exequitur.
Ita Dauum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audiuit, ſed ipſe exit foras. D.
Mirabar hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas
Verebar quorſum euaderet. † A' timore Daui ſuſpicio eſt.
Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorē ſuo,
Nunq̄ cuiq̄ noſtrū uerbū fecit, neq; id ægre tulit. Si.
At nūc faciet, neq; (ut opinor) ſine tuo magno malo. D. Magna leuītas parētū filios corrūpit.
Id uoluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio,
Sperātes iam amoto metu interea oſcitantes opprimi, Callida Daui ſuſpicio.
Ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias,
Aſtute. Si. Carnifex quæ loquitur? D. Herus eſt, neque præuideram. Si. † Negantis uim habet hæc interrogatio.
Daue. D. Hem, quid eſt? Si. Ehodum ad me. D. quid hic uolt? Si. Quid ais? Da. Qua de re? Si. Rogas?

Meum gnatum rumor eſt amare. DA. id populus curat ſcilicet SI.

Agis, id eſt audis.

Hoccine agis an non? D. ego uero iſtuc. S. ſed nunc ea me exquirere.

Iniqui patris eſt? nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet.

† Tempus amorem in adoleſcētulis excuſat. Indulgentia patris. Explorata ſententia.

Dum tēpus ad eā rem tulit, ſiui animū ut expleret ſuū

Nunc hæc dies aliā uitam adfert, alios mores poſtulat

Dehinc poſtulo, & ſi æquum 'ſt, te oro Daue, ut redeat iam in uiam. D.

Hoc quid ſit. S. omnes qui amāt, grauiter ſibi dari uxorem ferunt. D.

Ita aiunt. S. tum ſi quis magiſtrum cepit ad eā rem improbum,

Ipſum animū ægrotum ad deteriorē partem plerūq; applicat. D.

† Callida ſimulatio. Adagium. Oedipus enī ſol' Sphīgis ænigma ſoluit.

Non hercle intelligo. S. non? hem. D. non. Dauus ſum, non Oedipus.

Nempe ergo aperte uis quæ reſtant me loqui? D. ſane quidem. S.

Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ

Conari quo fiāt minus, aut uelle in ea re oſtēdere quām ſis callidus. (uſq; ad necē,

† Omen quicquid ore dicitur.

Verberibus cæſum te in piſtrimū Daue dedā (lā,

Ea lege atq; omine, ſi te inde exemerim, ego pro te mo

Quid hoc intellextin? an nondū etiam ne hoc quidem? D. imo callide.

† Admonitio eſt.

Ita apte ipſam rē mō locutus, nil circuitiōe uſus es. Si.

Vbiuis facilius paſſus ſim quā in hac re me deludier. D.

Bona uerba q̃ſo. Si. Irrides? nihil me fallis, ſed dico tibi
Ne temere facias, neq; haud dicas tibi nõ prædictũ caue

Neq; haud dicas tibi non, ſic habet uera lectio, ut ſint tres negatiuæ uoculæ.

## PETRVS MARSVS

Non dubium eſt & cætera. Humani ingenij ac prudentiæ coniecturam in re ciuili non ſufficere ad ueritatem diſpiciendam hæc ſcena præcedens declarat: & ſerui non ſtolidi ſed uerſuti calliditas exprimitur, qui rem omnẽ pro captu ſeruilis ingenij ac rationis conſiderat, & raciocinatur ne incautus opprimatur: & patris nimia indulgentia erga filios, ac negligentia in illorum educationi deſcribitur. Duo hæc illorum malorum cauſa ſunt, quæ facile emẽdantur. Et patrem decet in primis ita filium inſtituere ut ſe ac patria dignus adoleſcat. Plato in eo dialogo qui Theages de ſapientia inſcribitur, ſic ait. Non enim hactenus cognoui cui rei maiorem diligentiam quiſquis mẽtem habet adhibere debet, quàm ut filium optimum reddat. Nihil ad me attinet, &c.) Hæc ſententia non quocunque patre digna eſt, ſed illo qui ſua indulgẽtia pariter & negligẽtia filium errare ſinit, & ita labi, ut ſuæ imprudẽtiæ tandem det pœnas, ac filiorum delictis torqueatur. Plato in ſecũdo de legibus loquens de uitæ puerorum diſciplina, ſic ait: Diſciplinam appello uirtutẽ, quæ primo pueris uel iuuenibus aduenit, ſi uoluptas & amor, dolorq́; & odium recte in animos influant antequam ratione moueantur, & ratione deinde præſente rationi conſentiant, propter ſuperiorũ bonorũ morum conſuetudinẽ. In ſexto ſic ait: Hominem manſuetum animal eſſe dicimus. Certe ſi cum natura felici rectam quoq; diſciplinam fuerit aſſecutus, diuinum animal & mãſuetũ efficietur. Sin uero aut nõ ſatis aut nõ bene fuerit educatus, ferociſſimũ omniũ quæ in terris naſcũtur animal redditur, quãobrẽ non debet legũlator rem ſummopere neceſſariam pueritiæ educationẽ poſtponere, ſed operã dare in primis ut optimus uir eligatur, qui pueris educãdis præſit. Idem in tertio de republi. ſic ait, Quapropter ipſis principibus & primo et maxime deus præcipit, ut nullius rei maiorem curam cuſtodiam'ue ſuſcipiant quàm filiorum. Ea lege atque omine et cætera.) Cicero li

Homo.

Omen.

bro primo de diuinatione ſic ait: Neq; ſolum deorum uoces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum (quæ uocant) omina, quæ maiores noſtri (quia ualere cenſebant) idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum felix fortunatumq; eſſet precabātur, rebusq; diuinis quæ publice fierent, ut fauerēt linguis, imperabāt. Quod Seneca loquens de uita beata, ſic interpretatur: Quotiens mentio ſacrarum literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbo non (ut pleriq; exiſtimant) abſtrahitur, ſed imperatur ſilentium, ut rite peragi poſſit ſacrum, nulla mala uoce uel ore obſtrepente. Tum ſi quis magiſt. cepit ad etc.) Quoniam nihil quod animos dubios & in prauitatē inclinatos magis præcipitet, quàm malorum uirorum conuerſatio, & improborum magiſtrorum perſuaſiones: quos Plato in eo dialogo qui Sophiſta inſcribitur, non præceptores, ſed seductores ac præſtigiatores appellat his uerbis: Seductores quaſi præſtigijs quibuſdam utentes, adoleſcētulos procul à ueritate rerum adhuc exiſtentes decipiunt. Seneca: Facile eſt teneros adhuc componere animos, difficulter reciduntur uitia quæ nobiſcum creuerunt.

PAVLVS MALLEOLVS

Hic breuis & comica deliberatio eſt, anxia expectatione rerum plurimarum imminentium commotiua, excitans perturbāsq; Daui conſiderationem propoſitam.

## ACTVS I. SCENA III.

DAVVS ſolus.

Partim octonarij, partim ſenarij.

* Conſultatio Daui, filium ne adiutet, aut ſeni auſcultet.

ENimuero Daue nihil loci'ſt ſegnitiæ neq; ſocordiæ.
Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptijs.
Quæ ſi nō aſtu prouidētur, me aut herū peſſundabunt.
Nec quid agam certum'ſt, Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni.

† Dilemma eſt.

Si illū relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas.

Cui uerba dare difficile 'ſt, primum iam de amore hoc comperit. Verba dare, id eſt decipere.

Me infenſus ſeruat, ne quam faciã in nuptijs fallaciã:

Si ſenſerit, perij: aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit, †ſermo prouerbialis ex uocib⁹ cõtrarijs cõſtans.

Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in priſtinum dabit.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam, hæc Andria. Paronomaſia eſt, quæ à Cicerone agnominatio dicitur.

Siue iſta uxor, ſiue amica 'ſt, grauida è Pamphilo 'ſt.

Audireq; eorum eſt operæpretium audaciam.

Nam inceptio 'ſt amentium, haud amantium.

Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.

Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,

Ciuem Atticam eſſe hanc, fuit olim quidam ſenex †, Εξυγμένον orationis genus.

Mercator, nauem is fregit apud Andrum inſulam.

Is obijt mortem. Ibi tum hanc eiectam Chryſidis Hic Paraſceue eſt, id eſt, præparatio ad aliam ſcenam.

Patrem recepiſſe orbam, paruam fabulæ,

Mihi quidem hercle non fit uerisimile,

Atq; ipſis commentũ placet, ſed Myſis ab ea egredit.

At ego hinc me ad forum, ut conueniã Pamphilum, †Ad narrationẽ redit.

Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

## PETRVS MARSVS.

Enimuero Daue &c.) In aliqua difficultate celeriter eſſe deliberandum atq; prudenter, & id quod è re noſtra eſſe uidebitur, ſine cunctatione agendum, hæc ſcena præcedens monet: & ingenij celeritatem in rebus aduerſis cognoſci declarat in primis, quoniam explorant aduerſa uiros, ut inquit Sillius, & ingenium in ſubitis caſibus acui teſtatur. Vnde illud Martialis: O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium. Tunc enim prudens quis dicitur, cum mala imminentia cum ratione declinat. Vnde Plato in eo dialogo qui Hippias maior inſcribitur, ſic ait: Multi in hoc conſentiũt, Martialis.

ſapientem in primis ſibiipſi ſapere oportere. Quapropter & Ennius dixit:

Sapiens qui ſibi prodeſſe neſcit, nequicquam ſapit.

Andrus. Insania. Dementia. Amor.

Accedit etiam, hæc Andria, &c.) Andrus eſt inſula in mari Myrtoo, una ex Cycladibus quæ Delon ambiunt. Nam inceptio eſt amentium &c.) Inſania ſignificat mentis ægrotationẽ ac morbum, ac uehemẽtem alicuius rei cupiditatem à ratione penitus alienam, quam philoſophi nominauerunt amentiam dementiam'que. Vnde eſt aliquis amor, qui non multum differt ab inſania. Amor autem rei honeſtæ laudatur in primis, quem miris laudibus celebrat Plato in Phædro, in quo ſic ait: Scias in nobis duas eẽ ideas, quas ſequimur duces quocunque ducunt, cupiditatem ſcilicet uoluptatum, & rectam opinionem optimi affectatricem. Cupiditas abſque ratione ſuperans opinionem ad recta tendentem, rapiens'que ad uoluptatem formæ. A` rhomis, id eſt, robore & uehementia, eros amor appellatus eſt. Operæpretium dicitur fructuoſum & ad rem pertinens.

Operæpretium.

PAVLVS MALLEOLVS.

Oeconomia expoſtulat, ut obſtetrix accerſatur, & cõueniatur Pamphilus.

Sequenti ſcena exiens è proſcenio Myſis, de quo geſtura eſt dicit, ſimul'q; docet quidnam ab altera geſtum ſit.

# ACTVS I. SCENA IIII.

MYSIS ancilla.

Octonarij omnes.

†obſtetrices temulentæ iuxtaq; temerariæ primo mulierũ partui non adhibendæ.

Apoſiopeſis. Inuocatio. Myſidis.

AVdiui Archyllis iamdudum, Lesbiam adduci iubes,
Sane pol illa temulẽta' ſt mulier, et temeraria
Nec ſatis digna cui cõmittas primo partu mulierem,
Tamen eam adducã, importunitatẽ ſpectate aniculæ.
Quia compotrix eius eſt, dij date facultatem obſecro
Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor quid ſiet,

Opperiar, ut ſciã nũc qdnã hæc turba triſtitiæ adſerat.

Turba, id eſt turbatio, concio.

## PETRVS MARSVS.

Audiui Archyllis etc.) A` nimio uini uſu ac temulentia, qua nihil eſt turpius, illis maxime fugiendum eſſe monet ſcena hæc, qui alicui negotio præſunt, cum nihil profecto quod agi ab illis recte poſſit. Plato libro tertio de republica ſic ait: Qui rẽpublicam gubernant, ebrietatem fugiant. Nihil quippe minus conuenit, quàm cuſtodi ebrio neſcire quo terrarũ degat. Ridiculum profecto eſt, cuſtodem cuſtodis indigere. In ſecundo de legibus ſic ait: Pueri uſq; ad duodeuigeſimum annum uini uſum prorſum ignorent: nempe eos monebimus, non oportere ignẽ igni addere, furioſum nanq; habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde uino moderate utãtur uſq; ad annum ætatis trigeſimum. Ab ebrietate uero & uini repletione iuuenes omnino abſtineant. Bacchus, inquit, uinum quaſi remedium aduerſus duritiẽ ſenectutis largitus eſt. Anacharſis Scytha dicere ſolebat, autore Laërtio, uitem tres uuas ferre: primam uoluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mœroris. Qui interrogatus qua ratione quis abſtemius fieri poſſet, reſpõdit: Si turpes ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat. Lesbiam adduci &c.) Methymna eſt urbs Lesbi inſulæ optimi uini feraciſſima. Ideo poëta ioco ſe ſimul & ingenioſe finxit hanc obſtetricem temulentam, uocari Lesbiam, ad uinum Lesbium alludens. Plinius libro decimoquarto, loquens de uini uſu, dicit: Non licebat id fœminis Romæ bibere. Cato ideo propinquis oſculum dari iuſſit, ut ſcirẽt an temetum olerent, hoc temetũ nomẽ uino erat. Vnde et temulẽtia appellata.

Ebrietas.
Vinum.
Vitis tres uuæ.
Abſtemius.
Methymna.
Temetũ.
Temulẽtia.

## PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena inducitur Pamphilus ſtomachabũdus & ira cõcitus, uehementer dolens de nuptijs tam ſubito celebrandis. Pollicetur præterea Myſidi fidem omnino ſeruaturũ ſe Glycerio, uel inuito ſi res ita exigat patre.

# ACTVS I. SCENA V.

PAMPHILVS adoleſcens. MYSIS.

Quadrati partim, trimetri nonnulli, mono meter unus, & dimeter alter.

HOccine 'ſt humanum factum aut inceptũ? hoccine officium patris? My. Quid illud eſt? Pamphilus. Prò deum atq; hominum fidem, quid eſt, ſi hæc, non contumelia 'ſt?
Vxorẽ decrerat ſeſe dare mihi hodie, nonne oportuit
Præſcíſſe me antè? nõne prius cõmunicatum oportuit?
Miſerã me, quod uerbum audio. Pam. Quid Chremes, qui denegarat (My.
Se commiſſurum mihi gnatam ſuam uxorem, id mutauit, quoniam
Me immutatum uidet? ita'ne obſtinate operam dat, ut
Me à Glycerio miſerum abſtrahat? quo ſi fit, pereo fun (ditus.
Adeon' hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quenq̃ ut ego ſum?
Prò deum atq; hominum fidem, nullon' ego
Chremetis pacto affinitatẽ effugere potero? quot mo=
Contẽptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia? hem (dis
Repudiatus repetor, quamobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor,
Aliquid mõſtri alũt, ea quoniã nemini obtrudi poteſt,
Itur ad me. My. Oratio hæc me miſeram exanimauit metu.
Nam quid ego nunc dicam de patre? ah
Tantam'ne rem tã negligẽter agere? præteriẽs modo
Mihi apud forum, uxor tibi ducenda 'ſt Pamphile hodie, inquit, para,

* Querela Pamphili. Pãphilus ob nuptias perturbatus ex abrupto incipit propoſitionem iniuriæ.
* A` patris perſona. In Chremetẽ inuehitur.
Mire poëta hic magnas turbas facit quo cataſtrophe maiore gaudio compleatur.
* A`chremetis perſona.
*Exaggeratur indignitas.
Propria & pathetica locutio.
Parentis negligentiam carpit.

Abi domū, id mihi uiſu'ſt dicere, abi cito, ac ſuſpēde te.
Obſtupui, cenſen' ullum me uerbum potuiſſe proloqui?
Aut ullam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquā? obmutui.
Quod ſi ego reſciſſem id prius, quid facerē? ſi quis nūc me roget,
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem, ſed nunc quid primum exequar?
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerſe trahunt,
Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio
Tum patris pudor, qui me tā leni paſſus eſt animo uſq; adhuc
Quæ meo cunque animo libitum'ſt facere, ei ne ego ut aduerſer? hei mihi,
Incertum'ſt quid agam. M. Miſera timeo hoc incertū quorſum accidat.
Sed nunc peropu'ſt aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.
Dū in dubio'ſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Pamphilus.
Quis hic loquitur? Myſis ſalue. My. ò ſalue Pamphile: Pamphilus. Quid agitur? My. Rogas?
Laborat è dolore, atq; ex hoc miſera ſolicita'ſt, diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ, tum autem hoc timet.
Ne deſeras ſe. Pam. Hem ego'ne iſthuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam?
Quæ mihi ſuum animum atq; omnem uitam credidit,

Agere amantes de re uxoria audiunt.
† Μίμησις.
Deliberatio & eius partes.
Diſſolutio ſeu articulus deficientibus copulis.
*Conſultatio ſequitur querelam: fingit enim cordatum adoleſcentem.
Patris indulgētiā arguit.
† Nimia parentum lenitas odioſa.
Egregium dictum.
Metaphora à mole pōderis in ſtatera pēdentis.
Lēta et mœſta reſponſio ego ne iſth.
Magna uis ē in pronominibus iſtis, nec

præcipitater ſed interrupte proferenda ſunt.
* Confirmatio ab honeſto, et tot' locus mire eſt patheticum.
† Incrementum.
Ardentius incitat.
† A' meritis Glycerij.
† Narratio et rotūda et & breuis.
Proſopopœia eſt, et pricipiū à blandimento.
Ab obteſtatione moue t ἦθος.
A' ſtudio Glycerij.
Incrementū.
Conclu in partem deliberatiōis ſuæ per electionem.

Quā ego animo egregie charā pro uxore habuerim,
Bene & pudice eius doctum atq; eductum ſinam
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Non faciam. My. haud uereor ſi in te ſolo ſit ſitum,
Sed uim ui queas ferre. Pam. adeon' me ignauū putas?
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt neq; me conſuetudo, neq; amor, neq; pudor
Commoueat, neque commoneat ut ſeruem fidem? My.
Vnū hoc ſcio, hanc meritā eſſe, ut memor eſſes ſui. Pā.
Memor eſſem? ô Myſis Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio, iam fermè moriens me uocat,
Acceſſi, uos ſemotæ, nos ſoli, incipit:
Mi Pamphile, huius formā atque ætatem uides,
Nec clam te 'ſt quàm illi utræq; res inutiles
Et ad pudicitiā & ad tutandā rem ſient.
Quod ego per hāc te dextram oro, & Genium tuum,
Per tuam fidem, perq; huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:
Te iſti uirum do, amicum, tutorem, patrem.
Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei:
Hanc in manum dat, mors continuo ipſam occupat,
Accepi, acceptam ſeruabo. My. ita ſpero quidem. Pam.
Sed cur tu abis ab illa? My. obſtetricē accerſo Pam. propera,
Atq; audin'? uerbum unum caue de nuptijs,

*Ne ad morbum hoc etiam. My. teneo.*

PETRVS MARSVS.

*Hoccine eſt humanũ factum, &c.) Qualis debeat eſſe oratio pathetica, hæc ſcena præcedens docet: & amãtis iuuenis uehementes æſtus, & animum ancipitem exprimit, qui curis diſtrahitur, hinc rapiente appetitu, hinc reuocante ratione: cuius imperio incontinentes minime parẽt uoluptate decepti, pro qua corrupte iudicare ſolent. Macrobius libro quarto loquens de affectibus, ſic ait: Oratio pathetica aut ad indignationẽ aut ad miſericordiam dirigitur: horum alterum accuſatori neceſſariũ eſt, alterum reo. Et neceſſe eſt initium abruptum habeat, quoniam ſatis indignantibus leniter incipere non conuenit. Ideo apud Vergilium Iuno ſic incipit: Quid me alta ſilẽtia cogis Rumpere? Nec initium ſolum tale debet eſſe, ſed omnis (ſi fieri poteſt) oratio pathetica & breuibus ſententijs, et crebris figurarum mutationibus, debet uelut inter æſtus iracũdiæ fluctuare. Ira, inquit, quæ breuis eſt furor, nõ poteſt continuare unum ſenſum in loquendo. Quid eſt, ſi hæc nõ contumelia eſt &c.) Seneca in libello de amicitia, ſic ait: Contumelia à contemptu dicta eſt, quia nemo niſi quem contemnit, afficit tali iniuria. Tum patris pudor & cætera. Ariſtoteles in ſecundo libro Oeconomicon, ſic ait: Duplex eſt timoris ſpecies: Vna quidem cum pudore & uerecundia, qua utuntur erga parẽtes filij ſobrij, & ciues compoſiti ad benignos rectores: Alia uero cum inimicitia & odio, ſicut ſerui ad dominos, & ſubditi ad tyrãnos iniurioſos & iniquos. Plato in libro decimo de legibus, ſic ait: Metuimus quoq; ſæpenumero, cum formidamus ne dicendo aut faciendo aliquid minus honeſtum, mali uideamur, quem quidem timorem nos immo oẽs (ut arbitror) pudorem appellamus. Si ego reſciſſ. &c.) Gellius libro ſecundo: Qui factum aliquod occultius aut inopinatum inſperatumq; cognoſcit, is dicitur proprie reſcire. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Solicitatio uero eſt quæ fit ab alio. Dum in dubio eſt animus, &c.) Momẽto, id eſt, motu. Fabius libro tertio ſic ait: Laudare teſtem uel contra, pertinet ad momẽta iudiciorum. Laborare dolere, &c.) Dolor eſt ægritudo crucias,*

Oratio pathetica. Ira. Cõtumeliæ. Timor. Reſcire. Solicitudo. Solicitatio. Momentum.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſcena colloquium eſt duorum adoleſcentum, Carini & Pamphili, in qua altera pars fabulæ oſtenditur. Nam ex duorum iuuenum periculis gaudijsq; Andria cõponitur. Pamphilum Carinus precatur obnixe. Philomenam ne ducat.*

# ACTVS II. SCENA I.

CARINVS *adoleſcens*, BIRRIA *ſeruus*, PAMPHILVS.

*Verſus partim octonarij, partim ſenarij, nonnulli pentametri.*

* Hic uelut omiſſo argumento principali, admiſcet Carinũ ut plus in fabula ſit turbæ.

Sententia ex Ariſtote. de prompta.

Sanum Birriæ conſiliũ attendant tũ amatores, tũ phyſici

† Hoc geſtu pronuntiandum.

† Hunc ad indignatẽ refertur.

QVid ais Birria? datur' ne illa hodie Pamphilo
Nuptum? Bir. Sic eſt, Ca. qui ſ'as? Bir: Apud forum modo
De Dauo audiui. Ca. Væ miſero mihi, ut animus in
Spe atque in timore uſque antehac attentus fuit,
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet. Bir.
Quæſo ædepol Carine, quoniam id fieri quod uis, non poteſt, uelis id
Quod poſſit. Ca. nihil aliud niſi Philomenã uolo. Bir.
Ah quanto ſatius eſt te id operam dare,
Qui iſtũ amorẽ ex animo amoueas tuo, q̃ id loqui,
Quo magis libido fruſtra incendatur tua. Ca.
Facile oẽs cum ualemus, recta cõſilia ægrotis damus:
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Bir. age age ut lubet. Ca. ſed Pamphilum.
Video, omnia experiri certum' ſt prius quàm pereo, Bir. quid hic agit? Ca.
Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo, amorem huic narrabo meum.

Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies,
Interea fiet aliquid ſpero. Bir. Id aliquid nihil eſt. Ca. Birria,
Quid tibi uidetur? adeon' ad eum? Bir. quid ni? ſi nihil impetres,
Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum ſi illam duxerit. Ca.
Abi hinc in malā crucē cū ſuſpicione iſthac ſcelus. Pā.
Carinum uideo, ſalue. Ca. ò ſalue Pamphile,
Ad te uenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens. Pam.
Neque pol cōſilijs locū habeo, neque auxilij copiam.
Sed iſthuc quidnam 'ſt? Ca. hodie uxorem ducis. Pam. aiunt. Ca. Pamphile,
Si id facis, hodie poſtremum me uides, Pam. quid ita? Ca. Hei mihi.
Vereor dicere, huic dic quæſo Birria. Bir. ego dicam? Pam. quid eſt? Bir.
Sponſam hic tuam amat. Pam. næ iſte haud mecum ſentit: ehodum dic mihi.
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Carine? Car. ah Pamphile
Nihil. Pam. quàm uellem. Ca. nunc te per amicitiam & per amorem obſecro,
Principio ut ne ducas. Pam. dabo equidem operam. Ca. ſed ſi id non poteſt:
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi (Pam. cordi) Ca. ſaltē aliquot dies

Saltē particula, utūtur in rebus deſperatis.

* Sic diſtinxit Donatus quid ni? ſcilicet adeas.

Artificioſe cōſilium poſtponit.

† Interrogatio cauta ante confeſſionem.

Carini uerecundia.

* Vide mirā breuitatem narrationis.

Quàm uellē .ſ. abs te eſſe uitiatam.

† Petitio eſt. correctio impatiētis Pā.

Proſer, dũ proficiſcor aliquò, ne uideã. Pã. audi nunc iã
Ego Carinc neutiq̃ officium eſſe liberi puto,
Cũ is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, q̃ tu adipiſcier. Ca.
Reddidiſti animum. Pam, nunc ſi quid potes aut tu,
aut hic Birria,
Facite, fingite, inuenite, efficite qui detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur. Ca. ſat habeo. Pam. Da
uum optime
Video, cuius conſilio fretus ſum. Car. at tu hercle haud
quicquam mihi,
Niſi ea quæ nihil opus ſunt ſcire, fugin' hinc? Bir. Ego
uero ac lubens.

Officium liberi hominis. †Obiurgatio †Gratiæ id ẽ gratiam. Nupt.) Vultuoſe et cum geſtu pronũtiandum. † Prouerbialis ſermo. Mire exprimit affectũ nuptias recuſantis. Eclipſis, qcq̃ ſ. dicis. Lubens idẽ lubenter.

PETRVS MARSVS

Quid ais Birria, &c.) Amore alicuius rei optatæ ultra q̃ oporteat irretitos, deſipere ac penè inſanire exprimit et docet hæc ſcena: cum mentis acies uoluptatum corrupta illecebris, decorum ipſum non uideat, & ad id tandem deueniat, ut ab his moneri cogatur & regi, quos ipſa regere deberet & gubernare. Huius rei cauſa eſt incontinentia, quæ prudentiam deſtruit. Duorũ igitur adoleſcentium ardores, & uota diſſimilia nec non amatoria deſcribitur inconſtantia et ſuſpicio. Socrates apud Platonem in ſympoſio, Alcibiadem formoſiſſimũ adoleſcentem ſic alloquitur. Tũc ſanæ mẽtis oculis acute incipit cernere, cum primum corporis oculis defloreſcit: tu uero ab hac ætate es procul. Et in Phædro ſic ait: Quando cupiditas abſq; ratione ad uoluptatem trahit, nobiſque imperat, imperium illud libido uocatur. Libido autem quomodo multiformis ſit multarumq́; partium, multas itaq; appellationes habet. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias, &c.) Plato in Phædro ſic ait: Amantes propter cupiditatis ardorem in iudicando falluntur. Quid tibi uidetur &c.) Hic locus quàm moleſta ſit ueritas amanti, quamq́; iucunda ſit aſſentatio declarat. Officium liberi

Libido.

hominis eſſe puto, etc.) Senſus eſt: Non puto illum agere ut decet liberum hominem, qui cum nullum beneficium conferat, petit gratiam ſibi deberi. Vnde cum ego fugiẽdis nuptijs mihi potius quàm tibi inſeruiam, nolo mihi debeas. His enim debemus, qui in nos benefici fuerunt. Cum is nihil promereat, id eſt, nihil conferat propter quod aliquis affectus beneficio, illi debeat, & antique dixit. Vergilius in quarto:

– Ego te quæ plurima fando
Enumerare potes, nunquam regina negabo
Promeritam. –

Id eſt, contuliſſe in me omnia beneficia, quæ potes uerbis explicare tuis, ut mihi nullo modo liceat eſſe ingrato. Ille igitur nihil promeretur, qui nihil agit, ob quod poſſit eſſe, de aliquo bene meritus. Non eſt ergo officium animi generoſi, uelle aliquem ſibi debere alicuius rei gratia, quam illi non eſt gratificatus, id eſt, nõ fecit gratia illius.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena conſilium continetur perſonarum, ad quas potiſſimum argumentum ſpectat. Et eſt locus, in quo (ut fieri ſolet) fortuna mixta rebus diſpoſitis, magnas turbationes dat, in cuius principio Dauus, comperta ex uarijs coniecturis nuptiarum falſitate, Pamphilum quærens, inſolentius exultat.

# ACTVS II. SCENA II.

DAVVS, CARINVS, PAMPHILVS.

Trimetri trochaici, & ſenarij quidam.

Dii boni, boni q̃d porto? ſed ubi inueniã Pãphilũ?
Vt metum in quo nunc eſt adimam, atque expleam animum gaudio? Ca.
Lætus eſt, neſcio quid. Pam. nihil eſt, nondum hæc reſciuit mala. Da.
Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias. Ca.

Portamus et corpore, & animo.
Recto ordine prius metus tollitur q̃ gaudium infundatur.
Reſciuit id ẽ cognouit.

Audin' tu illum? Da. toto me oppido exanimatum quære
rere.
Sed ubi quæram? aut quò nunc primum intendam? Ca.
ceſſas alloqui? Da.
Abeo. Pamphilus. Daue ades, reſiſte. Dauus. quis homo
'ſt qui me? ò Pamphile,
Teipſum quæro, euge ò Carine, ambo opportune, uos
uolo.
Pamphi. Daue, perij. Da. quin tu hoc audi. Pamphi. in-
terij. Da. quid timeas ſcio. Ca.
Mea quidem hercle in dubio uita 'ſt. Da. & tu quid ti-
meas, ſcio. Pamp.
Nuptiæ mihi. Da. & id ſcio. Pam. hodie. Da. obtundis,
tametſi intelligo:
Id paues, ne ducas tu illam, tu autem ut ducas. Ca. rem
tenes. Pam.
Iſthuc ipſum. Da. atque iſthuc ipſum, nihil periculi 'ſt,
me uide. Pam.
Obſecro te quàm primum hoc me libera miſerum me-
tu. Da. hem,
Libero, uxorem tibi iam non dat Chremes. Pamphi. qui
ſcis? Da. ſcio,
Tuus pater mõ me apprehẽdit, ait tibi uxorẽ dare ſe
Hodie: item alia multa, quæ nũc non eſt narrãdi locus.
Continuo ad te properans, percurro ad forũ ut dicam
tibi hæc.
Vbi te non inuenio, ibi aſcẽdo in quendã excelſum locũ,
Circunſpicio, nuſquam forte ibi huius uideo Birriam,
Rogo, negat uidiſſe, mihi moleſtum, quid agam cogito.

* Seruiliter exultat Dauus, idq; uice exordij eſt.

Reſiſte, id ẽ mane.

Mira cõpendia contrahit hic poëta, nec tamen affectus perſonarum perdit.

• Propoſitio petitionis.

Perfecta ſecuritas liberatio uocatur ideo dicitur libera me.

† Cõiectura lis ſtatus.

* Egregia narratio ſerui.

Rogo. i. interrogo.

Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio, hem
Paululum obſoni, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ
Non cohærent. Pam. quorſumnam iſthuc? Da. egomet continuo ad Chremem,
Cũ illò aduenio, ſolitudo ante oſtiũ, iã id gaudeo. Ca.
Recte dicis. Pam. perge. Dau. maneo, interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus,
Nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi intrò, aſpexi. Pã. ſcio
Magnum ſignum. Da. num uidentur conuenire hæc nuptijs? Pam.
Nõ opinor Daue. Da. opinor narras? nõ recte accipis.
Certa res eſt, etiã puerũ inde abiens conueni Chremi,
Holera et piſciculos minutos ferre obulo in cœnam ſe
Liberatus ſum Daue hodie tua opera. Da. ac (ni. Ca. nullus quidem. Ca.
Quid ita? nempe huic prorſus illam non dat. Da. ridiculum caput,
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic nõ dat, te illam uxorẽ ducere.
Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. Ca. bene mones.
Ibo, etſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata'ſt, uale.

Mira & imitanda breuitas.
συναθροισμὸς ſuſpicionum.
Callidum Daui factum.
Nota argumentũ à ſequentibus.
Donat⁹ Chremi legẽdũ cẽſet, ſicut Vlyſſi.
†Extenuatio magna.
Nullus pro non.
Caput, p ſynecdochen pars p toto.
†Ironia.
†Confutatio enthymematis uitioſi.
Vides, id eſt prouides.
Niſi amb.) Eclipſis, deeſt enim, nihil efficies.

PETRVS MARSVS.

Dij boni, boni quid por. &c.) Dexteritatem ſeruilis ingenij, & aliquod ueſtigium prudẽtiæ, quæ futura ſignis quibuſdam prouidet, hæc ſcena deſcribit, & doloſam iactantiam, & animum ad circumueniendos dominos natura propenſum, ut difficile ſit cauere. Idcirco prouerbium erat apud antiquos, totidem nobis eſſe hoſtes quot ſeruos. Plato libro ſexto de legibus, ait: Nihil in animo ſeruiente integrum eſſe, nec quicquam ſeruorum generi eſſe cre-

dendum. Quod & ſapientiſſimus poëtarum teſtatur nobis, cum de Ioue ſic loquitur: Dimidium mentis Iuppiter illis aufert, qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Amãtium inſuper affectus exprimitur, qui libidinis caligine obducti, conſilio ſerui doloſi reguntur, quod uel maxime dedecet. Prudentis proprium eſt (inquit Seneca) examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nã qui nihil de præterito cogitat, perdet uitã, qui nihil de futuro meditatur, in omnia incautus incidit. Hem paululum obſ.etc.) Obſonium eſt, quicquid comeditur præter panem & uinum. Ambis.) Ambire in re ciuili eſt prenſare aliquos, & circumeundo id impetrare quod petitur. Et ambitionem appellamus cupiditatem honoris. Et lex ambitus eos punit, qui ambitu & prenſatione largitionibusq; magiſtratus occupant. Plautus in Amphitrione ait: Virtute ambire oportet, non fautoribus.

*Obſonium. Ambire. Ambitio.*

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena ponitur cõſultatio et deliberatio Daui & Pamphili, cui tãdẽ Dauus perſuadet, ne à patre propoſitas recuſet nuptias. In quibuſdam hæc connectuntur præcedentibus.

# ACTVS II. SCENA III.

Pamphilus, Dauus.

Eiuſdem rationis cum ſuperiori.

*†Deliberatio. Cogitabundus et ſtomachoſe hæc dicit. Sic Vergilius: Quid uult cõcurſ⁹ ad amnem.*

QVid igitur ſibi uolt pater? cur ſimulat? Da. ego dicam tibi:
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes,
Ipſus ſibi eſſe iniurius uideatur, neq; id iniuria,
Pri⁹ q̃ tuã ut ſeſe habeat animũ ad nuptias pſpexerit.
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpã in te transferet, (le.
Tũ illæ turbæ fiẽt. Pã. qd uis patiar? Da. pater ẽ Pãphi

Difficile'ſt tum hæc ſola'ſt mulier, dictum ac factum inuenerit.
Aliquã cauſam, quamobrẽ eijciat oppido. Pam. eijciat? Da. cito. Pam.
Cedo igitur quid faciam Daue? Da. dic te ducturum. Pam. hem. Da. quid eſt? Pam.
Ego ne dicam? Da. cur non? Pam. nunquam faciam. Da. ne nega. Pam.
Suadere noli. Da. ex ea re quid fiat uide. Pam.
Vt ab illa excludar, hac concludar. Da. non ita'ſt.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas uolo hodie uxorem, tu ducam inquies.
Cedo quid iurgabit tecum, hic reddes omnia
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient
Sine omni periculo, nã hoccine haud dubiũ'ſt qn Chremes
Tibi nõ det gnatã, nec tu ea cauſa minueris
Hæc quæ facis, ne is mutet ſuam ſententiam.
Patri dic uelle, ut cum uelit tibi iure iraſci, non queat.
Nã qđ tu ſperas, propulſabo facile, uxorẽ his moribꝰ
Dabit nemo, inueniet inopẽ potius q̃ te corrũpi ſinat.
Sed ſi æquo animo ferre accipiet, negligentẽ feceris.
Alia otioſus quæret, interea aliquid acciderit boni. Pã.
Itan' credis? Da. haud dubium id quidem'ſt. Pam. uide quo inducas. Da. quin taces. Pam.
Dicã, puerũ aũt ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio'ſt
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. Da. ô facinus audax. Pam. hanc fidem
Sibi me obſecrauit, q ſe ſciret nõ deſerturũ ut darẽ. Da.
Curabitur, ſed pater adeſt, caue te eſſe triſtẽ ſentiat.

* Conſilium ſerui, quo Pãphilus inſciẽs in periculum conijcitur.
*Dictum ac factũ, id eſt celeriter ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον.
Affectus Pãphili.
Argumentũ ab utili.
Elegans locutio.
†Præoccupatio.
Speras id ẽ times. vergilius: At ſperate deos.
Elegantia.
† Correctio eſt.
Cautio eſt, id eſt cauendum eſt.
†Exclamatio
†Monitio.
Curabitur, ĩperſonaliter tanq̃ arduũ & graue.

### PETRVS MARSVS.

*Si te æquo animo &c.)Seneca:Non amare parentes,impietas eſt, non agnoſcere, inſania. Et nunq̃ beneficio uincitur, cuius beneficio eſt ipſum quod uincit.*

### PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena continetur erroris fabulæ modus,& periculum comitum,atq; executio conſiliorum.*

# ACTVS I. SCENA IIII.

### SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

### Trimetri iambici.

REuiſo quid agant, aut quid captent conſilii. Da.
Hic nunc non dubitat quin te uicturum neges,
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe
Qua differat te,proin tu face apud te ut ſies.Pam.
Modo ut poſſim. Da. crede mihi hoc inquam Pãphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe uerbum, ſi te dices ducere.

### PETRVS MARSVS.

*Reuiſo quid agant &c.)Senis cura de filio, & ſerui calliditas, atq; adoleſcentis ingenuitas, ac patris præſentiam uerentis titubatio deſcribitur hac ſcena. Crede mihi hoc inquã &c.)Qua ſi tam penitus exploratam haberet affirmat ſic fore Dauus, hoc ſibi perſuadens ingenito acumine. Seneca tamen ita præcipit: De dubijs non definias ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Nihil inexpertum affirmes.*

### PAVLVS MALLEOLVS.

*Hæc ſcena habet quemadmodum Pamphilum Birria obſeruet,exinde eiuſdem Pamphili conſenſum ad nuptias,tandem Birria re intellecta, Carinum mœrore conficit. Hic quatuor perſonæ ſine intellectus confuſione loquuntur.*

*†In hac ſcena conſiliorũ executio eſt. Actio tribus rebus cõſtat, cogitãdo, dicendo, gerendo.*
*Differat, id eſt, ꝑturbet, & in diuerſum ferat, quo mõ Græci διαφέρειν.*
*Commutare uerba, eſt ꝓ bonis dictis mala ingerere.*

# ACTVS II. SCENA IIII.

Birria, Simo, Dauus, Pamphilus.

Senarij, ut ſuperiores.

HErus me relictis rebus iuſsit Pamphilum
Hodie obſeruare, ut quid ageret de nuptijs
Scirē, id propterea nūc huc uenietem ſequor.
Ipſum adeo præſto uideo cum Dauo, hoc agam. S.
Vtrunque adeſſe uideo. Da. hē ſerua. Si. Pamphile. Da.
Quaſi de improuiſo reſpice ad eū. Pam. hē pater Da.
Probe. Si. hodie uxorem ducas ut dixi uolo. Bir.
Nunc noſtræ parti timeo: quid hic reſpondeat.
Pam. Neque iſthic, neque alibi tibi uſquā erit in me mora. Bir. hem. Da.
Obmutuit. Bir. quid dixit? Si. facis ut te decet,
Cum iſthuc quod poſtulo, impetro cum gratia. Da.
Sum uerus. Bir. herus quantū audio uxore excidit. Si.
I iam nunc intrò, ne in mora cū opus ſit ſies. Pam.
Eo. Bir. nulla ne in re eſſe homini cuiq̄ fidem?
Verum illud uerbum 'ſt, uulgo quod dici ſolet,
Omnes ſibi melius malle eſſe q̄ alteri.
Ego illam uidi uirginem, forma bona
Memini uidere: quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis q̄ illum amplecti maluit.
Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

Iterum mire, cū oēs conſultiſſime ſibi agere uideantur, oēs inopinato rerū exitu ludificantur.

Vafrū Pamphili reſponſum.

Simo reſponſum filij laudat.

* Epiphonema.

Sic vergili. Nusq̄ tuta fides. Iuuena. Fronti nulla fides.

† Id eſt per noctem.

PETRVS MARSVS.

Herus me relictis rebus, &c.) Venerea face ardentem iuuenem, quamuis nobilem ac generoſum, et appetitus imperio parum uel nihil propter cōſilij imbecillitatem ac libidinis æſtus repugnātem, hæc ſcena notat: qui urgēte uoluptate, blanda quidē domina,

rem domeſticam negligit,& maxime id curat,ad quod ætatis feruor,& cupiditas rationi non obtemperans,eum trahit, ſuis malis non multum repugnantem, ſed potius illis gaudentem. Amoris quippe facibus nonnulli fruuntur. Hæc omnia prudentiam non adeſſe oſtendunt,qua præſente ac regnante,id homo uidet agitq́; quod ſuæ excellentiæ conſentaneum eſt. Qui prudens eſt,inquit Seneca, non dicit: Non putaui quidem hæc fieri, quia non dubitat,ſed ſpectat, nec ſuſpicatur,ſed cauet. Plato loquens de uoluptate in eo dialogo, qui Philebus de hominis bono inſcribitur ſic ait: Voluptas maxime omnium temeraria. Fertur enim de Venereis affectibus qui maximi putantur,quòd peierantibus illis dij penitus ignoſcunt,quaſi pueri quidam ſint,nullius intelligentiæ compotes. Facis ut te decet,&c.)Quoniam filius debet parere patri, ac ipſum uenerari. Plato in quarto de legibus ſic ait: Putare quiſq; debet,omnia quæ poſſidet,eorum eſſe qui genuerunt et educarũt, ita ut illis hæc omnia pro uiribus miniſtrare debeat: primum quidem externa bona,deinde etiam corporis,poſtremum quæ ad animum pertinent in uerbis: quoniam etiam per totam uitam parentes uenerari maxime decet. Oportet itaq; iratis animumq́; explentibus cedere, ſeu uerbis ſiue rebus id faciant, non ignorantes patrem iure admodum filio ualde ſuccenſere, ſiquando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitretur.

Prudens.

Filius q̃d debeat patri.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc ſcena dolos continet utriuſq; perſonæ, Daui & Simonis quibus uterq; miro modo & fallit & fallitur.

Dauus ita loqui uidetur, ut ſpectator tãtũ audiat, ſic tamẽ ait: ut uelit audiri à Simone.

# ACTVS II. SCENA VI.

Dauus, Simo.

Trimetri iambici,& unus ſeptenarius.

HIc nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare,& ea me hic reſtitiſſe gratia. Si.
Quid Dauus narrat? Da. æque quicq̃ nunc quidẽ. Si.
Nihil ne?hẽ. Da. nihil prorſus. Si. atq expectabã qdẽ,

Præter ſpẽ i.contra

Da. Præter ſpẽ euenit ſentio, hoc male habet uirũ. Si.
Potin' es mihi uerũ dicere? Da. nihil facilius. Si.
Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem? Da.
Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui aut tridui eſt
Hæc ſolicitudo. noſtin? deinde deſinet.
Etenim eam ſecum rem recta reputabit uia. S.
Laudo. D. dum licitum eſt ei. dumq́; ætas tulit,
Amauit: tum id clàm cauit, ne unquam infamiæ
Ea res ſibi eßet, ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt, animum ad uxorem appulit. S.
Subtriſtis uiſu 'ſt eße aliquantulum mihi. D.
Nihil propter hanc rem. ſed eſt q̃ ſuccenſeat. S.
Quidnã 'ſt? D. puerile 'ſt. S. quid eſt? D. nihil. Si. quin
dic quid eſt.
D. Ait nimium parce facere ſumptũ. Si. me ne? Da. te.
Vix (inquit) drachmis obſonatus eſt decem,
Num filio uidetur uxorem dare?
Quem (inquit) uocabo ad cœnam meorum æqualium
Potißimum nunc? & quod dicendum hic ſiet,
Tu quoq; perparce nimium, non laudo. Si. tace. Da.
Commoui. Si. ego iſthæc recte ut fiant uidero.
Quidnam hoc rei 'ſt? quidnam hic uult ueterator ſibi?.
Nã ſi hic mali 'ſt quicquã, hem illic eſt huic rei caput

Fallacia alia aliã trudit.

Polita locutio.

†Ab ætate

Quid ĩ amore cauendũ.

Sub ſignificatũ tẽperat ut ſubridet.

Drachma ex 18. ſiliqs conſtat. i. ex tribus ſcrupulis

Non lau. Modeſtia utitur non enĩ dicit reprehendo.

Veterator induratus & tritus in aſtutia.

PETRVS MARSVS,

Hic nunc me cre. &c.) Serui calliditate ac pro tẽporis conditione commento heros circũueniri, hæc ſcena docet, & quibus rationibus mentem quis alienã facile poſſit mouere præſcribit, cum ſcilicet ea tanguntur, quibus hi laborãt, quorum affectus cõcitare nitimur, Mouetur enim ſenex cum ſibi audit auaritiam obijci eo

tempore, quod liberalitatem efflagitat. Ariſtoteles libro ſecundo rheto. ad Theodectem, ſic ſcribit: Senes ſunt puſillanimes, quia humiliati à natura, ea tantum concupiſcunt, quæ ad uitam pertinēt. Sunt etiam auari. Sciunt enim propter experientiam quam durū ſit poſſediſſe, ac facile abijcere. Sunt etiam formidoloſi, omnia timentes, quare inquit: Viam præparauit ſenectus formidini. Non deſiderant uoluptates, ſed lucrum. Potin'es mihi uerum &c.)

Potis. Pote. Priſcianus ſic ait: Hic & hæc potis & hoc pote. Vnde Perſius: Qui pote uis dicam? id eſt, quomodo poſſibile eſt? Inde componitur hic & hæc potior & hoc potius, & in ſuperlatiuo potiſſimū. Aduerbia potius & potiſſime. Diomedes ſic ait: Potis eſt, pro poteſt. Vergilius:

At non Euandrum potis eſt uis ulla tenere.

Ennius:

Qui potis ingenteis cauſas euoluere belli?

Pote pro potes, crebro dicebatur. Perſius: Qui pote uis dicam? Recta reputabit uia.)

Putare. Putum. Veterator. Putum (inquit Sextus Pompeius) dicebant antiqui pro puro. Vnde putare uites & arbores quoq;, quòd deciſis impedimentis remanerent. Purum aurum quoq; putum dici ſolet, id eſt, expurgatum, et ratio putata, id eſt, pura facta. Veterator (ut inquit Sextus Pompeius) callidus à multarum rerum gerendarum uetuſtate.

PAVLVS MALLEOLVS

Sequenti ſcena nouo quodam modo Dauo inſcio ceſſanteq; fallitur Simo præ nimia ſagacitate ſua. Et hoc ita fingit poëta, ut uehementius ad nuptias agendas accendatur Simo: & quadam induſtria ſic quædam agit poëta, tanquam caſu eueniant, ut eſt hæc ſuſpicio ſenis de partu ficto.

# ACTVS III. SCENA I.

Myſis, Simo, Dauus,
Lesbia, Glycerium.

Verſus eiuſdem rationis.

†A' ſenten- ITa pol quidem res eſt (ut dixti) Lesbia,

Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum. Si.
Ab Andria 'ſt ancilla hæc, quid narras? Da. ita 'ſt.
My. Sed hic Pāphilus. Si. quid dicit? My. firmauit fidē.
Si. hem Da.
Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. My.
Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli. Si. ô Iuppiter
Quid ego audio? actū 'ſt, ſiquidē hæc uera prædicat.
Lesb. Bonū ingeniū narras adoleſcētis. My. optimū.
Sed ſequere me intro, ne in mora illi ſis. Lesb. ſequor.
Dauus.
Quod remediū nunc huic malo inueniam? Si. quid hoc?
Adeon' ſt demens? ex peregrina? iam ſcio, ah
Vix tandē ſenſi ſtolidus. Da. quid hic ſenſiſſe ſe ait? Si.
Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia,
Hāc ſimulāt parere, quo Chremetē abſterreant. Gly.
Iuno Lucina, fer opem, ſerua me obſecro. Si.
Hui tam cito? ridiculum, poſtquam ante oſtium
Me audiuit ſtare, approperat: non ſat commode
Diuiſa ſunt tēporibus tibi Daue hæc. Da. mihin'? Si.
Nū immemor es diſcipli? Da. ego qd narres neſcio. Si.
Hiccine me ſi imparatum in ueris nuptijs
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo.

tia dignā mu-
liere exordi-
tur.
Oeconomia
comicorū ſe-
pe ſic ſe ha-
bet, ut caſu
putetur eue-
niſſe, quod cō
ſilio factum
ſit.
† Exclama-
tio.
Ingenium .i.
naturam.
† Oratio mē
re elegans.
Deceptio ſe-
nis ex ſuſpi-
cione.
† Verba par
turientis mu
lieris.
Hui interie-
ctio ridētis,
uultuoſe pro
ferenda.
Diſcipli id ē
Pamphili.
Metaphora
ex maris qe-
te.

PETRVS MARSVS.

Ita pol quidem res eſt, &c.) Tertius actus meretricum expoſtulationes ac laqueos, quos iuuenibus ac imprudentibus, ac ob ætatis feruorem naturamq; uoluptati addictis inſidioſe tendunt, hæc ſcena deſcribit, & illos interdum ſua interpretatione falſa decipi oſtendit atq; ſolertia, qui nimium ſibi tribuentes rem aliter accipiunt q̄ ueritas poſtulet: & ſic dum prudētes atq; ſagaces

uideri uolunt et credunt, in magnis uerſantur erroribus, & callidis ingenijs ut ſtolidi turpiter irridentur. Quapropter Cicero primo Officiorum, loquens de officijs quæ manant à prudentia, ſic inquit: Labi, errare, neſcire, decipi, malum & turpe ducimus. Et Seneca dicit, proprium eſſe prudentis hominis atque ſagacis, omnia bene examinare, ne ſua credulitate ad falſa labatur: Hæc enim ſignificant non adeſſe prudentiam. Fidelē haud fermè mul. etc.) Fides (inquit Seneca) ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt: nulla neceſſitate ad fallēdum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Et alibi: Dignus eſt decipi, qui decipere cogitauit. Et alibi: Non eſt iniuria, pati quod prius feceris. Cornelius libro primo ſic ait: Fides integra non manet, ubi magnitudo quæſtuum expectatur. Ah uix tandem ſenſi ſtolid. &c.) Stolidus & ſtultus dicitur is, qui eſt craſſioris ingenij & hebetioris, carens ſcilicet prudētia, quæ habet defectum bonorum & malorum, & uerum uidet, eſt enim oculus animæ, quo hi qui carent, ſtolidi appellātur. Iuno Lucina &c.) Iuno dicta eſt à iuuando, & à luce Lucina, et ideo parturientes eam inuocant. Lucina enim eſt naſcentium dux. Num immemor eſt diſcipli, &c.) Seneca ſic ait: Quidā fallere docuerunt, dum timent falli.

*Stolidus.* *Lucina.*

PAVLVS MALLEOLVS.

Sequenti ſcena quàm ſcitiſſime exprimitur conſuetudo medici uel medicæ, de domo ægrotantis abeuntis. Nam Lesbia egrediens, de negotijs eius & morbo loquitur. Præterea Daui & Simonis de puero edito callida habetur altercatio.

# ACTVS III. SCENA II.

Lesbia, Simo, Dauus.

Trimetri & tetrametri trochaici, & unus dimeter catalecticus, & pentameter alter.

*Adſolent, cõſuetudinis: oportent, neceſſitatis.*

ADhuc Archyllis quæ adſolent, quæq; oportent
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo.
Nunc primum fac iſthæc ut lauet, poſt deinde

Quod iuſſi ei date bibere, & quantum imperaui
Date, mox ego huc reuertar.
Perecaſtor ſcitus puer natu' ſt Pamphilo:
Deos quæſo ut ſit ſuperſtes, quãdoquidẽ ipſe 'ſt ingenio
Cumq; huic ueritus eſt optimæ adoleſcẽti fa- (bono,
cere iniuriam. Si.
Vel hoc quis non credat qui norit te, abs te eſſe ortum?
Da. quidnam id eſt? Si.
Non imperabat corã, quid opus facto eſſet puerperæ,
Sed poſtq̃ egreſſa ' ſt, illis quæ ſunt intus clamat de uia.
O' Daue, itan' contemnor abs te? aut ita ne tandem ido
neus
Tibi uideor, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui uidear, certe ſi reſciuerim.
Da. Certe hercle nũc hic ſeipſus fallit, haud ego. Si. edi
xin' tibi?
Interminatus ſum ne faceres, nũ ueritus? quid retulit?
Credon' tibi hoc, nunc peperiſſe hanc è Pamphilo?
Da. Teneo quid erret, quid ego agam habeo. Si. quid ta
ces? Da.
Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fo
re? Si.
Mihin' quiſquam? Da. eho, an tute intellexti hoc aſſi=
mulari? Si. irrideor. Da.
Renuntiatũ ' ſt, nã qui iſthæc tibi incidit ſuſpectio? Si.
Qui? quia te noram. Da. quaſi tu dicas factum id conſi-
lio meo. Si.
Certe enim ſcio. Da. non ſatis me pernoſti etiam qualis
ſim Simo. Si.

Medici adhuc futurarũ rerũ incerti, præſentibus indicijs firmam ualetudinem pollicentur.
† μετάβασις perſonarum.
Vel, id eſt, etiam.
Locus ab incongruentia rei temporiſque.
† Excãdeſcit ſenex.
† Exaggeratio à ſua perſona, à genere doli.
Dauus hæc ſecum.
Verecundia liberi eſt, ſerui uero met⁹
Mihin. Hoc ad ſenis perſpicaciã ſpectat q. d. ego ipſe intelligo
Per ſignificatũ auget.

*Ego ne te? iſta pronomina uehementiam habent.*

Ego ne te? Da. ſed ſi quid narrare occepi, cōtinuo dari
Tibi uerba cēſes. Si. falſo. Da. itaq; nihil hercle iam mu
  tire audeo.
Si. Hoc ego ſcio unum, neminem peperiſſe hic. Da. intel
  lextin'?

** Vbi ſentit ſeni nondum pſuaſum hãc parere, affirmat ſeruꝰ eã parere, et tamen ita narrat, ut opinionẽ ſeni faciat ſimulari partum.*

Sed nihilo ſecius mox deferent puerũ huc ante oſtium,
Id ego iã nunc tibi renũtio here futurũ ut ſis ſciens,
Ne tu hoc poſterius dicas Daui factũ cõſilio aut dolis.
Prorſus à me opinionẽ hãc tuã ego eſſe amotã uolo. Si.
Vnde id ſas? Da. audiui, & credo. Si. multa concurrũt
  ſimul,
Qui coniecturam hanc nunc facio: iam primum hæc ſe
  è Pamphilo
Grauidam dixit eſſe, inuentũ eſt falſum, nunc poſt quã
  uidet

*Multis ſignis cõiectura cõſtat.*

Nuptias domi apparari, miſſa'ſt ancilla ilico
Obſtetricem accerſitum ad eam, & puerum ut adfer-
  ret ſimul. Da.

*Mouẽtur. i. pturbantur. Pamphilũ ab amore diuertiſſe aſſerit.*

Hoc niſi fit puerũ ut tu uideas, nihil mouent nuptiæ. Si.
Quid ais? cum intellexeras id cõſilij capere, cur nõ dix
  ti extemplo Pamphilo?
Da. Quis igitur eum ab illa abſtraxit niſi ego? nam
  omnes nos quidem
Scimus, ꝙ miſere hanc amarit, nunc ſibi uxorẽ expetit.

*† Clauſula ab hortatiõe.*

Poſtremo id mihi da negotij, tu tamen has nuptias
Perge facere ita ut facis, & id ſpero adiuturos deos.

*Opperire. i. expecta.*

Si. Imò abi intrò, ibi me opperire, & quod parato opus
  eſt para.

*Vide, ꝙ diſer*

Non impulit me hæc nunc omnino ut crederem:

Atq; haud ſcio, an quæ dixit ſint uera omnia.
Sed paruipendo, illud mihi multo maximum 'ſt
Quod mihi pollicitu'ſt ipſus gnatus, nunc Chremem
Conueniam, orabo gnato uxorem, ſi impetro,
Quid alias malim quàm hodie has fieri nuptias?
Nā gnatus quod pollicitus eſt, haud dubiū 'ſt id mihi,
Si nolit, quin eum merito poſsim cogere.
Atq; adeo in ipſo tempore eccum ipſum obuiam.

te & Latine Simo hæc ſecum. Pollicitatio eſt magnarū rerum promiſſio. †Προκατάληψις. In ipſo tēpore, id eſt opportune.

PETRVS MARSVS.

Adhuc Archyl. &c.) Obſtetricum iactantiam, uerba imperioſa circa id quod ad ſuam poſſeſſionem pertinet, & blanda inter dura pro temporis conditione, ut parentum animos emereantur, & lucrifaciant, hæc ſcena exprimit: & ſenis non omnino prudentis, ſed nec pia, & ſtolidi ratiocinatio deſcribitur, qui ſic interdum loquitur, ut merito contemni poſſe uideatur. Rurſusq; animum ad rationem reuocans, id meditatur quod ſuis rebus in primis conducere putat, ne ſerutli uaframento decipiatur, quod ideo accidit, quoniam pauci prudētes reperiuntur. Quapropter diuus ille Plato in eo dialogo qui Protagoras inſcribitur, ſic ait: Idcirco ſi quis eos uituperare pergat, defatigabitur. Per ecaſtor, &c.) Gellius libro decimo ſic ait: In ueteribus ſcriptis neque Romanæ mulieres per Herculem deierant, neq; uiri per Caſtorem. Aedepol autem (quod iuſiurandum eſt per Pollucem) & uiro & fœminæ commune eſt. Scitus, id eſt, bonæ indolis, & præ ſe ferens futuram elegantiam in moribus & rerum ſolertiam. Scite quis aliquid agit, cum docte et prudenter agit. Ob ſpem igitur & adulatorie obſtetrix appellat infantem ſcitum. Eho an tute intel. &c.) Apuleius dicit eſſe maximum ſtultitiæ ſpecimen, non intelligere ſe alijs eſſe ludibrio. Multa concur. &c.) Affectus erga filios parentum exprimitur, qui non facile credunt uitia filiorum, & illos excuſant cogente amore, qui cauſa eſt ut iudicium paternum decipiatur. Quapropter Adraſtus Papinianus dicit:

Hercules. Caſtor. Aedepol. Scitus.

Quantus honos, quantuſq; pudor (ne credite) patri,
Et ſuper heſternas licuit cognoſcere menſas.

Non impulit, &c.) Hæc eſt ſenis prudentiæ non expertis ratiocinatio, qui & præterita meditatur, & futura proſpicit ne decipiatur, & alijs ludibrio ſit, quod maxime illum dedecet, qui bene prudenterq; uiuendi cæteris exemplo eſſe debet. Prudentia enim (ut inquit philoſophus libro tertio Politicorũ) eſt propria uirtus eorum qui alios regunt.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena continetur congreſſio duorum ſenum, quæ ad tale periculum redigit fabulam, ut id uideatur conſilio uitari non poſſe, ſed euentu, qui eventurus eſt Critonis præſentia. Nũc etiam ex falſis ueræ fient nuptiæ.

# ACTVS III. SCENA III.

Simo, Chremes.

Octonarij, ac ſenarij, & dimeter unus.

Iubemus uerbis, uolumus animo.

*Ex fictis nuptijs ueræ fient, idq; initium eſt epitaſeos periculi in fabula.

Commendatio amicitiæ à uetuſtate.

Obteſtatio à rebus de qbus agitur.

†Quid petẽ

IVbeo Chremetem. Ch. ô teipſum quærebam. Si. & ego te. Ch. optato aduenis.
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meã nubere tuo gnato: id uiſo, tu ne, an illi inſaniãt. Si.
Auſculta paucis, & quid ego te uelim, & tu quod quæris, ſcies. Chre.
Auſculto, loquere quid uelis. Si.
Per ego te deos oro, & noſtram amicitiam Chreme,
Quæ incepta à paruis, cum ætate accreuit ſimul,
Perq; unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita ut nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. Ch. ah ne me obſecra,

Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me atq; olim cum dabam?
Si in re'ſt utriq; ut fiant, accerſi iube:
Sed ſi ex ea re plus mali'ſt quàm commodi
Vtrique, id te oro in commune ut conſulas,
Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq; ego ſim pater. Si.
Imò ita uolo, itaque poſtulo ut fiat Chreme.
Neq; poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. Chre. quid eſt? Si.
Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. Chre. audio. Si.
Ita magnæ, ut ſperem poſſe auelli. Ch. fabulæ. Si.
Profecto ſic eſt. Ch. ſic hercle ut dicam tibi,
Amantium iræ, amoris reintegratio'ſt. Si.
Hem id te oro, ut antè eamus dum tempus datur,
Dumq; eius libido occluſa'ſt contumelijs,
Priuſquam harum ſcelera & lachrymæ cõfictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam.
Vxorem demus, ſpero conſuetudine &
Coniugio liberali deuinctum Chreme,
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Ch.
Tibi ita uidetur, at ego non poſſe arbitror
Neq; illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti. Si.
Qui ſcis ergo iſthuc niſi periculum feceris? Ch. at
Iſthuc periculum in filia fieri graue'ſt. Si.
Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
Si eueniat (quod dij prohibeant) diſceſſio:
At ſi corrigitur, quot commoditates uide:
Principio amico filium reſtitueris,
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum. Ch.

dũ ab amico i
Vox Plena officij et charitatis.
Ab utili, accurata locutio.
Quaſi il. ſua uiſſima commutatio eſt.
† A' poſſibili
Profecto, cõfirmatio eſt.
Prouerbialis ſententia.
Harum, inuĩdioſe de una tantum dicitur.
Chremes Pãphili amorẽ ſuſpectũ habet.
Parentheſis per euphoniſmon.
Ab honeſto & utili.
* Diluit ſummatim oẽs obiectiones.
† Amplificatio cõmoditatum.
† Ab honeſto

†Ab utili. Quid iſthuc? ſi iſthuc animum induxti eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Si.
Merito te ſemper maximi feci Chreme. Ch.
Sed quid ais? Si. quid? Chre. qui ſcis eos nunc diſcordare
inter ſe? Si.

Intimus, teſtis commendati. Ipſus mihi Dauos, qui intimus eſt corũ conſilijs, dixit,
Et is mihi perſuadet nuptias quantũ queã ut maturẽ.
Vergilius: maturate fugam, regiq; hæc dicite ueſtro. Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem hæc uelle?
Tute adeo iam eius audies uerba, heus, euocate huc
Dauum.
Sed eccum uideo ipſum foras exire.

## PETRVS MARSVS.

Iubeo Chremetem &c.) Honeſta & utriq; parti utilia ab amicis petenda eſſe docet hæc ſcena, cum homo ab homine non ſit alienus, & mutuis beneficijs uita ciuilis conſtet: quam hi deſtruunt, qui propriam utilitatem reſpicientes negligũt alienam, quod à boni uiri officio penitus alienum eſt. Quapropter omniũ bonarum artiam magiſter Cicero, hanc legem in amicitia ſanxit, ut neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati, et ut ab amicis honeſta petamus, atq; amicorum cauſa honeſta faciamus: neque expectemus quidem, dum rogemur, ſed ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit. Plato in quinto de legibus, ſic ait: Prima ciuitas eſt & reſpublica optimæq; leges, ubi quàmmaxime per uniuerſam ciuitatẽ priſcum illud prouerbium locum habet quo dicitur: Amicorum omnia eſſe cõmunia. Humanitas quomodo exercenda. Humanitas (dicebat Plato) tribus modis exercetur in uita ciuili: Vno modo per ſalutationem, ut cum obuios ſalutamus & manum porrigimus: Secundo, cum quis opem affert alicui calamitatibus laboranti. Tertio, cum homines inter ſe conuiuia celebrãt, & epulati accubatione ſe refouent atq; ciuiliter oblectant. Seneca libro octauo epiſtolarum, ſic ait: Humanitas uetat ſuperbũ eſſe aduerſus ſocios. Ariſtoteles primo Politicorum, ſic ait: Homo natura ciuile animal eſt, & qui inciuilis propter naturam, & non

*propter fortunam, aut prauus eſt, aut melior quàm homo. Vnde dicitur: Homo ſolitarius aut beſtia, aut deus. Amantium iræ amoris, etc.) Prudens homo inducitur Chremes, qui mores hominum adoleſcentium & iuuenum callens, id quod erat iudicabat. Ad miſericordiam, etc.) Miſericordia eſt (inquit Seneca) ægritudo animi ob alienorum malorum ſpeciem, aut triſtitia ex alienis malis.*

Homo.

Miſericordia.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena Dauus ſeni inſultans, ut nuptias acceleret hortatur, cui facile acquieſcit, Simo Dauo conſilium ſuum prodit, conaturq; ex fictis ueras efficere nuptias, quæ res Dauum anxium & exanimatum reddit.*

## ACTVS III. SCENA IIII.

*Dauus, Simo, Chremes.*

*Verſus eiuſdem rationis cum ſuperiori.*

**Ad epitaſin periculi pertinet quòd eo res redit, ut Daui cõſilia obſint Pamphilo.*

*AD te ibam. Si. quidnam eſt? Da.*
*Cur uxor nõ accerſitur? iam aduesperaſcit. Si. audin' tu illum?*
*Ego dudum nonnihil ueritus ſum Daue abs te, ne faceres idem*
*Quod uulgus ſeruorum ſolet, dolis ut me deluderes,*
*Propterea quod amat filius. Da. ego iſthuc facerẽ? Si. credidi,*
*Idq; adeo metuẽs, uos celaui quod nũc dicam. Da. quid? Si. ſaces.*
*Nam propemodum habeo iam tibi fidem. Da. tandem cognoſti qui ſiem. Si.*
*Non fuerant nuptiæ futuræ, Da. quid? non? Si. ſed ea gratia*
*Simulaui, uos ut pertentarem. Da. quid ais? Si. ſic eſt res. Da. uide.*

*Ego du. Grauis oratio ab hoc pronomine plerunq; exorditur.*

*Propemodũ, id eeſt, quaſi fermè.*

*Simo rẽ Dauo aperit.*

Verſuta Daui diſſimulatio.

Sic alibi: Orator ad uos uenio, ſinite exorator ut ſiem.

† Petitio, Pollicetur quod minime intendit.

Mirũ ni. caute Dau⁹, callidam interrogationẽ excipit.

* Ad hũc modum ferè fingit Terẽtius conſilia callidiſſima fallere.

Hẽ aſtut. Ironia eſt. Sibi enim omne malũ adſcribit.

Nunquam quiui ego iſthuc intelligere, uah cõſilium callidum. Si.
Hoc audi, ut hinc te iuſsi introire, opportune hic ſit mihi obuiam. Da.
Hem, numnam perijmus? Si. narro quæ tu dudum narraſti mihi. Da.
Quidnam audio? Si. gnatã ut det oro, uixq; id exoro. Da. occidi. Si.
Hem, quid dixti? Da. optume inquam factum. Si. nunc per hunc nulla 'ſt mora.
Ch. Domum modo ibo, ut apparentur dicam, atq; huc renuntio. Si.
Nunc te oro Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias. Da.
Ego uero ſolus. Si. corrigere mihi gnatũ porro enitere. Da. faciã hercle ſedulo. Si. potes nunc dum animus irritatus eſt. Da.
Quieſcas. Si. age igitur, ubi nunc eſt ipſus? Da. mirum ni domi 'ſt. Si.
Ibo ad eum, atq; eadem hæc quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Da. nullus ſum.
Quid cauſæ 'ſt, quin hinc in piſtrinũ recta proficiſcar uia?
Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia,
Herum refelli, in nuptias conieci herilem filium.
Feci hodie ut fierẽt, inſperãte hoc atq; inuito Pãphilo.
Hem aſtutias, ꝙ ſi quieſsem, nihil eueniſset mali.
Sed eccum ipſum uideo, occidi.
Vtinã mihi eẽt aliqd hic, quo nũc me præcipitẽ darẽ.

PETRVS MARSVS.

*Ad te ibam, &c.) Homines non undiq; circunſpectos, nec planè prudentes, quibus abundat uita communis, aſſentationibus capi docet hæc ſcena. Idcirco Tullius libro primo officiorum monet, ne aſſentationibus patefaciamus aures, & ne adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. Vnde Solon autore Laërtio, dicere ſolebat: Caute ſingulos obſerua, ne forte odiũ in corde tegant, dum blanda et arridenti facie te alloquuntur, duplaq; illis lingua atra ex mente ſonet. Hominẽ inſuper malitia quæ uitio iungitur, graſſantem cõfundi aliquando ac in proprios incidere docet laqueos. Impoſſibile quippe eſt, ut id habeat ſucceſſum, cum principiũ malum eſt. Seneca ſcribens de ira ad Nouatum, ſic ait. Nulli fortuna tam dedita eſt, ut multa tentanti ubiq; reſpondeat. Cicero in oratione pro Cluentio, ſic ait: Minus ſtultus eſt cui nihil in mentem uenit, quàm ille qui quod ſtulte alteri uenit in mentem, comprobat. Sed ea gratia, &c.) Ariſtoteles interrogatus (autore Laërtio) quidnam mendaces lucrarentur, reſpondit: Vt cum uera dixerint, illis non credatur. Socrates apud Platonem in ſecundo de republica, ſic ait: An neſcis quòd ipſum mendacium omnes homines dijq; oderunt?*

PAVLVS MALLEOLVS.

*Quemadmodum hæc ſequẽs ſcena perturbationis plena eſſet futura, ſupra propoſuit poëta, cum ad conſentiendum Daui conſilio tardum induceret Pamphilum. Hic nunc indignatur Pamphilus, ſtomachaturq; quòd ſeruo futili auſcultauerit.*

# ACTVS III. SCENA V.

*Pamphilus, Dauus.*

*Octonarij omnes.*

*VBi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Da. perij. Pã. atq; hoc confiteor*
*Iure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſili*

** Pathos à ſerui perſona. Syllepſis per genera. Scelus pro ſcelerato emphaſim habet.*

*Metaphoricos, à uaſe futili & rimoſo dictum, in ſummo periculo uſurpatum.*

Sum, ſeruon' fortunas meas me cõmiſiße futili?
Ergo pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultum id unquã auferet.
Da. Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi deuito hoc malum.
Pam. Sed quid ego nũc dicam patri? negabon' uelle me, modo

*Vterque expers eſt conſilij.*

Qui ſum pollicitus ducere? qua fidutia id facere audeam?
Nec quid me nunc faciam ſcio. Da. nec quidem me, atq; id ago ſedulo,
Dicam aliquid iam me inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. Pam. oh.

*Quid ais? Grauis eſt interrogatio cũ ironia.*

Da. Viſus ſum. Pã. ehodũ bone uir, quid ais? uiden' me tuis conſilijs
Miſerum impeditum eße? Da. at iam expediam. Pam. expedies? Da. certe Pamphile. Pam.

*Furcifer, q ob leue delictum cogebatur in collo furcã ferre. Plena ſatisfactio eſſe uidetur cõfeſſio ſceleris. * Donatus legit diſpiciã, eſt aũt diſpicere, diſquirere cõſiliũ.*

Nempe ut modo. Da. imò melius ſpero. Pam. oh tibi ego ut credam furcifer,
Tu rem impeditam et perditam reſtitues? hem quo fretus ſiem?
Qui me hodie ex trãquilliſsima re cõieciſti in nuptias.
An non dixi hoc eße futurum? Da. Dixti. Pam. quid meritus es? Da. crucem.
Sed paululum ſine ad me ut redeam, iam aliquid diſpiciam. Pam. hei mihi.
Cur nõ habeo ſpatiũ, ut de te ſumã ſuppliciũ ut uolo?
Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit.

PETRVS MARSVS.

Vbi illic ſce.&c.) Illos ſtultitiæ ſuæ pœnas dare hæc ſcena docet, qui uiliſſimæ perſonæ freti conſilio, ad id tandem deueniũt, ut locum pœnitentiæ ubiq; relinquant, & merito ab omnibus qui recte ſapiunt, in rebus agendis derideantur. Quapropter Herodotus libro ſeptimo: Bene, inquit, conſultare, maximũ eſt lucrum, & rei conſilio geſtæ, lætus plerunq; eſt exitus. Cicero libro primo Officiorum ſic præcipit: Eſt igitur adoleſcentis, maiores natu uereri, ex hiſq; eligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio & autoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Socrates apud Platonem in eo dialogo, qui Theages de ſapientia inſcribitur, ſic ait: Conſilium res ſacra dicitur. Nõ eſt diuinius aliquid, de quo homo cõſulere queat, quàm de eruditione ſui ac ſuorum.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena elegans perturbatio eſt, in qua inter ſe Simo, Pamphilus, Dauus, Carinus, Birria, Chremes omnes omnibus redduntur offenſi, ſed potiſſimum Carini in Pamphilum continetur iurgium.

# ACTVS III. SCENA I.

Carinus, Pamphilus, Dauus.

Senarij partim trochaici, partim quadrati, unus pentameter.

HOccine credibile 'ſt aut memorabile,
Tanta uecordia innata cuiquam ut ſiet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis
Alterius ſua comparet ut commoda? ah
Idne eſt uerum? imò id genus hominum 'ſt peßimũ, in
Denegando modò quis pudor eſt paululum:
Poſt ubi tempus promiſſa 'ſt iam perfici,
Tum neceßario ſe aperiunt, & timent,

* Exordium narrationis ad Pamphilũ inſtitutæ. Pathos à perfidiæ deteſtatione. Eſt'q; locus communis.

Modo. i. tantummodo. Id uſu uenit inter fœdifragos.

Et tamen res cogit denegare, ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio'ſt:
μίμησις. Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus
Proximus id eſt charus. Proximus ſum egomet mihi, attamen ubi fide'ſt,
Si roges, nihil pudet, hic ubi opus eſt,
Non uerentur: illic ubi nihil opus eſt, ibi uerentur.
Expoſtulare iniuriam, eſt altercari cū eo qui intulit. Sed quid agam? adeam'ne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?
Ingeram mala multa, atq; aliquis dicat, nihil promoueris,
Multum moleſtus certe ei fuero, atq; animo morē geſſero. Pam.
Defenſio ab imprudētia. Carine, et me & te imprudens (niſi quid dij reſpiciūt) perdidi. Ca.
*Propoſitio. Ita'ne imprudens? tandē inuenta'ſt cauſa, ſoluiſti fidē.
*Subducere Græca figura pro decipere, illi enī ὑπάγειν eodē modo uſurpant. Pam. Quid tandem? Ca. etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas? Pam.
Quid iſthuc eſt? Ca. poſtquam me amare dixi, complacita'ſt tibi.
Heu me miſerū, qui tuū animū ex animo ſpectaui meo.
Pā. Falſus es. Ca. non tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidū'ſt gaudium,
Lactaſſes id eſt, illexiſſes. Niſi me lactaſſes amantem, & falſa produceres?
Habeas, permiſſio ironica. Habeas. Pam. habeam? ah neſcis quantis in malis uerſer miſer,
Quantaſq; hic ſuis conſilijs mihi confecit ſolicitudines
†Exaggeratio. Meus carnifex. Ca. quid iſthuc tam mirū'ſt? de te exemplum capit. Pam.
Ironia. Haud iſthuc dicas, ſi cognoris uel me uel amorē meum.

Ca. Scio, cum patre altercaſti dudũ, & is nunc propte rea tibi.
Succẽſet, nec te quiuit hodie cogere illã ut duceres. Pã.
Imò etiã quo tu minus ſcis ærumnas meas, hæ nuptiæ
Non apparabantur mihi, nec poſtulabat nunc quiſquã uxorem dare. Ca.
Scio, coactus tua uoluntate es. Pam. mane.
Nondũ ſcis. Ca. ſcio equidẽ illam ducturum eſſe te. Pam.
Cur me enecas? hoc audi, nunquã deſtitit
Inſtare ut dicerem eſſe ducturũ patri,
Suadere, orare, uſque adeo donec perpulit. Ca.
Quis homo iſthuc? Pam. Dauos. Ca. Dauos? Pam. inter turbat omnia. Ca. quamobrem? Pam. neſcio,
Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultaue rim. C.
Factum'ſt hoc Daue? Da. factum. Ca. hem quid ais ſce lus?
At tibi dij dignum factis exitium duint.
Eho dic mihi, ſi omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici uellent, quod niſi hoc conſilium darent? Da.
Deceptus ſum, at non defatigatus. Ca. ſcio. Da.
Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur uia.
Niſi id putas, quia primo proceſſit parum,
Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Pam.
Imò etiam: nam ſatis credo ſi aduigilaueris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias. D.
Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctes'que & dies
Capitis periculum adire, dum proſim tibi:

Altercaſti. Legitur à quibuſdam altercatus es, nam alterco nõ dicitur.

Pãphilus excuſat imprudentiam.

Carinus arguit uoluntatem.

Inſtare, ſuadere, orare, cũ uehementia dicit.

Dauos?) cũ admiratione pronũtiatũ.

Dic mi. hoc ſemper iniurioſum. Ver.

Dic mihi ua moeta cuiũ.

Scio, ironice dicendum.

†παράδοξον

Seruitiũ pro ſeruitute poſuit.

Officiũ fidele ſerui.

Tuum'ſt, ſi quid præter ſpem euenit, ignoſcere.
Seduloid eſt ſine do lo. Parum ſucceßit quod ago, at facio ſedulo,
Vel melius tu aliud reperi, me mißum face. Pam.
Reſtitue in. Id eſt, omnia mihi ſalua redde. Cupio, reſtitue in quem me accepiſti locum. Da.
Faciam. Pam. at iam hoc opus eſt. Da.
Hem, ſed mane, concrepuit à Glycerio oſtium. Pam.
Demum pro deniq;. Nihil ad te. Da. quæro. Pam. hem nũccine demum? Da.
at iam hoc tibi inuentum dabo.

PETRVS MARSVS.

Hoccine eſt credibi. &c.) Fidem non eſſe uiolandam, ac re
tinendam eſſe in rebus omnibus ut oportet uerecundiam & pudo
rem, docet hæc ſcena, quoniam ubi non eſt fides, iuſtitia locum nõ
habet: & fidus amicus in aliqua difficultate cognoſcitur: Vnde
Plato libro primo de legibus: Teſtem habemus poëtam Theogni-
dem, ciuem Megarenſem ex Sicilia, qui ait: Fidelem uirum omni
argento atq; auro in ſeditione meliorem. Eſt autem (inquit Theo
gnis) maxima uirtus illa fides, quæ maxime in periculis lucet, quã
iuſtitiam perfectam quis nominabit. Et M. Cicero dicit in Offi-
cijs: Fidem eſſe iuſtitiæ fundamentum: & ita dici, quoniam fiat
quod dictum eſt. Et ubi non eſt pudor, illic regnat impudentia,
quo uitio nullum eſt tetrius, nullum humanis moribus ac ciuili di-
verecundia. ciplinæ pernicioſius. vnde Seneca libro primo epiſtolarum: Vere
cundia bonum in adoleſcẽte ſignum. Et libro duodecimo: Verecun
dia malis conatibus obſtat. Xenophon libro primo: Ingratitudinẽ
potiſſimum impudentia ſequitur, quæ ad omnem turpitudinẽ ma-
xima eſt dux. Et libro octauo: Pudentes quæ turpia ſunt in propa
tulo fugiunt, temperantes uero ac pudici, etiam in obſcuro. Pla-
Pudor. to in primo de legibus: Legislator pudorem colere debet ac hono-
rare, confidentiam uero huius contrariam, impudẽtiam nominet,
ac maximum priuatim & publice malum hominibus arbitretur.
Nihil aliud eſt pudor, inquit, niſi timor infamiæ. Expoſtulare in-
iuriam, eſt cum querela apud aliquem exponere. Niſi me lactaſ-
Lacio. ſes, &c.) Sextus Põpeius ſic ait: Lacit, inducit in fraudem, vnde

lactat, illectat, delectat, oblectat. Tu minus ſcis & c. Aerumna* ægritudo laborioſa. Hac nō ſucceſſit, alia & cæ.) Seneca lib. quarto epiſtolarum: Non poteſt fieri, ut non ſuccedat aliquando multa tentanti.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena inſtauratio eſt adhortationis Pamphili per Myſidem. Opus enim erat rurſus adoleſcentem exhortari ad amorē Glycerij, ne ſub patris impulſione opprimatur frāgaturq;. Itaq; uictus per Myſidem, ſ[p]ondet ſe nunq̄ amicam deſerturum, etiam ſi omnes homines ſibi ob id reddat infeſtos.

# ACTVS IIII. SCENA II.

Octonarij partim, & ſenarij trochaici.

Myſis, Pamphilus, Carinus, Dauus.

IAm ubiubi erit, inuentum tibi curabo, et mecū adductum

Tuum Pamphilum: tu modò anime mi noli te macerare.

Pam. Myſis. My. quid eſt? hem Pamphile, optume mihi te offers. Pam. quid eſt? My.

Orare iuſsit ſi ſe ames hera, iam ut ad ſeſe uenias,

Videre ait te cupere ſe. P. uah perij, hoc malum integraſcit.

Siccine me atq; illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?

Nam idcirco accerſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit. Ca.

Quibus quidē quàm facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet. Da.

Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Myſ. atq; ædepol.

* Confirmatur anim⁹ Pāphili, ne deſerat Glyceriū cum accerſitur.

Tu mo. mollis & blanda oratio eſt.

† Inopinato occurrentis ſermo patheticus.

Ea res eſt, propterea quod nũc miſera in mœrore 'ſt.
Pam. Myſis,

Ad, pro ualde, auctiua particula eſt Valeãt id eſt abeant.

Per omnes tibi adiuro deos, nunq̃ eam me deſerturum:
Non, ſi capiundos mihi ſciã eſſe inimicos oẽs homines.
Hanc mihi expetiui, cõtigit, conueniunt mores, ualeant
Qui inter nos diſſidium uolũt: hãc, niſi mors, mihi adi
met nemo. My.

† Confirmatio.

Reſipiſco. Pam. nõ Apollinis magis uerum atq; hoc re
ſponſum 'ſt.

† Dilemma.

Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierẽt nuptiæ, uolo, ſed ſi id nõ poterit,

* Plautus in Captiuis. & Cæſar procliue pro facile ſimpliciter dixit.

Id faciã in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat.
Quis uideor? Ca. miſer æque atq; ego. Da. conſiliũ quæ
ro. Ca. fortis. Pam.
Scio quid conere. Da. hoc ego tibi profecto effectũ red
dam.

Deterret Carinum.

Pam. Iam hoc opu' ſt. D. quin iam habeo. Ca. quid eſt?
D. huic non tibi habeo, ne erres. Ca.
Sat habeo. Pam. quid facies? cedò. D. dies hic mihi ut ſit
ſatis uereor
Ad agendũ, ne uacuũ eſſe me nunc ad narrãdũ credas.

Callidus ſeruus dominis imperat.

Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento
eſtis.
Pam. ego hanc uiſam. D. quid tu? quò hinc te agis? Ca.
uerum uis dicam? Da. imò etiam

Diecula id ẽ tempuſculũ.

Narrationis incipit mihi initium. Ca. quid me fiet? Da.
Eho tu impudens, non ſatis habes q̃ tibi dieculã addo.

Promoueo id eſt differo.

Quantum huic promoueo nuptias? Ca. Daue attamen
Da. quid ergo? Ca.

Vt ducam. Da. ridiculum. Ca. huc face ad me ut uenias, ſi quid poteris. Da.

Quid ueniam? nihil habeo. Ca. attamẽ ſi quid, age. Da. ueniam. Ca. ſi quid, domi ero. Da.

Tu Myſis, dum exeo parumper opperire me hic. My. Quapropter? Da. ita facto opus eſt. My. matura. Da. iam inquam, hic adero.

Age, uix concedentis eſt.

Dum exeo. ſ. à Glycerio.

PETRVS MARSVS.

Iam ubiubi, &c.) Duobus ſenſibus maxime, uiſu ſcilicet & auditu, uoluptatis æſtum renouari accendiq́; uehementius, ac mentem à uirtutis propoſito detorqueri, oſtendit hæc ſcena. Eſt enim (ut inquit Plato in Phædro) ſenſus oculorum nobis acerrimus, & ipſo uiſu pariter & auditu affectus renouatur, & animum mouent, ut non planè ipſum honeſtum aſpiciatur. Voluptas enim deſtruit iudicium rationis, & (ut inquit philoſophus) propter illam res poſthabemus honeſtas: eſtq́; in nobis affectus uehementiſſimus, cui ex ſententia Heracliti, difficilius eſt repugnare q̃ iræ. Sed quod difficilius, hoc præclarius, ut inquit Cicero in officijs. In Catone maiore, impedit conſiliũ uoluptas rationi inimica, ac mentis (ut ita dicã) præſtringit oculos. Diuinus Plato uoluptatẽ eſcam malorũ appellauit, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Seneca ſcribens de uita beata: Altum quiddam eſt uirtus, & excelſum, regale: uoluptas, humile, ſeruile, imbecillũ, cuius ſtatio & domicilium fornices et popinæ ſunt. Vnde Cyrus apud Xenophontem libro quinto: Flagitioſi homines cupiditatibus omnibus ſe præſtant inferiores. Plato in epiſtola ad Dionyſiũ: Homini ſæpius detrimentũ & dolorẽ affert uoluptas, hebetat animum, atq; obliuionem inducit, inſipientiam pariens. In nono de republica, ſic ait: Homines coeundo ueluti pecora, ætatem contemnunt. Videre te ait cupere.) Auditus hic mouet affectum & uiſus. Nam uiſa ancilla, uenit ei in mentẽ Glycerium. Vnde Seneca dicit oculos interdum eſſe irritamenta uitiorum, & ſcelerum duces. Id fa-

Voluptas.

Oculi.

Procliuis. ciam in procliui &c.) Id eſt, ad quod ſum procliuis, id eſt, inclinatus ob amorem, qui eſt, affectus uehemens, id eſt, paſſio quæ trahit animum. Item in procliui, quod eſt facile, & ad quod ſine magno labore deſcenditur. Procliue dicitur demiſſum et inclinatum, & impotens ad reſiſtendum affectibus, & ita inconſtans ut ego ſum, ſed hoc clàm dicitur. Per omnes tibi adiuro deos, &c.) Plato in quinto de legibus: Sed reuera nimius in ſe amor, omnium peccatorum omnibus eſt ſemper cauſa: obcæcatur quippe circa amatum qui amat. Proinde hinc uos amol. &c.) Nonius ſic ait: Amolimini, id eſt, recedite. Terentius: Hinc uos amolimini. Pacuuius: Amoliri. Non tu huic è conſpectu amolire. Siſenna: Impedimentum omne de itineribus amoliuntur. Eſt ergo, auferte uos hinc. Quid de me fiet &c.) Miſeriam ſuam profitetur his uerbis Carinus. Diecu lam, id eſt, paruum diem, & ſpatium aliquod temporis, ut tibi proſpicias.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc ſequens ſcena adminiſtrationem doli continet: quod ideo fit, ut deterreatur Chremes filiam ſuam dare Pamphilo: & Dauus cum Myſide fraudem cõminiſcitur. Attende etiam, Myſidi non minimas partes in hac commœdia tribui.

# ACTVS IIII· SCENA III·

Senarij omnes.

Myſis, Dauus.

Hæc ſcena magis in geſtu & actione conſiſtit q̃ in oratione.

Nihil ne eſſe proprium cuiq̃? dij uoſtram fidem.
Summum bonum eſſe heræ putabã hunc Pamphilum,
Amicum amatorem, uirum in quouis loco
Paratum, uerum ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem? facile hic plus mali'ſt quam illic boni.
Sed Dauus exit, mi homo, quid iſthuc obſecro'ſt?
Quò portas puerum? Da. Myſis, nũc opus eſt tua

Amicus eſt animi, amator corporis.

* Audax conſiliũ, quo res

Mihi ad hãc rem exprõpta memoria atq; aſtutia. My.
Quidnam incepturus? Da. accipe à me hunc ocyus,
Atq; ante noſtram ianuam adpone. My. obſecro,
Humi ne? Da. ex ara hinc ſume uerbenas tibi,
Atq; eas ſubſterne. My. quãobrem id tute nõ facis? Da.
Quia ſi forte opus ſit ad herum iuſiurandum mihi
Non adpoſuiſſe, ut liquidò poſſim. My. intelligo.
Noua nunc religio in te iſthæc inceſſit, cedò. Da.
Moue ocyus te, ut quid agam porro intelligas.
Proh Iuppiter. My. quid? Da. ſpõſæ pater interuenit.
Repudio conſilium, quod primum intenderam. My.
Neſcio quid narres. Da. ego quoq; hinc ab dextera
Venire me adſimulabo, tu, ut ſubſeruias
Orationi, utcunque opus ſit uerbis, uide. My.
Ego quid agas nihil intelligo, ſed ſi quid eſt
Quod mea opera opus ſit uobis, aut tu plus uides,
Manebo, ne quod uoſtrum remorer commodum.

magis pturbata fuiſſet, niſi caſu emerſiſſet ex his malis Pãphilus.

Seruũ nolle. Mentiri noua religio eſt

Metaphora à uenatoribus ſumpta.

Remorer id eſt retineã, à remora piſce nauim ſiſtente.

PETRVS MARSVS.

Nihil ne eſſe proprium, &c.) Venereum amorem & cupidineas faces, quibus pleriq; inflammari affectant, multo plus fellis quàm mellis habere docet hæc ſcena. Id enim quod in his rebus oblectat, temporaneum eſt, & exile admodum comparatione malorum quæ ſequuntur: temporis iactura ſcilicet, qua nulla maior, uitij deformitas, & infamia, et ſeruitus. Ad ea profecto quæ ſunt his contraria, natus eſt homo diuinum animal. Vnde Cicero in tertia Philippicarum: Nihil deteſtabilius dedecore, nihil fœdius ſeruitute. Ad decus & libertatem nati ſumus. Plautus in Ciſtellaria: Amor & melle eſt fœcundiſſimus, guſtu dat dulce, amarum uſq; ad ſatietatem aggerit. Seneca dicit: Nihil eſt tam mortiferum ingenijs quàm luxuria. Sillius libro decimoquarto:

Ad laudes genium capiat ſi munera diuûm,

Luxuria.

Felix ad laudes hominum genus.–
Et uoluptatem ſic taxat:
Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas,
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circum te ſemper uolitans infamia pennis.

Seneca libro uiceſimo: Indulgere uoluptati, initium eſt omnium malorum. Exprompta memoria, id eſt, in uſum educta. Opus eſt (inquit) ut nunc exerceas memoriã & aſtutiam: ab expromo. mis. pſi. ptum. Ex ara hinc ſume uerbenas &c.) Plinius libro uiceſimo ſecundo: Non aliunde ſagmina in remedijs publicis, fuere et in ſacris legationibus, quam uerbenæ. Certe utroq; nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex ara cum ſua terra euulſum.

Verbena. Sagmina.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena inducitur Chremes audiens de puero Pamphili ex Glycerio: ob cuius interuentum ſcena illis fraudibus inſtructa eſt, ne promiſſas compleat nuptias.

# ACTVS IIII. SCENA IIII.

Partim ſenarij, partim quadrati.

Chremes, Myſis, Dauus.

REuertor, poſtq̃ quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, ut iubeã accerſi, ſed quid hoc?
Puer hercle 'ſt, mulier, tun' appoſuiſti hunc?
Illic eſt? Ch. non mihi reſpondes? My. hem, (My. ubi
nuſquam eſt, uæ miſeræ mihi,
Reliquit me homo, atq; abijt. Da. dij uoſtram fidem,
Quid turbæ 'ſt apud forũ? quot illic hominum litigãt?
Tum annona cara 'ſt, quid dicam aliud neſcio. My.
Cur tu obſecro hic me ſolã? D. hẽ, quæ hæc eſt fabula?
Eho Myſis, puer hic unde eſt? quis 'ue huc attulit? My.
Satin' ſanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogẽ,

Summa nuptiarũ poteſtas, in parte puellæ ſita ẽ.
Accerſi, id ẽ euocari.
Admiratio cum exclamatione.
Annona etiã de carnibus ſalitis alijsq; dicitur reb⁹.
† O calliditatem ſerui.

Qui hic neminem alium uideo? Ch. miror unde ſit. Da.
Dicturan' quod rogo? My. au. D. concede ad dexteram. My.
Deliras? non tute ipſe? D. uerbum ſi mihi
Vnum præterq̃ quod te rogo faxis, caue. My.
Maledicis. Da. unde 'ſt? dic clare. My. à uobis. Da. ab ab ab
Mirum uero, impudenter mulier ſi facit meretrix. Ch.
Ab Andria 'ſt ancilla hæc, quãtum intelligo. D.
Adeon' uidemur uobis eſſe idonei
In quibus ſic inludatis? Ch. ueni in tempore. D.
Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.
Mane, caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco. My.
Dij te eradicent, ita me miſeram territas. D.
Tibi ego dico annon? My. quid uis? D. at etiam rogas?
Cedò, cuium puerum hic appoſuiſti? dic mihi. My.
Tu neſcis? Da. mitte id quod ſcio, dic quod rogo. My.
Veſtri. Da. cuius ueſtri? My. Pãphili. Da. hem quid? Pãphili? My.
Eho, an non eſt? Ch. recte ego ſemper fugi has nuptias. Da.
O' facinus animaduertendum. My. quid clamitas? Da.
Quem' ne ego heri uidi ad uos adferri ueſperi? My.
O' hominẽ audacem. Da. uerum uidi Cantharam
Suffarcinatam. My. dijs pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Da.
Næ illa illum haud nouit, cuius cauſa hæc incipit.
Chremes, ſi poſitum puerum ante ædes uiderit,
Suam gnatã non dabit, tãto hercle magis dabit. Ch.

Au, interiectio eſt conſternatæ mulieris.

Maledicis, p comminaris ornatus ſermo.

Idoneus, eſt aptus ad oĩa tam bona q̃ mala.

Daui uerſutia iurgium repetit.

Tu neſ. uultuoſe & ironice proferẽdum.

Apoſiopeſis. †Exclamatio pro teſtimonio.

Propriũ eſt anib°. ſuffarcinatas eſſe id eſt reuolutas habere ueſtes.

Non fa.tertiam perſonã de ſe facit.

Non hercle faciet. D. nunc adeo, ut tu ſis ſciens,
Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam uiam
Prouoluam, teq́; ibidem prouoluam in luto. My.
Tu pol homo non es ſobrius. D. fallacia

Prouerbium cui ſubiacet, mendacẽ memorem eſſe oportere.

Alia aliam trudit, iam ſuſurrari audio,
Ciuem Atticam eſſe hanc. Ch. hem. D. coactus legibus
Eam uxorẽ ducet. My. eho obſecro, an nõ ciuis eſt? Ch.
Iocularium in malum inſciens penè incidi. D.

† Antiphraſis.

Quis hic loquitur? ô Chreme, per tempus aduenis,
Auſculta. Ch. audiui omnia. D. an hæc tu omnia? Ch.

Daui calliditas.

Audiui inquam à principio. D. audiſtin' obſecro? hem
Scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Ille, emphaſim habet ſed per ironiã dicitur.

Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. My.
Me miſeram, nihil pol falſi dixi mi ſenex. Ch.
Noui rem omnem, ſed eſt Simo intus? D. eſt. My.
Ne me attingas ſceleſte, ſi pol Glycerio nõ oia hæc. D.

Subpalpatio mulieris.

Eho inepta, neſcis quid ſit actum. My. quid ſciam? Da.
Hic ſocer eſt, alio pacto haud poterant fieri

Apoſiopeſis.

Vt ſciret hæc quæ uolumus. My. prædiceres. Da.

† Epiphonema.

Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia

Induſtria id eſt prouidentia.

Vt fert natura, facias, an de induſtria?

PETRVS MARSVS.

Reuertor, &c.) Verſutos homines, & callidos uiros, miris modis & multiplici uaframento moliri deceptionem, nec eſſe cuiuis facile dolos interpretari ac uerum diſpicere, docet hæc ſcena. Multos enim receſſus habet uita hominis & uarias latebras, ut in epiſtolis ſcribit Plinius. Et boni uiri prudẽtia, quæ uirtuti ſemper adhæret, malitioſorum uerſutijs ac ſimulationibus ideo decipitur, quoniam ex ſe alios iudicat, nec ſimulationibus putat id eſſe quo capitur, ſed officiũ. Plato libro tertio de re publica: Quapropter

modeſti homines uidentur ſtolidi, & qui facile ab iniuſtis decipi poſſunt, tanquam qui non habeant in ſeipſis eadem, quæ habēt im probi, affectuum exempla malorum, Cicero in actione tertia in Verrem, ſic ait: Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum qui palàm eſt aduerſarius, facile cauendo uitare poſſis. Hoc uero occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum, nō modo nec exiſtit, uerumetiam opprimit cito, antequam perſpicere, atq; explorare poſſis. Hæc Cicero. Magna tamen ingenia ſunt, quæ ſumma malitia commodis alienis inſidiantur & quieti. Quapropter Plato libro ſexto de republica, ſic ait: Atq; huius ingenij ſunt hi uiri, qui nefaria ſcelera perpetrant & priuatim & publice, atq; item qui ſunt & priuatis & ciuitatibus bonorum ingentium autores: Exile uero ingenium nihil unquam uel priuatim uel publice magnū efficiet. Veritas (inquit Plato in quinto de legibus) tum dijs, tum hominibus dux oīm eſt bonorū, cuius qui felix beatusq; futurus eſt, ſtatim ab initio particeps eē debet, ut in ueritate plurimum temporis uitam agat. Idem in Phædone ſic ait: Is bene de ſe animoq; ſuo ſperare poteſt, qui uoluptates (quæ diſcendo percipiuntur) ſectatus, animum ſuum decorauerit ornamento. temperantia ſcilicet, iuſtitia, fortitudine, ac ueritate. Deliras, nō tute, &c.) Delirare eſt exorbitare à recta ratione. Plinius libro decimooctauo ſic ait: Iacto ſemine, iteratio ſequitur, uel crate uel tabula aratro adnexa, quod uocant lirare, operientes ſemina: Vnde primū appellata eſt deliratio. Eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis? ) Conſobrini dicuntur nati ex duabus ſororibus. Sobrini uero filij conſobrinorum. Patrueles, filij duorum fratrum.

Veritas.

Delirare.

Conſobrini.
Sobrini.
Patrueles.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena, Crito perſona ad Cataſtrophen, id eſt euentū fabulæ enodandum introducta, loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet, niſi abſolutionem erroris eius: ſimul' que uerbis ſuis, quàm grauis, quàm modeſtus, quàm iuſtus ſit, oſtendit.

# ACTVS IIII. SCENA V.

*Senarij omnes, præter unum ſeptenarium.*

Crito hoſpes, Myſis, Dauus.

IN hac habitaſſe platea dictum 'ſt Chryſidem,
Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honeſte pauper uiuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos percontor uideo, ſaluete. My. obſecro
Quem uideo? eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. Cri. ò Myſis ſalue. My. ſaluus ſis, Crito. Cri.
Itan' Chryſis? hē. My. nos quidē pol miſeras perdidit.
Cri. Quid uos? quo pacto hic? ſatin' recte? My. nos ne?
Vt quimus, aiunt, quando ut uolumus non licet. Cri.
Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes reperit?
My. Vtinam. Cri. an nōdum etiam? haud auſpicato huc
me appuli,
Nam pol ſi id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem.
Semper enim eius dicta eſt hæc, atq; habita eſt ſoror,
Quæ illius fuerunt, poſſidet: nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atq; utile,
Aliorum exempla commonent, ſimul arbitror
Iam eſſe aliquem amicum & defenſorem ei: nam ferè
Grandiuſcula iam profecta 'ſt illinc, clamitent
Me ſycophantam, hæreditatem perſequi,
Mendicum tum ipſam diſpoliare non licet. My.
Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines. Cr.
Duc me ad eam quando huc ueni, ut uideam. My. maxu
me. Da.
Sequar hos, nolo me in tempore hoc uideat ſenex.

PETRVS MARSVS.

*Occaſio cataſtrophes, nā ſenex caſu interueniēs, diſcutit periculum.

Itan' Chryſis .ſ. perijt. Hem commiſerantis eſt. Prouerbium frequens atq; elegans. Hæc ſingula emphaſim habent.

†Ab exēplo.

Sycophantā id eſt, calumniatorē, ui de Tortelliū

† Præoccupatio.

Antiquum .ſ. morem, aut ingenium.

In hac habitaſſe,&c.) Cauta mente periculũ imminens declinandum eſſe, ac hominum de nobis æſtimationem non eſſe negligendam, hæc ſcena præſcribit. Imprudentis nanq; eſt ea tentare, quæ diſcrimen adferre poſſunt. Vnde Plotinus philoſophus loquens de uirtutibus Politicis, ſic ait: Eſt hominis ciuilis prudentia ad rationis normam, quæ cogitat, quæq; agit, dirigere uniuerſa, ac nihil præter rectum uel laudabile facere, humanisq; actibus prouidere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circunſpectio, docilitas, & cautio. Negligere uero aliorum de ſe iudicium, nec curam nominis habere, hominis eſt omnino diſſoluti, qui nullo rationis uinculo cõtinetur, ſed ut brutum animal uiuit. In primisq; cauendum eſt, ne calũniatores dicamur & accuſatores. Quapropter Tullius ſecundo Officiorum ſic præcipit: Duri hominis uel potius uix hominis uidetur, periculum capitis inferre multis. Id tum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominetur: Apuleius ſic ait: Prudẽtis eſt animi & uerecundi, etiam falſa uituperatione grauari. Nunquam te tuliſſem huc, &c.) Diomedes ſic ait: Tollo tuli & tetuli. Terentius: Huc tetuliſſem pedem. Illinc clamitent me ſycophantã. &c.) Sextus Pompeius ſic ait: Sycophantas appellatos dicunt Atticos quondam iuuenes, ſolitos in hortos irrumpere, ficos'que deligere quamobrem lege conſtitutum eſt, ut qui id feciſſet, capite truncaretur, quam pœnam qui ſequerentur ob parua detrimenta ſycophantas appellatos. Sycophãta proprie dicitur calumniator, ſic dictus à ſyco & phæno, quod eſt oſtendo. Sycophanta dicitur qui oſtendit ac accuſat fures ficorũ: & ſycophantiæ dicũtur calũniæ.

Homo prudens.

Prudentiæ partes.

Sycophãta.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena continetur diſceptatio officiorum patrum duorum, inter ſe de officio amicorum & paterna pietate tractãtium, Chremes ob natum filium ex Glycerio generum recuſat.

# ACTVS V. SCENA I.

Quadrati omnes.

Chremes, Simo.

*Ad finē epitaſeos facit hæc noua turba.

SAtis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia'ſt mea.
Satis pericli cœpi adire, orandi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi uitam filiæ. Si.
Imò enim q̃maxime abs te oro, atque poſtulo Chreme,
Vt beneficium uerbis initū dudum, nunc recōprobes.
Ch. Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id quod cupis:
Neque modū benignitatis, neque quid me ores cogitas,
Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniurijs. Si.
Quibus? Ch. ah rogitas? perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nuptias,
Eius labore atque eius dolore gnato ut medicarer tuo,
Imperaſti, incepi, dum tulit res. nunc non fert, feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt, puer eſt natus, nos miſſos face. Si.
Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere.
Quibus id maxume utile'ſt, illum eſſe q̃ deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta atque incepta omnia.
Vbi ea cauſa, quamobrē hæc faciunt, erit adempta his, deſinent. Ch.
Erras, cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Si. ſcio. Chre. at
Vero uultu, cū ibi me adeſſe neuter tū præſenſerat. Si.
Credo, & id facturus Dauus dudum prædixit mihi.
Et neſcio quid tibi ſim oblitus hodie, ac uolui dicere.

Inire, eſt aliquid incipere, ut inire amicitiam, inire lites.

Rogitas? Accuſatio eſt, et enumeratio iniuriarū .ſ. ob amorē meretricis.

Medicarer, mō ad animū transfertur.

†Argumēta recuſationis. Hic eſt defenſio per coniecturam.

†A`cauſa finali.

Reprehenſio Simonis cum Daui teſtimonio.

Daui uerſutiam oſtēdit.

PETRVS MARSVS.

Satis iam, &c.) Querelas inter amicos oriri aliquando docet hæc ſcena, cum in officijs præſtandis ac exigendis à recto is diſcedit, qui propria cōmoda reſpiciens, rebus amici conſulere nō uidetur: quod ideo accidit, quoniam ut (inquit Plato libro octauo de legibus) ad utilitatem propriam priuatamq; commoditatem natura ſemper impellit. Et in quinto ſic ait: Sed reuera nimius in ſeipſum amor omnium peccatorum omnibus ſemper cauſa eſt. Obcæcatur quippe circa amatum qui amat. Et Cicero libro primo officiorum dicit: Eſt enim difficilis cura rerum alienarum, idcirco aliter de illis quàm de nobis iudicamus. Hæc Plato & Tullius. Sed ab eo certe fugiendum eſt in uita ciuili et actionibus affectibusq;, ad quod natura ſumus propenſiores, ut mediocritas illa ſeruetur, quam recte uiuendi ratio præſcribit. Et habenda eſt in primis ratio amicorum, ne utilitatem potius quàm officium aſpicere uideamur. Vnde Seneca: Non exigo ut ſine reſpectu ſui mihi conſulat. Et ſcribens de ira ad Nouatum, dicit: Beneficijs humana uita cōſtat & concordia, nec terrore, ſed mutuo amore, in fructum auxiliumq; cōmune aſtringitur. Neſcio quid tibi ſim oblitus hodie etc.) Hoc eſt, neſcio quomodo excidit dicere tibi, ſicut mihi propoſuerā. Priuata utilitas. Amor in ſe nimius.

PAVLVS MALLEOLVS

In ſequenti ſcena principium indicij, Glyceriū ciuem eſſe Atticam, cōtinetur. Præterea Simonis indignatio aduerſus Dauum, quem in uincula conijcit. Mire quoq; & artificioſe exprimitur cōſuetudo patris, ac domini offenſi & excandeſcentis.

# ACTVS V. SCENA II.

Quadrati & ſenarij, & unus dimeter.

Dauus, Chremes, Simo, Dromo, Seruus.

ANimo iam nunc otioſo eſſe impero. Ch. hē Dauum tibi. Otium ſecuritas eſt, negotium uero ſolicitudo.

Si. Vnde ingreditur? Da. meo præſidio atque hoſpitis. Si. quid illud mali'ſt? Da.

Hic ſcelus ad ſenſum retulit, nam propter ſenſus uerba ſunt, non propter uerba ſenſus.

Ego commodiorem hominem aductum ad tempus non uidi. Si. ſcelus,
Quem nam hic laudat? Da. omnis res eſt iam in uado. Si. ceſſo alloqui? Da.
Herus eſt, quid agam? Si. ô ſalue bone uir. Da. hem Simo, ô noſter Chreme,

† Ironia cum increpatione Probe, indignanter dicitur.

Omnia apparata iam ſunt intus. Si. curaſti probe. Da.
Vbi uoles accerſe. Si. Bene ſanè, id enimuero hic nunc (abeſt,
Etiam tu hoc reſpondes? quid iſthic tibi nego= ti'ſt? Da. mihin'? Si. ita. Da.
Mihi'ne? Si. tibi ergo. Da. mõ introij. Si. quaſi ego quàm dudum rogem. Da.

Vnà, hic Dauus & ſe & Pamphilum accuſat.

Cum tuo gnato unà. Si. an ne'ſt intus Pamphilus? crucior miſer.
Eho, non tu dixtin' eſſe inter eos inimiatias carnifex? Da.

Chremes Simonem irridet:

* Audet plusculũ ſeruus, quia nihil reſtare periculi putat ſed non fert id impune.

Sunt. Si. cur igitur hic eſt? Ch. quid illum cenſes? cum illa litigat. Da.
Imò uero indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.
Neſcio quis ſenex modo uenit, ellum, confidens, catus.
Cum faciem uideas, uidetur eſſe quantiuis preti:
Triſtis ſeueritas ineſt in uoltu, atq; in uerbis fides. Si.
Quidnam apportas? Da. nihil equidem, niſi quod illum audiui dicere.
Si. quid ait tandem? Da. Glycerium ſeſcire eſſe ciuē Atticam. Si.

Daui uerbo cõmotus, ſer-

Hem Dromo Dromo. Dro. quid eſt? Si. Dromo. Da. audi. Si. uerbum ſi addideris, Dromo. Da.

Audi obſecro. Dro. quid uis? Si. ſublimem hunc intrò rape, quantum potes. Dro.
Quem? Si. Dauum. Da. quamobrem? Si. quia lubet, rape, inquam. Da. quid feci? Si. rape. Da.
Si quicq̃ mentitum inuenies, occidito. Si. nihil audio.
Ego iam te commotũ reddam. Da. tametſi hoc uerũ'ſt. Si. tu tamen
Cura ad ſeruãdum uinctum: atq; audin'? quadrupedem conſtringito.
Age nunc iam ego pol hodie, ſi uiuo, tibi oſtendam, herum quid ſit periculi fallere, &
Illi patrem. Chre. ah ne ſæui tantopere. Si. Chreme,
Pietatem gnati, nonne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

uum lorariũ uocat, qui loris, id eſt, corijs, alios ſeruos uerberat

Commotum id eſt perturbatum.

Decorum comicũ ſeruat non procedẽdo ultra uincula ad necẽ quod tragicũ eſſet.

## PETRVS MARSVS.

Animo iam nunc, &c.) Seruos nimia calliditate maloq; propoſito craſſantes, multumq; ſibi tribuentes ac mendaces, puniendos eſſe, docet hæc ſcena. Fiunt enim licentia peiores, & diſciplinam domus confundunt, freti mendacijs, quæ tandem deprehenſa, dedecus afferunt & uitæ diſcrimen. Ideo Xenophon libro octauo, ſic ait: Apertum mendaciũ impedimento eſt hominibus ad ueniam conſequendã. Plato libro ſexto de legibus loquens, de recta ſeruorũ educatione, ſic ait: Caſtigãdi cædendiq; ſemper iure ſunt ſerui, neq; ita monẽdi ut liberi, ne molliores fiant. Allocutio omnis ad ſeruos, quodammodo imperium ſit, neq; iocus ullus cũ ipſis, ſeu fœminis ſeu maſculis locum habeat. Quod multi ſtulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem uitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendũ, reddunt. Idem dicit homines cum difficultate domari, illorumq; poſſeſſionem eſſe difficilẽ. Cicero in oratione pro L. Flacco dicit: Prouerbium eſt, Phrygem plagis

Seruorum diſciplina.

Phryx.

ſieri meliorem. Idem in Philippicis ſic ait: Omne malum naſcens, facile opprimitur, inueteratum oletumq́; fit robuſtius. Et Seneca ſic ſcribit ad Neronem: Natura contumax eſt humanus animus, & in contrarium atq; arduum nitens, ſequitur facilius quàm ducatur. Confidens, catus, &c.) Fidentia (inquit Cicero in quarto Tuſculanarum) Id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, non temere aſſentiens. Idem in tertio ſic ſcribit: Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine loquendi, in uitio ponitur. Ductum uerbum à confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt fidens, hic non extimeſcit. Diſcrepat enim à timendo, confidere. Catus, dicitur ille, qui habet rerum uſum, & ſapit in rebus ciuilibus. Cicero in primo Tuſculanarum: Egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus. Plutarchus in uita Catonis ſenioris ſic ait: Romani eum, in quo multarum rerum uſus ac experientia ſit, Catonem nominant.

Fidentia. Fidens. Confidens. Catus. Cato.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena continetur quertmonia Simonis aduerſus filium, cum ingenti acrimonia indignantis. Subinde filij excuſatio per confeſſionem, qui ſe quoq; omnino patris uoluntati ſubmittit. Poſtremo Chremes Simonem aliquanto temperãtiorem reddit.

# ACTVS V. SCENA III.

Senarij partim & ſeptenarij.

Pamphilus, Simo, Chremes.

QVis me uolt? perij, pater eſt. Si. quid ais omniũ?
Chr. ah.
Rẽ potius ipſam dic, ac mitte male loq. Si.
Quaſi quicquam in hunc iam grauius dici poßit.
Ain' tandẽ ciuis Glycerium 'ſt? Pam. ita prædicãt. Si.
Ita prædicant? ô ingentem confidentiam.
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Vide, num eius color pudoris ſignum uſquam indicat?

Omniũ, apoſiopeſis irato familiaris, quando pro dignitate peccati non inuenitur cõuitiũ competens.
† Exclamatio

Adeon' impotenti eſſe animo,ut præter ciuium
Morem,atq; legem,& ſui uoluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?Pã.
Me miſerum.Si.modo'ne id demum ſenſti Pamphile?
Olim iſthuc,olim,cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi:
Eodem die iſthuc uerbum uere in te accidit.
Sed quid ego?cur me excrucio?cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia?an
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam?
Imò habeat,ualeat,uiuat cum illa.Pam.mi pater.Si.
Quid mi pater?quaſi tu huius indigeas patris.
Domus,uxor,liberi inuenti inuito patre,
Adducti,qui illam ciuem hinc dicant,uiceris.Pam.
Pater licet'ne pauca?Si.quid dices mihi?Ch.at
Tamen Simo audi.Si.ego audiam?quid ego audiam
Chreme?Ch.attamen dicat ſine,age dicat ſino.Pam.
Ego me amare hanc fateor,ſi id peccare'ſt,fateor id quoque.
Tibi pater me dedo,quiduis oneris impone,impera.
Vis me uxorẽ ducere,hãc uis amittere?ut potero ferã.
Hoc modò te obſecro,ut ne credas à me allegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem,atque illum huc coràm adducã.Si.adducas?Pam.ſine pater.Ch.
Aequum poſtulat,da ueniã.Pam.ſine hoc te exorem.Si.ſino.
Quiduis cupio,dũ ne ab hoc me falli cõperiar Chreme.
Ch.Pro peccato magno paululũ ſupplicij ſatis ẽ patri.

* Vide quòmodo aſſurgat.
Tria Pãphilum contempſiſſe oſtendit.
Olim,obiurgatio eſt,& confirmationẽ facit per repetitionẽ.
† Verborum incrementũ.
Mira grauitate hic ſenſus exaggeratur,nã pluraliter de uno tantũ loquitur.
Pater,oratio pudoris plena.
† Defenſio per conceſſionem.
Amphibologia eſt.
Difficultatẽ rei oſtẽdit reſumptio uerbi per indignationem.

## PETRVS MARSVS.

Sententia. Quis me uolt,&c.)Iratum patrem bonis uerbis & obedientia filiorum mitigandum eſſe,non aſperitate aut contumacia irritandum, docet hæc ſcena. Beneficium quippe paternum ita magnum eſt, ut quomodocunq; ſeſe habet pater, à filio ſit obſeruandus atq; colendus. Omnia certe quæ habet, patri debet, nec eius beneficium poteſt ſuperare. Vnde Seneca: Nunquã beneficio uincitur,cuius beneficium eſt ipſum quod uincit.Et non amare parentes, impietas eſt:non agnoſcere,inſania. Diuus Auguſtinus libro ſecundo de ciuitate dei,ſic ait: Habet quiddam erga parentes humana uerecundia, quod nec ipſa nequitia auferri poſſit. Plato in nono de legibus, cum multa de cultu parentum dixiſſet, intulit: Quapropter exiſtimãdum eſt,ut paulo ante diximus, nullũ apud deos magis honorandum ſimulacrum nos habere poſſe, quàm patres & auos ſenio confectos, matresq; ſimiliter, quibus honoratis deus gaudet, alioquin eos minime exaudiret. Mirabilius enim parentum ſimulacrum nobis,quàm imagines quæq; inanimes uideri debet. Nam quæ animam habent,quando coluntur à nobis,pro nobis orant,fauentq; quotidie,quando nõ deſpiciuntur.Contra,quæ uero anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos, cæterosq; huiuſmodi recte ſe gerit, is ad deum ſibi conciliandum ſimulacrorum omnium optima poſſidet. Cicero in oratione pro Roſcio Mimo,ſic taxat paricidam: Portentũ atq; monſtrum certiſſimum eſt,eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit, ut propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit,eos indigniſſime uita priuarit. Ego me hanc amare,&c.) Seneca libro ſeptimo epiſtolarum ſic ait: Vitia ſua confiteri, ſanitatis indicium eſt.Et Cicero in duodecima Philippica, ſic ſcribit: Cuiuſuis hominis eſt errare,nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore, poſteriores enim cogitationes(ut aiũt) ſapientiores eſſe ſolent, & optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilij. Vt potero feram,&c.)Quoniam repentina mutatio eſt difficillima. Vnde Xenophon libro quinto: Mutatio quæ fit paulatim, efficit ut omnis natura mutationes ferat. Euſebius libro quar

Reuerentia.

Contra paricidam.

Mutatio repentina.

ſio euangelicæ præparationis ſic ait: Non tantum ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic in ſcenam progreditur Crito, in cuius uerbis non ſolum quid ipſe promittit, ſed etiam & Pamphilus dixerit, demonſtratur, & hic omnis error fabulæ aperitur.

# ACTVS V. SCENA IIII.

Octonarij & ſenarij trochaici, & unus hypermeter.

CRITO hoſpes, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

Mitte orare, unà harum quæuis cauſa me ut faciam monet.
Vel tu, uel quod uerum 'ſt, uel quod ipſi cupio Glycerio.
Chr. Andrium ego Critonem uideo? certe is eſt. Cr. ſaluos ſis Chreme. Ch.
Quid tu Athenas inſolens? Cri. euenit, ſed hiccine 'ſt Simo? Chre.
Hic eſt. Si. men' quæris? eho tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais? Cri.
Tu negas? Si. ita' ne huc paratus aduenis? Cri. quare? Si. rogas?
Tu' ne impune hoc facias? tu' ne hic homines adoleſcentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis?
Sollicitando & pollicitando eorum animos lactas? Cr. ſanus' ne es? Si.
Ac meretricios amores nuptijs conglutinas? Pam.

Crito hic Pāphilum alloquitur ſic rogātem, uerū ut Glycerio dicat.
* Cataſtrophe.
Inſolēs id eſt inconſuetus.
† Exordiū cataſtrophes.
† Amplificatio à circunſtantijs.
Eductos, id ē educatos, nutritos.
† Vide quō inſurgat oratio.

Vt ſubſiſt. id eſt, ne ſuccũbat.

Perij,metuo ut ſubſiſtat hoſpes.Chre.ſi Simo hunc nõris ſatis,

Ironia eſt.

Nõ ita arbitrere,bonus hic eſt uir.Si.hic uir ſit bonus,

Plerunq; caſus imitatur induſtriã,ut hic.

Ita'ne attemperate uenit hodie in ipſis nuptijs,
Vt ueniret antehac nunquam?eſt uero huic credendum Chreme?Pam.
Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe.Si.

Mitte,id eſt, deſine iraſci.

Sycophanta.Cri.hem.Ch.ſic Crito'ſt hic,mitte.Cr.uideat quid ſiet.

† παροιμιακόν.

Si mihi pergit quæ uolt dicere, ea quæ non uolt audiet:
Ego iſthæc moueo, aut curo, non tu tuum malum æquo animo feres?

†Exordiolũ.

Nã ego quæ dixi, uera an falſa audieris, iã ſciri poteſt.

Narratio hæc pars eſt argumenti.

Atticus quidã olim,nauifracta,apud Andrũ eiectus eſt,
Et iſthæc unà parua uirgo,tũ ille egens,forte applicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe. Si. fabulã inceptat. Ch.ſine.Cri.

Obturbat,id eſt, euertit ueritatem.

Ita'ne uero obturbat?Chre. perge.Cri.tum is mihi cognatus fuit,

Ex illo confirmatio ueritatis.

Qui cũ recepit: ibi ego audiui ex illo ſeſe eße Atticũ.
Is ibi mortuus eſt. Ch. eius nomẽ? Cri. nomen?tam cito tibi
Phania Chre.hem perij.Cr.uerum hercle opinor fuiße Phaniam,

Rhamnus pagus eſt Atticæ maritim⁹ inde Rhamnuſius.

Hoc certo ſcio,Rhãnuſiũ ſe aiebat eße.Ch.ô Iuppiter.
Cri.Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum audiuere.Ch.utinam
Id ſit quod ſpero,eho dic mihi,quid eam tum Crito?

Suam ne eſſe aiebat? Cri. non Chr. cuiam igitur? Cri. fratris filiam. Ch.
Certe mea 'ſt. Cri. quid ais? Si. quid tu ais? Pam. arrige aures Pamphile. Si.
Qui credis? Ch. Phania ille frater meus fuit. Si. noram, & ſcio. Chre.
Is hinc bellum fugiens, meq; in Aſiam perſequens proficiſcitur.
Tum illam hic relinquere 'ſt ueritus, poſt illa, nunc primum audio
Quid illo ſit factum. Pam. uix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,
Spe, gaudio, mirãdo hoc tãto tã repentino bono. Si.
Næ iſtã multis tuã inueniri gaudeo. Pam. Credo pater.
Ch. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. Pam. dignus es
Cum tua religione odio, nodũ in ſirpo quæris. Cri. quid iſthuc eſt? Ch.
Nomen non conuenit. Cr. fuit hercle aliud huic paruæ. Ch. quod Crito?
Nunquid meminiſti? Cri. id quæro. Pam. ego ne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obſtare, cum ego poſſim in hac re medicari mihi?
Non patiar, heus Chreme, quod quæris, Paſibula 'ſt. Cri. ipſa 'ſt Ch. ea 'ſt. Pam.
Ex ipſa millies audiui. Si oẽs nos gaudere hoc Chre.
Te credo credere. Ch. ita me dij ament, credo. Pã. quid reſtat pater? Si.

Cuiam uetuſto more dixit.
†Noua narratio.
Prouerbiũ. Metaphora à pecudibus aures erigentibus.
Illo. ſ. fratre meo Phania.
Affectus amantis.
Adagium.
Paruæ, id ẽ, dũ eſſet parua.
Amoris Pãphili affect⁹ exprimitur.
†Subita rerum permutatio.
Notatur frequentiſſima Pamphili cũ Glycerio cõſuetudo.

Simo cũ Pã-philo iam redit in gratiã.

Iamdudum res reduxit me ipſa in gratiam. Pam. ô lepidum patrem,

De uxore, ita ut poßedi, nihil mutat Chremes. Ch. cauſa optuma 'ſt,

Niſi quid pater aliud ait. Pam. nempe. Si. id ſcilicet. Ch. dos eſt Pamphile,

Eho iurantis eſt, alliciens ad attentionẽ eius qđ dicturi ſum°

Decem talẽta. Pam. adcipio. Ch. propera ad filiam eho mecum Crito:

Nam illam me haud noße credo. Si. cur non illam huc transferri iubes? Pam.

† A nõ poſſibili.

Recte admones, Dauo iſthuc dedam iam negoti. Si. nõ poteſt. Pam.

Mire Daui mentionẽ facit ut ſoluat.

Qui? Si. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. Pã. quidnam? Si. uinctus eſt. Pam.

Pater, non recte uinctu' ſt. Si. haud ita iußi. Pam. iube ſolui obſecro. Si.

Exclamatio amatoris.

Age fiat. Pam. at matura. Si. eo intrò. Pam. ô fauſtum & felicem hunc diem.

## PETRVS MARSVS.

Mitte orare, & cætera.) Gratuito & non grauate officium præſtandum eſſe, ac ueritatem rebus omnibus præponendam, animumq; ad bene de multis promerendum, ſemper debere eſſe promptiſſimum, docet hæc ſcena. Hoc enim eſt maxime è natura, quæ hominem hominis cauſa produxit. Quapropter Cato ille Cenſorius apud Ciceronem libro tertio de finibus, ſic loquitur: Impellimur autem natura, ut prodeſſe uelimus quàm plurimis, in primiſque docendo, rationibusq; prudentiæ tradendis, & illa uox inhumana & ſcelerata dicitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio cõſequatur. Veritatis uero rationem in primis habendam eſſe, philoſophorum prin-

cipes Plato & Ariſtoteles nos monent. Plato enim in quinto de legibus, ſic ait: Veritas tum dijs, tum hominibus dux omnium & bonorum, cuius qui felix beatusq; futurus eſt, ſtatim ab initio particeps eſſe debet, ut in ueritate plurimum temporis uitam agat. Idem in Phædro ſic ait: Is bene de ſe animoq; ſuo ſperare poteſt, qui uoluptates quæ diſcendo percipiuntur, ſectatus, animum ſuo decorauerit ornamento, temperantia ſcilicet, iuſtitia, fortitudine, ac ueritate. Exprimit inſuper hæc ſcena ſenum moroſitatem & iram. Sunt enim (ut inquit Cicero in Catone Maiore) moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes. Putant quippe contemni ſe ac decipi. Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricorum ad Theodecten, loquens de moribus ſenum, dicit ipſos iram acutam habere, remiſſas uero cupiditates. Non tu tuũ malum æquo, & cætera.) Quaſi dicat: Feras oportet æquo animo mala quæ tibi eueniunt. Non mea culpa, ſed tua potius, qui filiũ ſic inſtituiſti, ut meretricios amores ſectetur, & rectã oderit diſciplinã. Sciri iã poteſt, inquit, multis argumentis an uera ſint quæ dixi. Rhamnuſium ſe aiebat, & cætera.) Rhamnus autore Plinio, erat pagus in agro Attico, clarus marmorea ſtatua Nemeſis, quæ ob id Rhamnuſia dicitur. Eſt autem Nemeſis dea, ultrix ſuperborum, & indignatio de malorum ſucceſſu. Eius ſtatuæ meminit Plinius libro uiceſimoſeptimo, & Strabo libro nono. Verba Plinij ſunt hæc: Id ſignum poſitum eſt in Rhamnite pago Atticæ, quod Marcus Varro omnibus ſignis prætulit. At mihi unus ſcrupulus, &c.) Scrupi (inquit Sextus Pompeius) dicuntur ſaxa aſpera. Vnde ſcrupuloſam rem dicimus, quæ habet aliquid in ſe aſperi. Vix ſum apud me, &c.) Euſebius libro quarto præparationis euangelicæ: Non tantum ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. Dignus es cum tua religione, &c.) Cicero in libro de natura deorum, ſic ait: Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi, à relegendo. Vt enim eligentes ex eligendo, & deligẽdo deligentes, ex intelligendo intelligẽtes: His enim in uerbis omnibus ineſt uis legendi eadem, quæ in religioſo.

Rhamnus Nemeſis.

Scrupi.

Religioſi.

Nigidius autore Gellio libro quarto, ſic ait: Religioſus pro caſto atq; obſeruanti, cohibentiq; ſeſe certis legibus finibusq; dici cœptus.

Fauſtus. Fauſtum et felicē, &c.) Plutarchus in Sylla ſic ait: Felicem atq; hilarem, fauſtum Romani uocant. Vnde Nonius: Fauſtum à fauendo dictum, ac per hoc proſperum ac propitium.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena alterum generum Chremeti comparant, ne aut Carinus triſtis recedat, aut non prouiſum Philumenæ uideatur. Poſtremo, ea quæ reſtant de comœdia, breuiter explicantur & deſignantur, duorum ſcilicet ſociorum binæ nuptiæ, Pamphili & Carini. Lætus quoque comœdiæ exitus ſubinde exhibetur & clauditur.

# ACTVS V. SCENA V.

Septenarij & ſenarij trochaici.

CARINVS, PAMPHILVS adoleſcens, DAVVS ſeruus.

Carini & Pamphili colloquium ideo inducitur ut una narratione Carini quoque negotiū tranſigatur. †ἀντιλογία. † Exultat amator de ſua amica. † Proſper rerū ſucceſſus taceri neq̄t. In affectu

PRouiſo quid agat Pamphilus, atq; eccum. Pam. aliquis forſan me putet
Non putare hoc uerum, at mihi nunc ſic eſſe hoc uerum lubet.
Ego uitam deorū propterea ſempiternā eſſe arbitror,
Quod uoluptates eorum propriæ ſunt: nam mihi immortalitas
Parta 'ſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Ca.
Quid illuc gaudi 'ſt? Pam. Dauum uideo, nemo 'ſt quē mallem omnium:
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurū gaudia. Da.
Pamphilus ubinam hic eſt? Pam. Daue. Da. quiſnam ho

mo eſt? Pam. ego ſum. Da. ò Pamphile. Pam.
Neſcis quid mihi obtigerit? Da. certe, ſed quid mihi obtigerit ſcio. Pam.
Et quidem ego. Da. More hominum euenit, ut quod ſim nactus mali
Prius reſciſſeres tu, quã ego quod tibi euenit boni. Pam.
Mea Glycerium ſuos parẽtes reperit. Da. ò factum bene. Ca. hem. Pam.
Pater amicus ſummus nobis. Da. quis? Pam. Chremes. Da. narras probe. Pam.
Nec mora ulla eſt, quin eam uxorẽ ducã. Car. num ille
Ea, quæ uigilans uoluit? Pam. tum de puero (ſomniat Daue. Da. ah deſine,
Solus eſt quẽ diligũt dij. Da. ſaluus ſum ſi hæc uera ſunt
Conloquar. Pã. quis homo 'ſt? Carine, in tempore ipſo mihi aduenis. Ca.
Bene factum. Pam. hem, audiſtin'? Ca. omnia, age, me in ſecundis reſpice.
Tuus eſt nũc Chremes, facturũ quæ uoles ſcio eſſe oĩa.
Pam. Memini, atq; adeo longum 'ſt nos illum expectare dum exeat.
Sequere hac me, intus apud Glycerium 'ſt nunc, tu Daue abi domum,
Propera, accerſe, hinc qui auferant eam, quid ſtas? quid ceſſas? Da. eo.

gaudẽter Pãphilus et gratulatione Daui, cognitionem rerũ Carino aperit, qui tamen ob compendium parce inducitur.

† A` conſuetudine.

Prouerbium ex re natũ.

Benefa. gratulatio cõpẽdioſa.

Lætus comœdiæ exitus.

† Poſt ſcenã itur.

CALLIOPIVS.

Ne expectetis dum exeant huc: intus deſpondebitur,
Intus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtet.

PLAVDITE.

## PETRVS MARSVS.

Prouiſo quid agat, & cætera.) Nullam ferè delectationem eſſe illis, quibus aliquid ſucceſſit ad uotum, niſi habeant cui communicent, docet hæc ſcena. Homo nanq; duce natura fugit ſolitudinem, & ſermone utitur libenter, ut animi conceptus exprimat. vnde dicit philoſophus primo Politicorum: Homo eſt natura ciuile animal, & qui inciuilis eſt, non per fortunã, ſed propter naturam is aut prauus eſt, aut melior quàm homo. Vnde dicitur: Homo ſolitarius, aut deus, aut beſtia. Sermonẽ, inquit, habet homo ſupra cætera animalia, quo utile, iucundum, iuſtum, iniuſtumq́; iudicatur. Horum, inquit, communicatio fecit domum & ciuitatem. Vnde apparet hominem eſſe magis congregabilem, quàm apes & cætera animalia, quæ natura congregauit. Architas Tarentinus (autore Cicerone in Lælio) ſic dicere ſolebat: Si quis cœlum aſcendiſſet, naturamq́; mundi et pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundiſſima fuiſſet, ſi non aliquem cui narraret, habuiſſet. Sic natura (inquit Cicero) nihil ſolitarium amat. Idem Cicero libro primo de Officijs: Si cõtigerit ea uita ſapienti, ut affluentia rerum omnium diletur, tamẽ ſolitudo tanta ſit, ut hominem uidere non poſſit, excedet è uita. Pamphilus ubinam, & cætera.) Rumorem alicuius infortunij cito in populum uulgari, docet hæc ſcena, quod ideo accidit, quia plerique alienæ inuident felicitati, & auide alienum dedecus audiunt & effundunt: vnde uates celeberrimi famam deſcribentes, illam dicunt eſſe malum, quo non uelocius ullum, mobilitate uiget, uireſq́; acquirit eundo. Et doctrinæ atq; eloquij fons huberrimus Marcus Cicero, in oratione pro Planco ſic ait: Nihil eſt tam uolucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur. Quapropter moralis ille Seneca loquens de continentia, ſic præcipit: Bonæ famæ, neq; tuæ ſeminator, neq; alienæ inuidus. Et prudentiæ officia deſcribens, ſic ait: Laude parce, uitupera parcius. Et alibi: Eſto uitiorum fugax ipſe, aliorum neq; curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor. Ne expectetis dum, & cætera.) Mire hæc dicit poëta, latẽter ſe

Homo. Sermo. Contra ſolitudinem. Fama. Cõtinentia. Prudentia.

laudans, quo uerbo artificioſe auidum adhuc populum audiendi, adeoq; cupidum attentumq; oſtendit, ut finem comœdiæ iam eueniſſe non ſenſerit. Intus deſpondebitur, &c.) Gellius libro quarto ſic ait: Cæſar poſtquam filiam Cneo Pompeo deſponderat, primũ cœperat Pompeium rogare.

Exitus comœdiæ lætus eſt, & ſedationem habet affectuum, qui non creſcunt ad tragicam perturbationem, & ſcelera quæ mediocritatem nullam accipere poſſunt. Idcirco in ſummas perturbationes tragœdia deſinit, docẽs nos cum ratione id fugere, quod ſua prauitate in cladem trahit, et odium parit uehementiſſimum. Non enim ad ſeditiones & diſcordias, ſed ad pacem & concordiam nati ſumus: qua nihil eſt humanæ naturæ uſuiq; accommodatius: quoniam (ut inquit Salluſtius) concordiæ res paruæ creſcũt, diſcordia uero maximæ dilabuntur. Et Cicero in officijs ſic præcipit: Meo quidem iudicio, paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. Comœdia. Tragœdia.

Comœdia illos habet affectus, qui facile ad eam mediocritatem redigũtur, quæ uirtus morum appellatur: non enim eſt uirtus expurgatiua, ſed gradus ad illam atq; iter. Sic nanq; diſponit per aſſuetudinem humanas cupiditates, ut heroicam uirtutem ſuſcipiant: Ab extremo certe ad extremum, ſine aliquo medio ire non poſſumus, et ſic eſt uiuendum, ut bene ſperare poſſimus. Plato libro primo de republica ſic ait: Qui nullius iniuriæ ſibi conſcius eſt, huic iucunda ſpes ſemper adeſt, optima ſenectutis nutrix. Quapropter Pindarus cecinit: Eum qui bene uiuit, dulcis ſpes comitatur, cor nutriens, ſenectutemq; fouens.

FINIS ANDRIAE.

## ARGVMENTVM EVNVCHI, per Philippum Melachthonem.

COmœdiæ ut hominum uitam, caſus, conſilia imitentur, pericu la continent, quod & conſilijs, & fortunæ, in periculis maxi me locus eſt. Itaq; cum diſcutere periculum ratione contēdant per ſonæ, uaria fingūtur cōſilia, in quibus alia fallūt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt q̃ ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula propoſuit modeſti adoleſcētis exemplum. Is de officio ſuo honeſte conſultat. Hic nulla ſunt honeſta exempla, nullum honeſtum conſilium. Nam meretricij amores deſcribuntur, ut in hoc exemplo cernant iuuenes tanquam in ſpeculo, amentiam huiuſmodi amatorum. Eſt autem duplex propemodum fabula, propterea geminum argumentum recenſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Et cum pollicita eſſet Thais, facturam ſe ſui copiam dies aliquot, fallitur is tamen. Eáq; protaſis fabulæ eſt.

Cum Thraſone confertur Phæd ria: niſi enim riualem habe ret Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Epitaſis fabulæ eſt, cum minatur ille ſe oppugnaturum ui ædeis Thaidis.

Cataſtrophe ridicula eſt. Nam Thraſo iam fractus precibus impetrat, ut aliqua ſaltem in parte apud Thaidem hæreat.

Porro quia hæc fabula uaria eſt, multumq; habet turbarū, caſu exoritur alius tumultus, uitiatur uirgo, quam Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoq; periculi cataſtrophe, nam uxor datur hæc adoleſcenti quam compreſſerat.

Vt Thraſonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnato nem, qui eius mores mirifice depingit, ut ardelionem agnoſcas.

In ſuperiori fabula plurimæ ſunt conſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hic plus eſt expoſtulationum, & accuſatorio ſeu iudiciali generi ſimilior eſt: Nullum autem uitæ genus eſt, ubi non plurimum Thraſonum reperias, neq; ulli ferè rebus humanis pernicioſiores ſunt, quàm id genus ſi contingat imperare. In templis, in aulis, in rebuſpublicis omnibus omnia miſcent, ut emereantur uulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuen

da, contemplandaq́; Thraſonis imago in hac fabula, ut diſcas q̃ ſint inepti, q̃ nihili ardeliões iſti. Somnia uerius hominum, q̃ homĩnes dicas. Refert autem conferre cum hac ſimiles alicubi deſcriptiones: Qualis apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. Nec piget adſcribere, ut ediſcant pueri. Ad Varum.

Suffenus iſte Vare, quem probe noſti,
Homo eſt uenuſtus, & dicax, & urbanus.
Idemq́; longe plurimos facit uerſus,
Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura
Perſcripta, nec ſcit (ut fit in palinxeſto)
Relata, chartæ regiæ, noui libri,
Noui umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata,
Hæc cum legas, tum bellus ille & urbanus
Suffenus, unus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus uidetur: tantum abhorret ac nutat,
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur,
Idem infaceto eſt infacetior rure.
Simul poëmata attigit, neq; idem unquam
Aeque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit.
Tam gaudet in ſe, tãq; ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur, neq; eſt quiſquam.
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Poſſis: ſuus cuiq; attributus eſt error.
Sed non uidemus manticæ quid in tergo eſt. In Attalũ.

Declamas belle, cauſas agis Attale belle,
Hiſtorias bellas, carmina bella facis.
Componis belle mimos, epigrammata belle,
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus.
Et belle cantas, & ſaltas Attale belle.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

## EVNVCHI PERSONAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| PHAEDRIA | *adoleſcens.* | CHREMES | *ſenex.* |
| PARMENO | *ſeruus.* | ANTIPHO | *adole-* |
| THAIS | *meretrix* | DORIAS | *ancilla* (*ſcēs* |
| GNATO | *paraſitus.* | DORVS | *eunuchus* |
| CHAEREA | *adoleſcens* | SANGA | *ſeruus.* |
| THRASO | *miles.* | SOPHRONA | *nutrix.* |
| PYTHIAS | *ancilla.* | LACHES | *ſenex.* |

# P. TERENTII EVNVCHVS

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L. Poſthumio, L. Cornelio ædilibus curulibus. Egit L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prænestinus. Græca Menandru, facta ſecunda. Modos fecit Flaccus, tibijs duabus dextris, M. Valerio, C. Fannio COSS.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

*Trimetri iambici.*

SOrorem falſo dictitatam Thaidis,
Id ipſum ignorans miles abduxit Thraſo,
Ipſiq; donat, erat hæc ciuis Attica.
Eidem eunuchum quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,

*Thraſoni oratus biduum concederet.*
*Ephebus frater Phædriæ puellulam.*
*Cum deperiret dono miſſam Thaidi,*
*Ornatu eunuchi induitur, ſuadet Parmeno,*
*Introijt, uitiat uirginem, ſed Atticus*
*Ciuis repertus frater eius, conlocat*
*Vitiatam ephebo, Phædriam exorat Thraſo.*

ADILON.

*Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore*
*Tenebatur, excluſit: eiq́; reuocato*
*Excluſionis cauſas reddidit: eius frater*
*Minor natu, uirginem quam miles*
*Meretrici dono dederat, amare cœpit.*
*Deductusq́; in domũ meretricis pro eunucho, uitiat,*
*Re itaq; cognita, cum illuſam ſe meretrix*
*Doleret, ab eodem adoleſcente placatur:* — *Ab eodẽ ſcilicet Chærea.*
*Interuentuq́; fratris eius ciuem cognitam*
*Athenienſem, duxit uxorem: miles quoq;*
*In partem meretricij amoris receptus illuditur.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*Defenſor poëtæ Calliopius introductus, hunc prologũ (quemadmodum & præcedentẽ) in maledicum & detractorẽ L. Lauinium pronuntiat, captando multipharium ſpectatorũ beneuolentiam. Diluit quoq; aduerſarij accuſationem, oſtendens etiam ueteres quoq; talia feciſſe, qualia in Terentio carpere nititur.*

PROLOGVS.

*Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis* — * *Excuſat cur in aduerſarium inuehatur.*
*Quàm plurimis, & minime multos lædere,*
*In his poëta hic nomen profitetur ſuum.*
*Tum ſi quis eſt, quid dictum in ſe inclementius*

Dictũ in L. Lauinium.

Exiſtimet eſſe, ſic exiſtimet, ſciat
Reſponſum non dictum eße, quale ſit prius
Qui bene uertendo, & eas deſcribendo male,
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Phaſma, id ẽ apparitio.

Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit,
Atq; in Thenſauro ſcripſit cauſam dicere

* Id eſt, reus priꝰ excuſat ſe, quam agit actor.

Prius unde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quàm ille qui petit, unde eße Thenſaurus ſibi,
Aut unde in patrium monumentum peruenerit.

† Obiectio.

Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, ac ſic cogitet:

Prouerbium.

Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi,
Is ne erret moneo, et deſinat laceßere.

À poëtæ modeſtia beneuolentiam capiat.

Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur,
Quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere.
Ita ut facere inſtituit, nunc quam acturi ſumus,

* Narratio.

Menandri Eunuchum poſtquam ædiles emerunt,

Copia, id eſt facultas.

Perfecit ſibi ut inſpiciundi eßet copia.
Magiſtratus cum ibi adeßet, occepta'ſt agi,

† Mire reprehendit ante uitiũ q̃ de cauſa maledicti dicat.

Exclamat furem, non poëtam, fabulam
Dediße, & nihil dediße uerborum tamen:
Colacem eße Næui & Plauti ueterem fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam & militis.

Peccatũ priꝰ nomẽ eſt: poſteriꝰ, uerbũ

Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia'ſt
Poëtæ, non qui furtum facere ſtuduerit.
Id ita eße uos iam iudicare poteritis:

* Purgatio.

Colax Menandri eſt, in ea eſt paraſitus Colax,

Colax, Latine adulator dicitur.

Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliße in Eunuchum ſuam
Ex Græca: ſed eas fabulas factas prius

Latinas ſäße ſeſe, id uero pernegat.
Quod ſi perſonis iſdem uti alijs non licet,
Qui magis licet, currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique;
Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare æquum eſt uos cognoſcere atque; ignoſcere,
Quæ ueteres factitarunt, ſi faciant noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis quid ſibi Eunuchus uelit.

Perneg. per auget ſignificationem.

Comicorum materia perſonæq́;.

Dictum uerisſimum.

* Epiphonema.

† Antitheton

PETRVS MARSVS.

*Si quiſquam eſt, &c.*) Hic prologus idem ferè habet argumentum quod primus, & poëtæ multiplex ingenium uarietatemq́; explicans, illi parat beneuolentiam, & odium facit aduerſario, quem ignorantiæ accuſat & terret, metum incutiens taxationis & cenſuræ. Tandem ſtatu abſoluto utitur & confeſſione: & ut cum ſilentio audiant petit, quid ſibi uelit hæc comœdia, quod utile eſt ſpectatoribus & decet. In primis claris quippe ingenijs fauendum eſt, quæ moribus conſulunt, & in medium laborant. Phaſma dicitur monſtrum & apparitio. Nunc nuper, &c.) Nuper ſignificat, non multo ante. Itaque; cum dicit Terentius, nunc nuper, euidentius oſtendit tempus, cuius eſſet recens memoria. Cauſam dicere, &c.) L. Lauinium in hoc erraſſe dicit Terentius, quòd perſonas introduxerit litigantes, non ex formula iuris ciuilis, partes enim actoris reo dedit. Adoleſcens enim tanquam actor, probare debebat theſaurum ſuum eſſe: ſenex autem tanquam reus cauſam tutari ſuam: qui erat abſoluendus, ſi actor quòd intendebat non probaſſet. Vnde in iure ciuili hæc eſt formula: Actore non probante, reus quamuis nihil præſtiterit, abſoluendus eſt. Defunctus iam, &c.) Defunctus aliqua re is dicitur, qui rem illam peregit. Deſinat

laceſſere,) Id eſt, irritare, prouocare. Colacem eſſe Naeui.) Colax Graece, Latine dicitur adulator, & colaceuo adulor, & colacia adulatio. Pueru̅ ſupponi.) Puer ſuppoſitꝰ dicitur, qui pro alio apponitur. Id curant mulieres, quae cum ſint ſteriles, parere ſe ſimulant. Vnde Iuuenalis: Tra̅ſeo ſuppoſitos inquit. Quid ſibi Eunuchus uelit.) Id eſt, quid oblectamenti & utilitatis afferat haec comoedia, quae inſcribitur Eunuchus.

## PAVLVS MALLEOLVS.

In hac prima ſcena Phaedriae habetur conſultatio, an redeat poſt excluſionem ad Thaidem nec ne, et miro artificio amoris exprimuntur affectus. Inde Parmenonis conſilium, quo perſuadet Phaedriae, ut aequo aio̅ amoris moleſtias ferat, cu̅ nequeat euitare.

# ACTVS I. SCENA I.

Trimetri omnes.

PHAEDRIA adoleſcens. PARMENO ſeruus.

* Opponit militi riuale̅, que̅ fingit aegre concedere dies aliquot, du̅ à milite Thais munus extorqueat.

Dialogiſmos quaſi ad alterum.

Prudens dictum.

QVid igitur faciam? non eam, nec nunc quidem
Cum accerſor ultro, an potius ita me co̅parem
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit, reuocat, redeam? non ſi me obſecret. Par.
Siquidem hercle poſſis, nihil prius, neque fortius:
Verum ſi incipies, neque perficies gnauiter,
Atque ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam uenies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe, actum 'ſt, ilicet
Periſti, eludet ubi te uictum ſenſerit. Ph.
Proin tu, dum eſt te̅pus, etiam atq; etiam cogita. Par.
Here, quae res in ſe neq; conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore haec omnia inſunt uitia: iniuriae,
Suſpiciones, inimicitiae, induciae,

Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi te poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Egó ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modo,
Mori me malim, ſentiet qui uir ſiem.
Hæc uerba una me hercle falſa lachrumula,
Quam oculos terendo miſere, uix ui expreßerit,
Reſtinguet, & te ultro accuſabis, & dabis ei
Vltro ſupplicium. Ph. ô indignum facinus, nunc ego &
Illam ſcelestam eſſe, & me miſerum ſentio:
Et tædet, & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Viuus, uidensq; pereo, nec quid agam ſcio. Par.
Quid agas? niſi ut te redimas captum quàm queas
Minimo, ſi nequeas paululo, at quanti queas,
Et ne te afflictes. Ph. ita ne ſuades? Par. ſi ſapis,
Neque, præterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas: & illas quas habet, recte feras.
Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

PETRVS MARSVS.

Quid igitur faciam, &c.) A' uehementia illius amoris, cuius exceſſus merito reprehenditur, cauendum eſſe docet hæc ſcena. Diſtrahit quippe animum, & à recto rationis iudicio detorquẽs, aufert libertatem, ad quam generoſus animus omni ſtudio debet contendere, & hominem diuinum animal ad gloriam, et maxima quæque natum ita deprimit, ut irrationalibus ferè animalibus ſimillimum reddat, quo nihil poſſit excogitari abſurdius. Teſtis eſt Phædria nobilis adoleſcens, cuius rationis oculos meretricis illecebræ ſic perſtrinxerant & ligauerant, ut ex amoris laqueo ſe

* Similis congeries eſt in Plauti Mercatore.
Ornatum adagium.
Μίμησις.
Apoſiopeſis celeberrima.
† Proprietatem uerborũ ſpecta.
Extenuatio ad auxeſim ſpectans.
Amoris uehementia.
† Altera conſilij pars.
Perſtat in metaphora bellica.
αἰτιολογία.
Intercipit, quaſi totum capit.

Afflictatio. extricare non poſſet, quamuis erratum ſuum diſpiceret. Tanta eſt huius ardoris potentia. Et ne te afflictes.) Afflictatio eſt ægritudo cum uexatione corporis.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena, Thais ratione adducta qua Phædriam excluſerat, eum ſibi recõciliat, & ut biduum rus abſcedat, militiq; tantiſper concedat, ſuis blandimentis tandem impetrat.

# ACTVS I. SCENA II.

Eiuſdem rationis.

THAIS meretrix, PHAEDRIA, PARMENO.

*In hac ſcena exponitur occaſio fabulæ, ut Terentio initio fabularũ mos eſt. ſimul cauſa, cur miles ſit placandus recenſetur.

Proverbiũ in amatorem.

Recta, elegans locutio.

Pariter, id ẽ ſimiliter.

Mi, peculiaris blanditio.

Facetum dictum.

Miſeram me, uereor ne illud grauius Phædria
Tulerit, ne' ue aliorſum atq; ego feci acceperit:
Quod heri intromiſſus non eſt. Ph. totus Parmeno
Tremo horreoq;, poſtquam aſpexi hanc. Par. bono animo es,
Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Tha.
Quis hic loquitur? hem, tun' eras hic mi Phædria?
Quid hic ſtabas? cur non recta introibas? Par. cæterũ
De excluſione uerbum nullum. Th. quid taces? Ph.
Sanè, quia uero hæ mihi patent ſemper fores,
Aut q̃a ſum apud te primus. Th. miſſa iſthæc face. Ph.
Quid miſſa? ô Thais Thais, utinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet,
Aut ego iſthuc abs te factum nihili penderem. Th.
Ne crucia te obſecro anime mi Phædria.
Non pol quò quenq̃ plus amem, aut plus diligam,
Eo feci, ſed ita erat res, faciundum fuit. Par.

Credo (ut fit) miſera præ amore excluſit hunc foras.
Thais.
Siccine ais Parmeno? age, ſed huc qua gratia
Te accerſi iuſsi, auſculta. Ph. fiat. Th. dic mihi
Hoc primũ, potin'ſt hic tacere? Par. egó ne? optume.
Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem:
Quæ uera audiui, taceo & contineo optume:
Sin falſum, aut uanum, aut fictũ'ſt, continuo palàm'ſt:
Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo.
Proin tacere ſi uis, uera dicito. Tha.
Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Par.
Poteſt taceri hoc. Tha. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptã. Ph. ciuem'ne? Th. arbitror,
Certum non ſcimus, matris nomen & patris
Dicebat ipſa: patriam & ſigna cætera
Neq; ſcibat, neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus
Vnde emerat, ſe audiſse abreptam è Sunio.
Mater ubi accepit, cœpit ſtudioſe omnia
Docere, educare, ita ut ſi eſset filia.
Sororem pleriq; eſse credebant meam.
Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hoſpite,
Abij huc, qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia. Par.
Vtrunq; hoc falſum eſt, effluet. Tha. qui iſthuc? Par. q̃a
Neq; tu uno eras contenta, neq; ſolus dedit:
Nam hic quoq; bonã magnãq; partẽ ad te attulit. Tha.
Ita'ſt, ſed ſine me peruenire quò uolo:
Interea miles, qui me amare occeperat,

Age, hic corripientis eſt.

Reponit Thaidi uicem, tãquam falſum dictura ſit.

Metaphora à uaſe fictili.

† Narratio eſt aperta et dilucida, ſiquidẽ uerbis proprijs et ſignificantibus eſt expoſita.

Baſis figura eſt, quãdo inter narrãdũ omnia pedetentim dicuntur.

Meretricem notat.

In Cariam eſt profectus, te interea loci
Cognoui, tute ſcis, poſt illa quàm intumum
Habeam te, & mea conſilia ut tibi credã omnia. Ph.
Ne hoc quidẽ tacebit Parmeno. Par. oh dubiũ ne id eſt?
Tha. Hoc agite amabo, mater mea illic mortua'ſt,
Nuper eius frater aliquantũ ad rem eſt auidior,
Is ubi hanc forma uidet honeſta uirginem,
Et fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico
Producit, uendit, forte fortuna adfuit
Hic meus amicus, emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum ignarusq; omnium:
Is uenit, poſtquam ſenſit me tecum quoq;
Rem habere, fingit cauſas ne det ſedulò:
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim,
Seſe relinquam, uelle ſe illam mihi dare,
Verum id uereri, ſed ego quantum ſuſpicor,
Ad uirginẽ animum adiecit. Ph. etiã ne amplius? Tha.
Nihil, nam quæſiui nunc ego eam, mi Phædria,
Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere:
Primum, quòd ſoror eſt dicta, præterea ut ſuis
Reſtituam, ac reddam, ſola ſum, habeo hic neminem,
Neq; amicũ, neq; cognatũ, quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo:
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum prioreis parteis per hoſce aliquot dies
Apud me habere, nihil reſpondes? Ph. peſſuma,
Egon' quicq̃ cum iſtis factis tibi reſpondeam? Ph.
Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, uir es. Ph.

Tute. Aſtute meretrix ubi dixit q̃ amatorem urgebant, blandimenta ſubijcit.

Commendatio puellæ.

Rem. ſ, uenerẽam.

Eclipſis.

Cur puellam abducere q̃rat.

Amicus perpetuo, amator ad tẽpus.

Vide q̃ leniter precatur & blande.

†Elegãs perſonarum mutatio.

At ego neſciebam quorſum tu ires, paruola
Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua,
Soror dicta'ſt, cupio abducere ut reddam ſuis:
Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt deniq;,
Ego excludor, ille recipitur, qua gratia?
Niſi illum plus amas quàm me, & iſtam nunc times
Quæ aduecta'ſt, ne illum talem præripiat tibi. Tha.
Egon' id timeo? Ph. quid te ergo aliud ſolicitat? cedo,
Num ſolus ille dona dat? nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quæſiui? porro eunuchum dixti uelle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ, reperi:
Heri minas uiginti pro ambobus dedi,
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria,
Ob hæc facta abs te ſpernor? Tha. qd iſthuc Phædria?
Quanq̃ illam cupio abducere, atq; hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume, ueruntamen,
Potius q̃ te inimicũ habeam, faciam ut iuſſeris. Ph.
Vtinam iſthuc uerbum ex animo, ac uere diceres:
Potius quàm te inimicum habeam, ſi iſthuc crederem
Syncere dici, quiduis poſſem perpeti. Par.
Labaſcit, uictus uno uerbo quàm cito. Tha.
Egon' non ex animo miſera dico? quàm ioco
Rem uoluiſti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum. Ph. ſiquidem biduum,
Verum ne fiant iſti uiginti dies. Th.

Indignãter oĩa repetit.
† ὁμοιοτέλευτον.
Ornata locutio.
Ironia ſtomachantis amatoris.
Nuncubi id ẽ nunquid alicubi.
Reginæ. i. diuites.
Verbũ pro dicto poniť
Labaſcit. i. nutat, cadit.
Ego emphaſim habet.

Apoſiopeſis. Omnia hæc uim amoris exprimunt.

Profecto non plus biduũ, aut. Ph. aut? nihil moror. Th.
Non fiet, hoc modò ſine te exorem. Ph. ſcilicet
Faciundum eſt quod uis. Tha. merito te amo. Phæ. bene
    facis.
Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum,
Ita facere certum 'ſt, mos gerundus eſt Thaidi.
Tu Parmeno huc fac illi adducãtur. Par. maxume. Ph.

Biduum, tanquã bienniũ ſit. Iſto, per contemptũ, quaſi odioſo. Me ſomnies, hoc amatoriũ eſt. Meretrix bona hic inducitur.

In hoc biduum Thais uale. Th. mi Phædria,
Et tu nunquid uis aliud? Ph. ego' ne quid uelim?
Cum milite iſto præſens, abſens ut ſies:
Dies noctesq; me ames, me deſideres,
Me ſomnies, me expectes, de me cogites,
Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis,
Meus fac ſis poſtremo animus, quãdo ego ſum tu⁹. Th.
Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol quæ mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio,
Neq; me finxiſſe falſi quicquam, neq; meo
Cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria.

Hui⁹ ſcilicet rei, Virginis ſcilicet abducendæ. Spero, id eſt credo.

Et quicquid huius feci, cauſa uirginis
Feci, nam me eius ſpero fratrem propemodum
Iam reperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem,
Et is hodie uenturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intro, atq; expectabo dum uenit.

## PETRVS MARSVS.

Miſeram me, &c.) Quantum blanda meretricum uerba & nequitiæ ualeant ad perſuadendum, docet hæc ſcena. Adoleſcens quippe inter æſtus duorum affectuum poſitus, aſtu meretricis ſtatim uictus eſt, cupiens illi morem gerere, à qua pellebatur. Ideo

bene dixit Heraclitus, autore philoſopho, difficilius eſſe uoluptatī reſiſtere quàm iræ. Et Sillius Italicus uoluptatem ſic taxat: Voluptas.

Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.

Accede ad ignem hunc, &c.) Acyrologia (inquit Diomedes) eſt dictio minus conuenienter prolata, uel non proprijs dictionibus obſcurata ſententia, ut: Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Ibi nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix. Abreptam è Sunio.) Sunium eſt promontorium Atticæ. In Cariam eſt profectus.) Caria eſt prouincia minoris Aſiæ. Hoc agite amab. &c.) Amabo eſt abuerbium blandientis. Labaſcit uictus, &c.) Id eſt, incipit cadere à conſtantia & propoſito. Acyrologia. Sunium. Caria. Amabo. Labaſco.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc actio iam amatorum multiloquium, uaniloquiumq; continet. Nam Phædria ſæpe repetit quod iam dictum eſt, & id facere magis & odioſe nimis. Deinde rus proficiſcitur. Parmeno illius ex amore immutationem admiratur. Poſtremo militis donum mirifice laudat.

# ACTVS II. SCENA I.

Octonarij ſenarij, & ſeptenarij, partim trochaiā.

PHAEDRIA PARMENO.

FAc ita ut iuſsi, deducantur iſti. Par. faciam. Phæ. at diligenter. Par.
Fiet. Phæ. at mature. Par. fiet. Ph. ſatin' hoc mandatum 'ſt tibi? Par.
Ah rogitare? quaſi difficile ſit: utinam
Tam aliquid inuenire facile poſsis Phædria,
Quàm hoc peribit. Ph. ego quoq; unà pereo, quod mihi eſt charius. Par.
Ne iſthuc tam iniquo patiare animo. Ph. minime. Par. quin

Iſti, ſcilicet eunuchus & æthiopiſſa.
* Vt riualē apponit, ita et munus, ſed decebat militis mun° uincere.
Figurate, pro qui mihi ſum charior.

Effectum dabo, ſed nunquid aliud imperas? Ph.

Diſerta locutio.

Munus noſtrum ornato uerbis quod poteris, & 
Illum æmulum quod poteris ab ea pellito. Par.
Memini, tametſi nullus moneas. Phæ. ego rus ibo, atque ibi manebo. Par.

Cenſen. i. arbitraris ne? Inde cẽſores morum aliorum arbitri.

Cenſeo. Ph. ſed heus tu. Par. quid uis? Ph. cenſen' poſſe me obfirmare, &
Perpeti ne redeam interea? Par. te' ne? non hercle arbitror.
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Ph.

Inſomnia. i. uigiliæ.

Opus faciã ut defatiger, uſq; ingratus ut dormiã. Par.

Faciendũ dicit quod minime facit.

Vigilabis laſſus, hoc plus facies. Phæ. abi ſis, nihil dicis Parmeno.
Eijciũda hercle hæc mollicies animi, nimis mihi indulgeo.

* Feſtiua amplificatio.

Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, uel totum triduum? Par. hui

* Epiphonema.

† Ab exẽplo confirmat.

Vniuerſum triduum? uide quid agas. Ph. ſtat ſententia.
Par. Dij boni, quid hoc morbi 'ſt? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut nõ cognoſcas eundẽ eſſe? hoc nemo fuit

Laus Phædriæ ab acta ætate.

Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt qui huc pergit? atat, hic quidem eſt paraſitus Gnato

Oeconomia ad futurum amorem.

Militis, ducit ſecum unà uirginem huic dono, papæ,
Facie honeſta, mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo

Hyperbole.

Cum meo decrepito hoc eunucho: hæc superat ipſam Thaidem.

PETRVS MARSVS.

Facita ut iuſſi,&c.) Amantium prodigalitatē, uerba cōpluri ma & uana, inconſtantiā, debilitatem cōſilij, & amoris imperiū, amantisq; duriſſimā ſeruitutem hæc ſcena exprimit. Id quippe genus hominū ſeruit affectibus, qua ſeruitute nihil excogitari poteſt inferius. Vnde Seneca libro ſexto epiſtolarū dicit: Nulla ſeruitus turpior eſt q̃ uoluntaria. Et Diogenes dicere ſolebat, ſeruos dominis, malos autē cupiditatibus ſeruire. Ariſtippus dicebat: Non ingredi ad meretricē, ſed egredi non poſſe, turpe eſt. Et: Habeo Laidem meretricē, ſed ab illa non habeor. Et: Etiam inter Bacchanalia pudicus non corrūpitur. Et Diogenes inculcabat ſæpius, cupiditatem arcē eſſe omnium malorum. Cenſen me poſſe obfirmare.) Cenſere (inquit iuriſconſultus) eſt conſtituere uel præcipere. Vnde dicimus: Cenſeo hoc facias, & ſenatum cenſuiſſe. Inde cenſores. Cenſere (inquit Pompeius) nunc ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere. Non ego illa caream.) Carere, inquit Cicero in prima Tuſculana, ſignificat egere eo, quod habere uelis. Ineſt enim uelle in carendo. Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur hæc uis: Habet, non habet, deſiderat, requirit, indiget, opinor hæc incommoda ſunt carentis. Caret oculis odioſa cæcitas, liberis orbitas. Eijciunda hæc mollicies.) Conſtans eſt, qui reſiſtit doloribus, qui proueniunt à cupiditate abſentium uoluptatum: mollis uero, qui facile uincitur à doloribus, & qui luxu diffluit. Talis homo conſtanti opponitur. Hoc nemo fuit minus ineptus.) Inepti homines dicūtur, qui nō ſeruant decorū. Magis ſeuerus.) Seuerus dicitur grauis, & hoſtis malorū morū. Continens eſt, qui ſuperat & reijcit eas uoluptates, à quibus plures ſuperantur. Incontinens, qui ſuperatur ab his uoluptatibus, quas multi non inepti, ſed ſeueri & graues ſuperarent.

Amantium miſeriæ. Cupiditas. Cenſere. Carere. Conſtans. Mollis. Inepti. Continens. Incontinens.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena, quæ tota moralis eſt, quaſi ambulans perſona inducitur. Exprimit autem paraſitum, ſub cuius uerbis corruptos hominum mores in aſſentationem prolapſos oſtendit, adeo ut honeſtæ quoque perſonæ in eius culpa inuentæ ſint. Gnato

*ſectam adulandi inſtituit, deinde mira dicacitate & mordacibus ſalibus Parmenonem laceſſit.*

# ACTVS II. SCENA II.

Octonarij, ſeptenarij, ac ſenarij trochaici.

GNATO *paraſitus*, PARMENO.

* Gnatonis deſcriptio.

Dii immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens
Quid intereſt? hoc adeo ex hac re uenit in mentem mihi:

† Ab euentu.

Conueni hodie aduenieus quendam mei loci hinc atque ordinis

Haud impu. id ē, non auarum.

Hominem, haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona:
Video ſentū, ſqualidū, ægrū, pannis annisq́; obſitum.

† Adſentatoris deſcriptio Dialogicos. hæc dicūtur.

Quid iſthuc ornati' ſt inquam? quoniam miſer quod habui, perdidi: hem
Quò redactus ſum? omnes noti me atq; amici deſerūt.

Acriter in mores inuehitur.

Hic ego illū contempſi præ me, quid homo (inquā) ignauiſsime?
Itan' paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?

Omnia hæc ex media ſumuntur conſuetudine.

Simul conſilium cum re amiſti? uiden' me ex eodem ortum loco?
Qui color, nitor, ueſtitus, quæ habitudo eſt corporis?

† Aſynthetō.

Omnia habeo, neque quicquam habeo, nihil cum eſt, nihil deſit tamen.
At ego infelix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati

Metaphoricos á peregrinantibus.

Poſsum, quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.
Olim iſti fuit generi quondā quæſtus apud ſeclū prius,

Hoc nouum eſt aucupium, ego adeo hanc primus inueni uiam.
Eſt genus hominũ, qui eſſe primos ſe oĩm rerũ uolũt,
Nec ſunt: hos cõſector, hiſce ego nõ paro me ut rideãt,
Sed his ultro adrideo, et eorũ ingenia admiror ſimul:
Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait, aio: poſtremo imperaui egomet mihi
Oĩa adſentari, is quæſtus nunc eſt multo huberrimus.
Par. Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.
Gna. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi uenimus,
Concurrunt læti mihi obuiã cupedinarij, cetari, lani,
Coqui, fartores, piſcatores, aucupes,
Quibus & re ſalua et perdita profueram. & proſum ſæpe:
Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.
Ille ubi miſer famelicus uidet me eſſe in tantũ honorẽ,
Et tam facile uictum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare,
Vbi ſibi liceret diſcere id de me, ſectari iuſſi,
Tanq̃ philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, paraſiti ita ut Gnatonici uocentur. Par.
Viden' otium, et cibus quid faciat alienus? Gna. ſed ego ceſſo
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam ut ueniat.

† ςρεφὐ eſt. Glorioſos & iactabundos carpit.
† Hunc locũ tractat Cicero in Lælio ſuo.
Sententia ueriſſima, hac præſertim tẽpeſtate.
† Congeries: Antiptoſis aduentũ, pro aduentui.
* Vetus eſt, pro in tanto honore, in poteſtatẽ dixit Cicero, pro ĩ poteſtate.
Sententia ueriſſima.

Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem uideo

*Riualis ſeruus, id ẽ Phædriæ.*

Riualis ſeruũ, ſalua res eſt, nimirũ hic hoĩes frigent.
Nebulonem hunc certum 'ſt ludere. Par. ijce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe. Gn. plurima ſalute Parmenonem

*Paraſitica elegantia.*

Summũ ſuum impartit Gnato. quid agitur? Pa. ſtatur. Gn. uideo,
Nunquid nam hic quod nolis uides? Par. te. Gna. credo. at num quid aliud? Par.

*† Ab habitu corporis.*

Qui dum? Gna. quia triſtis es. Par. nihil equidem. Gna. ne ſis. ſed quid uidetur

*Laudatio mimica.*

Hoc tibi mancipium? Par. non malum hercle. Gna. uro hominem. Par. ut falſus. Gn.

*Gnato inſultat Parmenoni.*

Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? Pa. hoc nunc dicis
Eiectos hinc nos: omniũ rerũ heus uiciſſitudo eſt. Gna.
Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddã,
Ne ſurſum, deorſum curſites, ne' ue uſq; ad lucẽ uigiles.

*Sic ſoleo, eclipſis. ſ. beare.*

Ecquid beo te? Par. men'? papæ. Gna. ſic ſoleo amicos. Par. laudo. Gn.
Detineo te, fortaſſe tu profectus aliò fueras. Par.

*Ironice.*

Nuſquam. Gna. tum tu igitur paulũ da mihi operæ, fac ut admittar
Ad illam. Par. age modo, nũc tibi patent fores hæ, quia iſtam ducis. Gn.

*Submiſſius pronuntiandum.*

Num quem euocari hinc uis foras? Par. ſine biduum hoc prætereat.

*A' cõtrarijs et eſt hyper-*

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra. Gn.

Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho num nam tu hic reli- ctus cuſtos bole expreſſiſſima.

Ne quis forte internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? Par.

Facete dictum, mira uero militi quæ placent. Ironicos.

Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire:

Miror quid ex Pyræo abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc. Paraſceue ad aliam ſcenam.

Non temere eſt, & properans uenit, neſcio quid circunſpectat.

## PETRVS MARSVS.

Dij immortales, &c.) Mores paraſiticos, & adulatorũ aſſentatorumq́; ſtudia & obſequia, quibus nonnulli ad id agendum impelluntur, quod reprehẽditur in primis, & nullam prudentiã adeſſe teſtatur, cum alijs de ſe credat quod non habet, hæc ſcena teſtatur, quo genere hominũ nihil eſt in uita ciuili perniciofius. Vnde interrogatus Diogenes, quæ nam pernicioſiſſime morderet bellua. Ex feris obtrectator, ex mitioribus adulator, reſpondit. Cicero in Lælio ſic ait: In amicitijs nulla maior peſtis, q̃ adulatio, blanditiæ, aſſentatio. Tum autem omniũ rerum ſimulatio eſt uitioſa: tollit enim iudicium ueri, idq́; adulterat. Aſſentatio uitiorum adiutrix, procul amoueatur, quæ non modo amico, ſed ne libero quidem digna eſt. Maxima autem culpa in eo eſt, qui & ueritatem aſpernatur, & in fraudẽ obſequio impellitur. Ariſtoteles libro tertio Ethicorũ dicit: Qui delectat emolumẽti ſui cauſa, ut inde ſibi proueniat in pecunijs, & in his quæ in pecunijs cõparantur, utilitas, adulator uocatur. Haud impurũ.) Purus homo dicitur, qui eſt ſine ſordibus & infamia. Qui abligurierat bona.) Ligurire (inquit Nonius) eſt deguſtare. Vnde abligurire, multa auide conſumere. Video ſentum.) Id eſt, horridũ, ut ſentes & ſpinæ. Pannis, annisq́ue obſitum.) mucore et carie obductum propter ſordidos pannos: & ratione ætatis obſitum, quæ in homine miſero ſemper

Purus.
Ligurire.
Abligurire.
Sentus.

uidetur maior. Viden me ex eodem ortũ loco? &c.) In cunis natalibus non fuerunt tuis diſſimiles, aut clariores, tamen ego melius mi-

Ridiculus. hi conſului. Neq; ridiculus eſſe, &c.) Ridiculus eſt is, qui mouet alijs riſum ſua ſcurrilitate atq; ineptijs. Et Iuuenalis queritur paupertatem facere homines ridiculos. Quicquid dicunt, laudo, etc.) Cicero ſic ait in Lælio: Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nõ modo ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultum atq; nutum conuertitur? Negat quis, nego: ait, aio. Poſtremo imperaui egomet mihi omnia adſentari, ut ait

Cõtra aſſentatores. Terentius. Sed ille in Gnatonis perſona, quod ad amici genus adhibere, omnino leuitas eſt. Maxima, inquit, culpa in eo eſt, qui & ueritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Sed his ultro adrideo, &c.) Id eſt, mea ſponte in hominibus ineptis & ſtultis, riſu aſſentior, ut potius irrideam quàm irridear. Et ſic oſtendit ſe non eſſe ridiculum, ſed irriſorem. Negat quis, nego, ait: aio, &c.) Supra dixit in Andria: Obſequium amicos, ueritas odiũ parit. Vnde Cicero in Lælio ſic ait: Sed obſequiũ multo moleſtius: quod peccatis indulgens, præcipitem amicum fieri ſinit. Cupedi-

Cupes. Cupediæ. narij omnes, &c.) Sextus Pompeius ſic ait: Cupes & cupediæ antiqui lautiores cibos nominabant. Vnde & macellum, forũ cupedinis appellabãt. cupediæ, inquit, aut à cupiditate dictæ ſunt, uel (ſicut Varro uult) quod ibi fuerit Cupedinis domus, qui fue-

Macellum. cupedinarij Cetarij. rat ob latrocinium damnatus. Macellũ appellabatur locus in quo uendebãtur res ad uictum pertinentes. Vnde cupedinarij dicuntur, qui res tales uendunt. Et exprimit Terentius qui ſint cupedinarij. Cetarij (inquit Nonius) genus eſt piſcatorum, quod maiores piſces capit: dictum ab eo, quod cete in mari maiora ſunt pi-

Lanij. Fartores. ſcium genera. Lanij dicuntur à laniandis animalibus, beccarios nunc dicimus. Fartores dicuntur, qui immittunt et implent, ut qui Lucanicas, uentrem Faliſcum, & cætera id genus farciunt. Seneca libro decimo epiſtolarum, ſic ait: Lignum quod ad emundanda obſcœna, adherente ſpongia poſitum eſt, totum in gulam farſit, et

Nomenclatores. præcluſit faucibus, ſpiritũ emiſit. Et fartores, autore Sexto Pompeio dicebantur nomenclatores, qui clàm uelut infarcirẽt nomina

ſalutatorum in aurem candidati. Sectari iuſſi.) Sectari, id eſt, ſe qui me tanquam autorem nouæ ſectæ. Vnde dicuntur ſectæ philoſophorum, & ſectarius ueruex (autore Pompeio) qui gregē agnorum præcedens, ducit. Tanquā philoſophorum habēt diſciplinæ.) Diſciplinæ dicuntur ſectæ philoſophorū. Cicero in officijs: Sunt nonnullæ diſciplinæ, inquit. Et Plato in primo de legibus, diſciplinam appellat educationem, quæ à pueritia deſiderari amariq; uirtutem facit, & illam, qua perfectus quiſpiam ciuis effectus, iure imperare ſciat atq; parère. Et in quinto ſcribit: Diſciplina eſt puerorum educatio, quæ ad rectam legalemq́; uitam perducit. Maiores noſtri optimam uiuēdi in republica diſciplinā appellauerunt. Vnde Cicero in præfatione librorum quos oratorios inſcripſit, queritur ſe prima ætate incidiſſe in ipſam diſciplinæ ueteris perturbationem. Paraſitus Græce, Latine dicitur adulator & aſſentator. Nebulo (inquit Sextus Pompeius) dicitur qui nō pluris eſt quàm nebula. Riuales (inquit Nonius) dicti, quaſi in unū amorem deriuantes. Hoc tibi mancipium.) Mancipia (inquit Iuſtinianus inſtitutionū libro primo) dicūtur ſerui, eo quod ab hoſtibus manu capiūtur. Miror quid ex Pyræo.) Pyræus erat portus Athenarū.

Sectari. Sectarius. Diſciplinæ. Paraſitus. Nebulo. Riuales. Mancipia. Pyræus.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena nouus amor Chæreæ ephebi oſtenditur, laus formæ uirginis conſpectæ, conqueſtio Chæreæ: deinde conſilium eius potiundæ per ſubordinationem Chæreæ loco eunuchi. Hæc omnia tanta equidem uirtute comici poëtæ, ut hoc commentū ſua ſponte occurriſſe, non quæſitū aut elaboratū uideatur.

# ACTVS II. SCENA III.

Octonarij & ſenarij trochaici, & primus monometer catalecticus.

* Occaſio tā ꝗ nouæ fabulæ et noui motus in hac comœdia. Eſt aūt oratio plena affectib*.

CHAEREA *adoleſcens*, PARMENO

OCcidi,
Neq; uirgo eſt uſquam, neq; ego qui illam è conſpectu amiſi meo.

Neq; ego. Satis amatorie qui ſe quoque perdidit, dũ illam nõ inuenit.

Vbi quærdm? ubi inueſtigem? quem percõter? qua inſiſtam uia?

Incertus ſum, una hæc ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari nõ poteſt.

O faciẽ pulchrã, deleo oẽs dehinc ex animo mulieres,

virginis laus à forma.

Tædet harum quotidianarum formarum. Par. ecce autem alterum,

Neſcio quid de amore loquitur, ò infortunatum ſenem.

Hic uero eſt, qui ſi occeperit amare, ludum iocumq;

* Plautus in Amphi. Parũ etiam præ ut futurum ẽ prædicas, eſt'que ſæpe Plautus hac figura uſus.

Dices fuiſſe illũ alterũ, præ ut huius rabies quæ dabit.

Chæ. Vt illum dij, deæq; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt:

Meq; adeo qui reſtiterim, tũ autem qui illum non flocci fecerim.

Sed eccum Parmenonem, ſalue. Par. quid tu es triſtis? quid'ue es alacris?

† παροιμιακὸς ſermo.

Vnde is? Chæ. ego neſcio hercle, neq; unde eam, neque quorſum eam,

Perturbatio ex amore.

Ita prorſus oblitus ſum mei. Par.

Qui quæſo? Ch. amo. Par. hem. Ch. nũc te Parmeno oſtẽdes qui uir ſies,

† μίμησις obliqua petitio.

Scis te mihi ſæpe pollicitum eſſe: Chærea, aliquid inueni, modo

Quod ames, in ea re utilitatem ego faciã ut cognoſcás meam,

penum omne id eſt ipſum integrũ, non ſolum partẽ.

Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Par.

Age inepte. Ch. hercle hoc factum 'ſt: fac ſis nunc promiſſa appareant. Par.

Si adeo digna res eſt, ubi tu neruos extendas tuos. Ch.
Haud ſimilis uirgo 'ſt uirginum noſtrarũ, quas matres ſtudent
Demiſsis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſiẽt.
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducũt cibum,
Tametſi bona 'ſt natura, reddunt curatura, iunceas.
Itaq; ergo amantur. Par. quid tua iſthæc? Ch. noua figura oris. Par. papæ. Chæ.
Color uerus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Par. anni? Ch. anni ſedecim. Par.
Flos ipſe. Ch. hanc tu mihi uel ui, uel clàm, uel precario
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo. Par.
Quid, uirgo cuia 'ſt? Ch. neſcio hercle. Par. unde 'ſt? Chæ. tantundem. Par. ubi habitat? Chæ.
Ne id quidem. Par. ubi uidiſti? Chæ. in uia. Par. qua ratione amiſti? Ch. id equidem
Aduenięns mecum ſtomachabar modo, neq;
Quenq̃ ego eſſe hominem arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduerſæ ſient. Par.
Quid hoc eſt ſceleris? Ch. perij. Par. quid factum 'ſt? Chæ. rogas?
Patris cognatum atq; æqualem, Archidemidem
Noſtin'? Par. quid ni? Chæ. is, dum ſequor hanc, fit mihi obuiam. Par.
Incommode hercle. Ch. imò enimuero infeliciter:
Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his menſibus
Sex uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis,

† Donatus hunc uerſum Chæreæ tribuendum cẽſet.
Reprehendit induſtriæ cultum, & laudat pulchritudinem naturæ.
* Vincea apud Feſtum Pompeiũ, & ĩ Sticho Plauti.
Deſcriptio formoſæ puellæ.
† Ex iure dẽſumptum.
Affectus amatorius.
Amiſti per ſyncopã pro amiſiſti.
Cuiq; ſuæ iniuriæ maximæ uidẽtur.
Quid ni? correptio eſt.
Deierare, id eſt, ualde iurare.

Niſi nunc, cum minime uellem, minimeq́; opus fuit.
Eho, nõne hoc mõſtri ſimile 'ſt? quid ais? Par. maxumè.
Ch. Continuo adcurrit ad me, quàm longe quidem,
Incuruus, tremulus, labijs demiſsis, gemens:
Heus heus dico tibi Chærea, inquit, reſtiti,
Scin' quid ego te uolebam? dic, cras eſt mihi
Iudicium, quid tum? ut diligenter nunties
Patri, aduocatus mane mihi eſſe ut meminerit.
Dum hæc dicit, abijt hora, rogo nunquid uelit.
Recte (inquit) abeo, cum huc reſpicio ad uirginem,
Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat
In hanc noſtrã plateam. Par. mirũ ni hãc dicit, modo
Huic quæ data 'ſt dono? Ch. huc cũ aduenio, nulla erat.
Par. Comites ſecuti ſcilicet ſunt uirginem? Ch.
Verum, paraſitus cum ancilla. Par. ipſa eſt ſcilicet,
Deſine, iam conclamatum 'ſt. Ch. alias res agis. Par.
Iſthuc ago quidem, noſtin' quæ ſit (dic mihi) aut
Vidiſtin'? Par. uidi, noui, ſcio quò abducta ſit. Ch.
O' Parmeno, noſtin'? Par. noui. Ch. & ſcis ubi ſiet? Par.
Huc deducta 'ſt ad Thaidem meretricem, ei dono data 'ſt.
Ch. Quis is eſt tam potens cum tanto munere hoc? Pa. miles Thraſo
Phædriæ riualis. Ch. duras fratris partes prædicas. Pa.
Imò ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas. Ch. quodnã quæſo hercle? Pa. eunuchum. Ch. illum'ne obſecro
Inhoneſtum hominem, quẽ mercatus eſt heri, ſenem mulierem? Par.

Eho, modo indignãtis eſt.
† Sic apud Ariſtoph. in Pluto.
* Hypotypoſis odioſi ſenis.
Hyperbole ex faſtidio orta.
Commodum id eſt, opportune.
† A` cõiectu ris colligit.
Verũ hic inceptiua particula eſt, non relatiua.
Noſtin?) repetitio amatoria.
† Emphaſis uocum.
Munus affectate laudat.
Comparet. i. emat.
Gemina uitu peratio, ab ætate et mollicie

Iſthūc ipſum. Ch. homo quatietur certe cū dono foras.
Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis uicinam. Par. haud diu'ſt.
Ch. Perij, nunquam'ne etiam me illam uidiſſe? cho dum dic mihi,
Eſt'ne ut fertur, forma? Par. ſanè. Ch. at nihil ad noſtrā hanc. Par. alia res eſt.
Ch. Obſecro hercle Parmeno, fac ut potiar. Par. faciam ſedulo, ac
Dabo operam, adiuuabo, nunquid me aliud uis? Ch. quò nunc is? Par. domum,
Vt mancipia hæc, ita ut iuſſit frater, deducam ad Thaidem.
Ch. O' fortunatum iſtum eunuchum, qui quidem in hāc detur domum. Par.
Quid ita? Ch. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruā domi
Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Par.
Quid ſi nunc tute fortunatus fias? Ch. quare Parmeno?
Reſponde. Par. capias tu illius ueſtem. Ch. ueſtem? quid tum poſtea? Par.
Pro illo te ducam. Ch. audio. Par. te eſſe illum dicā. Ch. intelligo. Par.
Tu illis fruare cōmodis, quibus tu illum dicebas modo.
Cibū unà capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias.
Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit, neq; ſcit qui ſies.

Parmeno diligētiam pollicetur.
* Occaſio cōſilij & noui motus.

Quinq; amoris gradus.

† Incremētū.
* Conſiliū.
Parmeno ioco ſe iſta, iam ſeruus ad audaciora pergit.

Quisq̄ fœ. gen. ponit.

† A` poſſibili & facili.

Præterea, forma, ætas ipſa 'ſt, facile ut pro eunucho probes. Chæ.

Dixti pulchre, nunquam uidi melius conſilium dari.

Age eamus intro, nunc iam orna me, abduc, duc quantum potes. Par.

Vafer seru⁹ nō uult uideri ſceleris autor.

Quid agis? iocabar equidem. Chæ. garris. Par. perij, quid ego egi miſer?

Quò trudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico, Chæ. Eamus. Par. pergin'? Ch. certū 'ſt. Par. (mane. uide ne nimium calidum hoc ſit modo. Ch.

* θερμόν Græci ꝑ periculoſo dicūt. Sic & Cic. 1. off.

Non eſt profecto, ſine. Par. iſthæc in me cudetur faba, ah

Flagitium facimus. Chæ. an id flagitium 'ſt, ſi in domū meretriciam

Deducar, et illis crucibus, quæ nos noſtramq; adoleſcentiam

Crucibus .i. tormētis.

Habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciāt modis,

† A` meritis.

† A` coniugatis.

Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?

† Subiectio.

An potius hæc pati? ah æquum eſt fieri ut à me ludantur dolis.

Argumentū à conſequentibus.

Quod qui reſcierint, culpent? illud merito factū omnes putent. Par.

Quid iſthuc? ſi certum 'ſt facere, facias: uerum ne pòſt conferas

Culpam in me. Ch. non faciam. Par. iubes'ne? Ch. iubeo, cogo, atq; impero. Par.

Nunquam defugiam autoritatem, ſequere. Ch. dij uortant bene.

## PETRVS MARSVS.

Occidi, neq; uirgo.) Primos adoleſcentis ardores, & Venereos æſtus, poſthabita rei domeſticæ ac publicæ cura, hæc ſcena exprimit. Sectantur enim adoleſcentes (ut ait philoſophus libro ſecundo Rheto. ad Theodecten, quod & Horatius in Arte poëtica repetijt, cuiuſq; ætatis mores deſcribens & ſtudia) Venereas uoluptates, & uehemẽter concupiſcunt, celeriter autẽ deſinũt. Eſtq; illis amor uehemens, ut ſitis fames'que laborantibus. Vt illum dij deæq; ſenium, etc. Senium proprie (ut inquit Nonius) eſt tædium & odium, dictum à ſenectute, quòd ſenes omnibus odio ſint, et tædio. Quid' ue es alacris?) Alacris feſtinus. Aſconius Pædianus ait: Sunt qui alacrem, feſtinãtem ac properum dici putant, quaſi alis acrem. At te patris penum.) Penum, id eſt, ea quæ pater ad annuum uſum in cellam penuariam repoſuerat. Gellius ſic ait: Ea quæ ad edendum & bibendum in dies ſingulos prandij aut cœnæ cauſa parãtur, penus non ſunt, ſed ea potius quæ huiuſce generis, longe uſionis gratia contrahuntur et recõduntur, ex eo quod non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur, penus dicta. Penus quoq:, inquit, uarijs generibus dictum, & uarie declinatũ eſt: nam & hoc penus, & hæc penus, & huius peni & penoris & peniteris ueteres dixerũt. Fac ſis nunc, &c.) Seneca ſic ait: Lacerat animum & premit frequens commemoratio meritorum. Neruos extẽdas tuos, id eſt, ultimum conatum facias. Habitior, id eſt, pinguis. Pugilem, id eſt, aptam certaminibus. Illa ſeſe interea cõmodum.) Commodum, id eſt, ſtatim, et eodem tempore. Seneca libro ſexto epiſtolarũ, ſic ſcribit: Librum quẽ mihi promiſeras accepi, & tanq̃ lecturus ex cõmodo aperui, ac tantũ deguſtare uolui, deinde blanditus eſt ipſe ut longius procederẽ. Iam conclamatũ eſt.) Id eſt claris indicijs manifeſtum, id eſt, quod quærimus. Cõclamare eſt ſimul clamare, ut fit in luctu funebri. Vnde Lucanus lib. v.

Senium. Alacris. Penus. Cõmodum. Cõclamare.

— Sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum
Conclamata iacent. —

Parmeno intelligebat iam actũ eſſe de Chærea cũ amaret & de

omni familia quæ uidebatur conclamata, cũ heriles filij poſt meretrices inſanirent. Ideo Chærea dicit: Alias res agis, cum non planè intelligeret, quorſum hæc uerba dixiſſet Parmeno, qui de conclamato funere loqui uidebatur. Inhoneſtum hominem, id eſt, turpem facie, ac illiberalem facie. Vt pro eunucho probes, id eſt, probabiliter oſtendas te eſſe eunuchum, cũ ſis adhuc imberbis, nec grauem habeas uocem. Ariſtoteles libro tertio hiſto. animal. loquẽs de pilis, ſic ait: Congeniti ſunt pili capitis, ſuperciliorum, et palpebrarum: poſt geniti pubis, plurimum poſt alarum, poſtremo menti pili poſtgeniti, his qui ante pubertatem caſtrati ſunt non exeunt, & poſt pubertatem exciſis ſoli decidunt, præterquam pubis. Et libro quinto loquens de uoce, dicit: Magna ex parte uox marium fœminarumq; differt, eo quòd mares grauius ſonant quàm fœminæ. Et ea quæ caſtrantur, tranſeunt in fœminam. Et libro decimooctauo, dicit: Execta omnia in fœminam mutantur, & iuuenes atque fœminæ ſunt uocis acutæ. Plinius libro undecimo loquens de uoce, ſic ait: Bobus tantum fœminis uox grauior. In alio omni genere exilior quàm maribus. Perculeris iam, &c.) Percello. lis perculi perculſum, percellere, commouere & peruenire. Iſthæc in me cudetur.) Cudetur, id eſt, rumpetur ſuper caput meum: Recidit, inquit, hoc ſcelus in me qui fui autor. Deſpicatam, id eſt, deſpectam, & modis omnibus contemptam.

Inhoneſtum. Vox. Percello. Deſpicatus.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena continetur aſſentatio paraſitica & ſtultitia militis glorioſi, eiuſdemq; ſummis in rebus iactantia: Inſuper Gnatonis conſilium, ne ſcilicet Thraſo ſe purget erga Thaidem de amore Pamphilæ, immo potius ſuſpicionem augeat quoad poſſit, ut par pari referatur.

# ACTVS III. SCENA I.

*Senarij & ſeptenarij nonnulli.*

THRASO miles, GNATO, PARMENO.

* Antea depinxit para-

MAgnas uero agere gratias Thais mihi. Gnato:

Ingenteis. Thra. ain' tu læta 'ſt? Gn. non tam ipſo quidẽ
Dono, quàm abs te donatum eſſe, id uero ſerio
Triumphat. Par. huc prouiſo, ut ubi tempus ſiet,
Deducam, ſed eccum militem. Thra. eſt iſthuc datum
Profecto, ut grata mihi ſint quæ facio omnia. Gn.
Aduorti hercle animũ. Thra. uel rex ſemper maximas
Mihi agebat, quicquid feceram, alijs non item. Gn.
Labore alieno magno partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem
Qui in te eſt. Thra. habes. Gna. rex te ergo in oculis.
Thra. ſcilicet. Gna.
Geſtire. Thra. uerum credere omnem exercitum,
Conſilia. Gn. mirum. Thra. tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoti ſi quando odium ceperat,
Requieſcere ubi uolebat, quaſi noſtin'? Gna. ſcio,
Quaſi ubi illã expueret miſeriã ex animo. Thr. tenes.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. Gna. hui,
Regem elegantem narras. Thra. imò ſic homo 'ſt
Perpaucorum hominum. Gna. imò nullorum arbitror,
Si tecum uiuit. Thra. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum, ego uero floccipendere:
Illi inuidere miſere, uerum unus tamen
Impenſe, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is ubi moleſtus magis eſt, quæſo inquam Strato
Eo'ne es ferox, quia habes imperium in beluas? Gn.
Pulchre me hercle dictum & ſapienter, papæ.
Iugularas hominẽ, quid ille? Thra. mutus ilico. Gn.
Quid ni eſſet? Par. dij ueſtrã fidem, hominem perditũ,
Miſerumq́;, et illum ſacrilegũ. Thra. quid illud Gnato?

ſitum, nũc inſulſum et ineptum Thraſo nẽ deſcribit.
Miles glorioſus à fato & deorũ dono ſe laudat.
† Emphaſis.
Aſſentatio, mordax tamẽ.
Scilicet. Mira laudis affectatio.
Militis iactãtia.
Ironia et adagium in ſolitarios.
Amara et regis & Thraſonis ironia.
† O' ſtultum Thraſonem.
Aſſentatio Gnatonica.

Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio
Nunquid tibi dixi? Gn. nunquam, ſed narra obſecro.
Plus millies iam audiui. Thra. unà in conuiuio
Erat hic, quem dico Rhodius adoleſcentulus:
Forte habui ſcortum, cœpit ad id adludere,
Et me irridere, quid ais (inquam) homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentũ quæris. Gn. ha hæ hæ.
Thra. quid eſt? Gn. facete, lepide, laute, nihil ſuprà.
Tuũ obſecro ne hoc dictũ erat? uetus credidi. Thra.
Audieras? Gn. ſæpe, et fertur in primis. Thra. meũ'ſt.
Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Par.
At te dij perdant. Gn. quid ille quæſo? Thra. perditus.
Riſu omnes qui aderant, emoriri, deniq;
Metuebant omnes iam me. Gn. non iniuria. Thra.
Sed heus tu, purgon' ego me de iſthac Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicatur? Gn. nihil minus,
Imò magis auge ſuſpicionem. Thra. Cur? Gn. rogas?
Scin' ſi quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut ſi laudat, te ut male urat? Thr. ſentio. Gn.
Id ut ne fiat, hæc res ſola'ſt remedio:
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuò: ſi quando illa dicit, Phædriam
Intromittamus comeſſatum, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus: ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contrà: deniq;
Par pari referto, quod eam mordeat. Thr.
Siquidem me amaret, tum iſthuc prodeſſet Gnato. Gn.
Quando illud quod tu das, expectat atq; amat,
Iamdudum amat te: iamdudum illi facile fit

Hyperbole ex faſtidio narrantis.

† τὸ πρέπον, cũ ſcortis enĩ res eſt militibus.

Mordax & obſcœnum dictum.

Miræ adulationes.

Libero, id ẽ, ab ea re immuni.

Ridicula militis uerba.

* Paraſceue epitaſeos in prima fabulæ parte.

Terſa locutio.

Elegãtia poëtæ germana ac propria.

Quod doleat: metuet ſemper quem ipſa nunc capit
Fructum ne quando iratus tu aliò conferas. Thr.
Bene dixti, ac mihi iſthuc non in mentem uenerat. Gn.
Ridiculum, non enim cogitaras, cæterum
Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo?

†Meretrices δῶρα φιλοῦσι.
Aliò, locum pro perſona poſuit.
Quanto, cũ pondere pronuntiandũ.
Contra iactabundos.

PETRVS MARSVS.

Magnas uero agere. etc.) Stolidum animũ glorioſi militis, qui ſe ignorans, & aliunde pendẽs, opinionibus inflatur & irridetur, in maximisq; uerſatur erroribus, hæc ſcena exprimit. Cicero libro primo Officiorũ ſic ait: Deforme etiã eſt, de ſe ipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audiẽtium imitari militem glorioſum. Et in Lælio ſic ſcribit: Nec paraſitorũ in comœdijs aſſentatio nobis faceta uideretur, niſi eſſent milites glorioſi. Magnas uero gratias agere Thais mihi? Satis erat reſpondere, magnas: Ingẽtes inquit. Semper auget aſſentatio id, quod is ad cuius uoluntatẽ dicitur, uult eſſe magnũ. Salem qui in te eſt.) Salem, id eſt ſapientiam, & ſales dicuntur animi ſolatia. Regem eleganiẽ narras.) Elegantem, id eſt prudentia excultũ, & ſcientẽ habere delectum perſonarum. Gnatonice tamen dictum eſt. Verum unus tamẽ impẽſe.) Id eſt, ualde inuidebat. Gellius lib. XIIII. ſic ait: Iulius Paulus poëta, uir bonus, & rerũ literarumq; impenſe doctus. Et paulo poſt: Impenſe fieri incipit. Et pulpamentũ quæris.) Pulpamentum condimentum eſt, quod fit ex pulpa leporis, & clunibus maxime. Senſus eſt: Tu es id quod quæris in ſcorto. Facete.) Id eſt, iocoſe, cum exculta quadã elegantia: Lepide.) Id eſt, iucunde atq; uenuſte, id eſt, cũ gratia. Laute, id eſt ſplẽdide, magnifice, ac omni apparatu, ſolertis acuminis, & urbani ingenij uerba ſunt adulatore (digna.

Sal. Sales.
Elegans.
Impenſe.
Pulpamentũ.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic inducitur multiplex concurſus diſſimilium perſonarum, tamen ita uirtute poëtica diſcretarum, ut nulla confuſio ſermonis ob id fiat. Simul etiam quæ cuiq; accommodata uidentur, mire repræſentat oratio. Deinde Parmeno Phædriæ munus laudat. Thraſo Gnatoq; contrà contemnunt.

# ACTVS III. SCENA II.

*Senarij omnes.*

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATO, PYTHIAS *ancilla*.

*Viſa ſum, de omni ſenſu dici poteſt.*

AVdire uocem uiſa ſum modo militis,
Atque eccum, ſalue mi Thraſo. Thra. ô Thais mea,

*Ironia.*

Meum ſuauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſthac? Par. quàm uenuſte quod dedit

*Verbũ paraſito dignum.*

Principium aduenięs. Tha. plurimũ merito tuo Gna.
Eamus ergo ad cœnam, quid ſtas? Par. hem alterum
Ex homine hũc natũ dicas. Tha. ubi uis, non moror.
Par. Adibo atq; adſimulabo quaſi nunc exeam.
Ituran' Thais quopiam es? Tha. hem Parmeno,

*Hunc. mire pronomen inuenit, ne quẽ q̃ lædat.*

Bene feciſti, hodie itura. Par. quò? Tha. quid hũc uides?
Par. Video, & me tædet: ubi uis, dona adſunt tibi
A' Phædria. Thra. quid ſtamus? cur nõ imus hinc? Par.

*† παρασκευὴ ad turbas.*

Quæſo hercle ut liceat (pace quod fiat tua)
Dare huic quæ uolumus, conuenire & colloqui. Thra.
Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia. Par.

*† τὸ πρᾶγμα δείξει.*

Res indicabit: heus, iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi, ocyus procede tu huc,

*Cõmendatio à longinquitate loci.*

Ex Aethiopia eſt uſque hæc. Thra. hic ſunt tres minæ.
Gna.
Vix. Par. ubi tu es Dore? accede huc, hem eunuchũ tibi,
Quàm liberali facie? q̃ ætate integra? Tha.

*Honeſtus. i. pulcher.*

Ita me dij ament, honeſtus eſt. Par. quid tu ais Gnato?
Nunquid habes quod contẽnas? quid tu autẽ Thraſo?
Tacent, ſatis laudant: fac periculum in literis,

Fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum
Scire æquum eſt, adoleſcentem ſolertem dabo. Thra.
Ego illum eunuchum, ſi ſit opus, uel ſobrius. Par.
Atq; hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat
Te uiuere, & ſua cauſa excludi cæteros.
Neq; pugnas narrat neq; cicatrices ſuas
Oſtentat, neq; tibi obſtat, quod quidam facit.
Verum ubi moleſtum non erit, ubi tu uoles,
Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur Thra.
Apparet ſeruum hūc eſſe domini pauperis
Miſeriq;. Gn. nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio
Qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti. Par.
Tace tu, quem ego eſſe puto infra omneis infimos
Homines, nam qui huic animum aſſentari induxeris,
E flamma te petere cibum poſſe arbitror. Thra.
Iam ne imus? Tha. hos prius introducam, & quæ uolo
Simul imperabo, poſtea continuo exeo. Thra.
Ego hinc abeo, tu iſthanc opperire. Par. haud cōuenit
Vnà ire cum amica imperatorem in uia. Thra.
Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es. Gna.
Ha ha hæ. Thra. qd rides? Gn. iſthuc quod dixti modo.
Et illud de Rhodio dictū in mentem uenit.
Sed Thais exit. Thra. abi, præcurre ut ſint domi
Parata omnia. Gn. fiat. Tha. diligenter Pythias
Fac cures, ſi Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores, primum ut maneat: ſi id non commodum 'ſt,
Vt redeat: ſi id non poterit, ad me adducito. Py.
Ita faciam. Tha. quicquid aliud uolui dicere,
Hem, curate iſtam diligenter uirginem:

Olim his artibus liberi erudiebantur.
Honeſta eclipſis ob Thaidis præſentiam.
Militis importunitatē taxat.
Aſſentator approbat militis dictum.
†odio Parmenonis hoc dicit.
Vet⁹ adagiū in adulatores.
Irriſio amarulenta.
Iniuriæ iocus adeptus.
Fiat. Eclipſis ethica, quæ plus uultu q̄ uerbis ſignat
Hæc res faciet uirginē illudi.

Vos, ad pediſſequas refertur.

Domi adſitis facite. Thr. eamus. Tha. uos me ſequimini.

PETRVS MARSVS.

*Audire uocem, & cætera.) Aſtus meretricius, uerba ſubdola, et ſimulatus pro tempore ad fallendum affectus, nec non amantium ſiue ſtultitiæ ſiue inſidiæ, ac commentum ad zelotypiam excitandam, exprimuntur hac ſcena. Meretrix quippe ſimulata fronte pluribus arridet, ut plures ſpoliet: & emulationis ſemina ſpargit, ut inde abundantiorem habeat meſſem. Conducit nanq; meretricio quæſtui, complures habere amatores inuicem zelotypos, ut illorum ardore & ſtultitia fruatur. Vnde Plautus in Ciſtellaria dicit: Meretrix eſt fortunati oppidi ſimillima, non poteſt ſuam rem obtinere ſola ſine multis uiris. Et paulo poſt: Aſſimulate amare oportet. Nam ſi amas, extemplo melius illi multo quem ames conſulas, quam rei tuæ. Quàm uenuſte, et cætera.) Cicero in Lælio ſic ait: Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Seneca ſcribens de clementia ad Neronem: Quàm dulce, quàm pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non paſſus qui dedit, ſed dediſſe dum dat, oblitus eſt. Qui dedit beneficiũ, taceat, narret, qui acceperit, non tantum ingratum, ſed iniuſtum eſt etiam beneficium ſuperbe datum. Et graue tormentum eſt, debere cui nolis. Fabius Verrucoſus, inquit, beneficium ab homine elato aſpere datum, panem lapidoſum uocabat.*

Meretrix.

Contra commemorationẽ beneficiorum.

*Eunuchum tibi quàm liberali facie.) Id eſt, ingenua, nõ ſeruili, ac ætate iuuenili. Honeſtus eſt.) Id eſt pulcher & uenuſtus tum forma tum ætate. Adoleſcentem ſolertem.) Id eſt, ſcientem. Solertia dicitur ingenij acumen, & naturalis aptitudo, ad id celeriter percipiendum, quod prudentia dictat. Comes huius eſt ſagacitas, quæ acute ſentit atq; diſcernit, quod prudentia iuſſerit. Solers (inquit Sextus Pompeius) dicitur in omni re prudens. Solertia (inquit Philoſophus libro ſexto Ethices) eſt bona quædam cõiectatio, quæ ſine ratione fit & cito.*

Liberalis. Honeſtus. Solertia. Sagacitas. Solers.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hæc ſequens ſcena continet Chremetis probati adoleſcen-*

*tuli ſuſpicionem de Thaidis erga ipſum amore, quem ſanè ſubter-fugere obnixe conatur.*

# ACTVS III. SCENA III.

*Senarij omnes.*

CHREMES *adoleſcens*, PYTHIAS.

PRofecto quanto magis magiſq; cogito,
Nimirũ dabit hæc Thais mihi magnum malum:
Ita me uideo ab ea aſtute labefactarier.
Iam tum cum primum iuſsit me ad ſe accerſier,
Roget, quis? quid tibi cum illa? ne noram quidem.
Vbi ueni, cauſam ut ibi manerem, repperit:
Ait rem diuinam feciße ſe, & rem ſeriam
Velle agere mecum, iam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia, ipſa accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.
Vbi friget, huc euaſit: quàm pridem pater
Mihi & mater mortui eßent: dico iamdiu.
Rus Sunij & quod habeam, & q̃ longe à mari.
Credo ei placere hoc, ſperat ſe à me auellere.
Poſtremo, & qua inde parua perißet ſoror,
Et quis cum ea unà, quid habuißet cum perit,
Et quis eam poßet noſcere, hæc cur quæritet?
Niſi illa forte, quæ olim perijt paruula
Soror, hanc ſe intendit eße, ut eſt audacia.
Verum ea ſi uiuit, annos nata 'ſt ſedecim,
Non maior: Thais ego q̃ ſum maiuſcula 'ſt.
Miſit porro orare ut uenirem. ſerio
Aut dicat quod uolt, aut moleſta ne ſiet:

*Oratio cogitabũdi, et futura multo ante ſecũ uoluta[n]tis.*

*Manerẽ, honeſtius q̃ dormirem.*

*Dolo malo.i. fallacia.*

*Quãpridẽ, .i. q̃diu.*

*† σύλλη-ψις generum.*

*Auel. tanquã a pertinaciter poſſidẽte*

*Maiuſ. oſtendit utranque eſſe primæuam.*

Non hercle ueniã tertio, heus heus. PYTHI. hic quis eſt? Chre.

Simplex ruſtici reſponſio. Ego ſum Chremes. Py. ò capitulum lepidiſſimũ. Chre. Dico ego mihi inſidias fieri. Py. Thais maximo Te orabat opere, ut cras redires. Ch. rus eo. Py. Fac amabo. Chr. non poſſum inquam. Py. at apud nos hic mane,

Indignat̃ de attrectatione Pythiæ. Dũ redeat ipſa. Ch. nihil minus. Py. cur mi Chreme? Ch. Malam rem hinc ibis. Py. ſi iſthuc ita certum'ſt tibi, Amabo ut illuc tranſeas, ubi illa'ſt. Ch. eo Py. Abi Dorias, cito hunc deduce ad militem.

PETRVS MARSVS.

Profecto quanto magis, &c.) Meretricias artes, dolos'que multiplices, caute uitandas eſſe monet hæc ſcena: ne irretiti dent pœnas, & imprudentiæ merito accuſentur, et uitioſam perſonam hac tali diſpoſitione lucrari docet: ut mala ſemper præſumatur, q̃uis interdum mala non ſit. Labefactarier.) Labes dicitur macula. Et labefactare, eſt maculare & inficere. Suſpicio dolo malo et cætera.) Seruius iuriſconſultus (ut eſt in uolumine digeſtorum) dicit dolum malum, eſſe machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. Labeo ſic'diffinit: Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Dolus malus dicitur ad differentiam, quoniam ueteres etiam bonum dolum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronem'ue quis machinaretur. Rem ſeriam.) Id eſt, grauem, & minime ioco ſam. Accumbere mecum.) Id eſt, mecum ſedebat. Vbi friget.) Deſinit ardor ille meretricius blandiendi, ſermonem'q; quærendi. Vnde dicitur opus etiam frigere, cum intermittitur, feruere, cum celeratur, & fit cum diligentia. Vt eſt audacia meretricũ.) Scilicet quæ ſine pudore audent oĩa. Vt uenirẽ ſerio.) Id eſt, ſine nugis & iocis. O capitulum lepidiſſ

Labes. Labefactare

Dolus malus.

Serius.

Frigere. Feruere.

mum.) Id eſt iucundiſſimum, nobiſq; chariſſimum, & non inuenuſtum. Nihil minus.) Subaudi faciam, id eſt, non manebo. Amabo ut illuc tranſeas, ubi illa eſt.) Id eſt, per trāſitum illuc eas, ubi eſt Thais. Dixerat enim Chremes: Rus eo, & ſic oſtēdit non eſſe incommodum Chremeti, illuc iter facere, ubi erat Thais.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hoc proloquio eſt inſinuatio illius perſonæ, cui narraturus eſt Chærea, quæ à ſe retro poſt ſcenam facta ſunt. Hoc autem fit potiſſimum populi gratia, ut id auribus percipiat, quod poëta honeſte oculis obijcere non potuit.

# ACTVS III. SCENA IIII.

Senarij, ſeptenarij, quadrati catalectici.

ANTIPHO *adoleſcens.*

HEri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo,
In hunc diē ut de ſymbolis eſſemus: Chæream ei rei
Præfecimus, dati anuli, locus, tempus conſtitutum 'ſt:
Præterijt tēpus, quo in loco dictum 'ſt, parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquam eſt, neq; ſcio quid dicam, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoti cæteri dedere, illum ut quæram.
Idq; adeo uiſam ſi domi 'ſt, quiſnā hinc à Thaide exit?
Is eſt? an non eſt? ipſus eſt, quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali 'ſt? nequeo ſatis mirari, neq; conijcere,
Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari.

* Eſſemus à uerbo ſum. Plautus: Minore nusquā bene fui diſpēdio, Et ſæpe alias.

Chærea ſub eunuchi habitu uirgine uitiata uix cognitus.

Sciſcitari eſt ſecretiora rimari.

PETRVS MARSVS.

Heri aliquot adoleſcentuli, & cætera.) Adoleſcentulorum amicitia, & id quod in primis eam facit et continet, hac ſcena exprimitur. Ariſtoteles libro octauo Ethices, ſic ait: Iuuenum amici-

tia eſt ob uoluptatem. Viuunt enim cum affectu, & id maxime ſequuntur, quod ſibijpſis eſt iucundum & præſens. Et in ſecundo Rhetoricorũ ad Theodecten, ſic ſcribit: Iuuenes amãt ſodales magis quàm alios, quia gaudent conuiuijs, & lucra nondum deſiderant. Eſſemus.) Id eſt, comederemus cœnam, in quam quiſq; ſuam
Symbolum. partem coniecit. De ſymbolis.) Id eſt, partibus, & coniectis in coenam. Aut quid cõiectem.) Id eſt, cogitem, & pro uero affirmem.
Coniectare. Coniectare eſt dirigere intellectum ad ueritatẽ: quod proprium
Negotium. eſt hominis ſolertis & ſagacis. Nunc mihi hoc neg. &c.) Id eſt, laboris & prouinciæ. Cicero in oratione qua gratias agit ſenatuĩ de reditu ſuo, ſic ait: Vlciſcendæ iniuriæ facilior eſt ratio, quàm beneficij remunerandi, propterea quòd ſuperiorem eſſe contra improbos, minus eſt negotij quàm bonis exæquari.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Chærea nimio perfuſus gaudio, quod uirgine potitus eſt, Antiphoni forte obuio, ſuam felicitatem miro affectu narrat, præcatur' que ſibi ut conſilio auxilio' que ſit, quo ea deinceps quoque potiri poſſit.

# ACTVS III. SCENA V.

Octonarij & ſeptenarij.

CHAEREA, ANTIPHO.

Hæc uerba geſtũ uultũq; indicãt exeũtis.
Inſtabilitatẽ fortunæ timet.
*Exordiũ patheticum.
Geſtire, eſt ſenſum, corporis geſtu indicare.

NVnquis hic eſt? nemo eſt, nunquis hinc me ſequitur? nemo homo 'ſt.
Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudiũ? proh Iuppiter,
Nunc eſt profecto interficiar, cum perpeti me poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet uita ægritudine aliqua.
Sed neminem curioſum interuenire nunc mihi,
Qui me conſequatur, quoquo eam rogitando obtundat,
Quid geſtiam, aut quid lætus ſim, quò per- (cnecett
gam, unde emergam, ubi ſiem

Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim an ne inſaniam. An.

Adibo, atq; ab eo gratiã hanc, quam uideo uelle, inibo.

Chærea quid eſt quod ſic geſtis? quid ue ſibi hic ueſtitus quærit?

Quid eſt quòd lætus ſis? quid tibi uis? ſatin' ſanus? quid me

Aſpectas? quid taces? Ch. ô feſtus dies hominis, amice

Salue, nemo eſt quem ego magis nunc cuperem uidere quàm te. An.

Narra iſthuc quæſo quid ſiet. Ch. imò ego te obſecro hercle ut audias.

Noſtin' hanc quam amat frater? An. noui, nempe opinor Thaidem. Chæ.

Iſtam ipſam. An. ſic commemineram. Chæ. quædam hodie eſt ei dono data

Virgo, quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho,

Cum ipſum me noris, quàm elegans formarum ſpectator ſiem?

In hac commotus ſum. An. ain' tu? Ch. primã dices ſcio, ſi uideris.

Quid multa uerba? amare cœpi, forte fortuna domi

Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi,

Neq; is deductus etiam tum ad eam: ſubmonuit me Parmeno

Ibi ſeruus, quod ego arripui. An. quid eſt? Chæ. tacitus citius audies:

Occaſiõe obuiæ perſonæ quæ turpiusr geſta ob oculos poni nõ licebat, ſpectatoribus narrantur.

* Narratio qua exponit protaſis ſecũdæ partis in fabula.

Narratio flagitij.

† A conſequenti.

Submonuit, id eſt, leniter monuit.

† Conſilium Parmenonis. Correptio in tercipientis narrationẽ. Res amanti gratiſſimæ.

Vt ueſtẽ cum eo mutem, & pro illo iubeam me duăcr.
An. Pro eunuchon'? Ch. ſic eſt. An. quid ex ea re tãdem
ut caperes commodi? Ch.
Rogas? uiderẽ, audirem, eßem unà qua cum cupiebam
Antipho.
Num parua cauſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mu
lieri.
Illa ilico ubi me accepit, læta ad ſeſe adducit domum,

† Hic obſerua poëtæ ingenium, merito enim laudatur hic locus erroris. † μίμησις. Occaſio à ſolitudine.

Commẽdat uirginem. An. cui? tibi ne? Ch. mihi. An. ſatis
tuto tamen. Ch.
Edicit, ne uir quiſquam ad eam adeat, & mihi ne abſce
dam imperat,
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola, adnuo,
Terram intuens modeſte. An. miſer. Ch. ego, inquit, ad
cœnam hinc eo,
Abducit ſecum ancillas: paucæ, quæ circum illam eßẽt,
manent
Nouitiæ puellæ: continuo hæ odornant ut lauet.
Adhortor properent, dum apparatur, uirgo in concla
ui ſedet,

Tabula de Ioue & Danae digna lupanari. † De hac fabula, uide Horat. li. Oda 3. Ludum, non ſcelus dixit, Ioui et ſibi de

Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictu
ra hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ miſiße aiunt quondam in gremium
imbrem aureum.
Egomet quoque id ſpectare cœpi, & quia conſimilem lu
ſerat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat
mihi,
Deũ ſeſe in hominẽ cõuertiße, atq; per alienas tegulas

Veniſſe clanculũ, per impluuiũ fucum factũ mulieri. — *nequitia blãdiens.*
At quẽ deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit. — ** Tẽpla cœlum ipſum ſignificãt.*
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uero ita feci ac lubens.
Dũ hæc mecũ reputo, accerſitur lauatũ interea uirgo.
It, lauit, redit: deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectans, ſi quid mihi imperent: uenit una, heus tu (inquit) Dore, — *Mira breuitas oratiõis.*
Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito, dum lauamus:
Vbi nos lauerimus, ſi uoles lauato, accipio triſtis. An. — *Triſtis ſimulantis eſt.*
Tum equidem iſthuc os tuum impudens uidere nimium uellem — *† Licet amico iocanti cõuiciari ĩ amicum.*
Quis eſſet status, flabellũ tenere te aſinum tantũ. Ch.
Vix elocuta' ſt hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe:
Abeũt lauatũ, perſtrepũt, ita ut fit, domini ubi abſunt. — *Mos familiæ petulantis.*
Interea ſomnus uirginem opprimit, ego limis aſpecto
Sic per flabellũ clanculũ, & ſimul alia circumſpecto — *Limis, id eſt, tranſuerſus.*
Satin' explorata ſint, uideo eẽ, peſſulũ oſtio obdo. An.
Quid tum? Chæ. quid tum? fatue. An. fateor. Chæ. an ego occaſionem — *Clauſo gutture explicata narratio.*
Mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam — *† Amplificatio.*
Amitterem? tum pol ego is eſſem uere, qui aſſimulabar. An. — *Qui aſſimul. .i. eunuchus.*
Sanè hercle ut dicis, ſed interim de ſymbolis, quid actum' ſt?
Chæ. Paratum' ſt. An. frugi es, ubi? domin'? Chæ, imò apud libertum Diſcum, An. — *Frugi eſt, in quo aliqd eſt quo fruamur*

Perlonge'ſt, ſed tanto ocyus properemus, muta ueſtem. Chæ.

Vbi mutem? perij, nam domo exulo, nunc metuo fratrem,

† προξένημα. Ne intus ſit: porro autem pater ne rure redierit iam.

Ad me, id eſt in domũ meã An. Eamus ad me, ibi proximum eſt ubi mutes. Chæ. recte dicis,

Porro, id eſt deinceps. Eamus, & de iſthac ſimul quo pacto porro poßim

Potiri, conſilium uolo capere unà tecum. An. fiat.

PETRVS MARSVS.

Num quis hic eſt?) Adoleſcentis uoti compotis, & cupientis animi ſui lætitiã cæteris notam eſſe, ut ipſe amorem capiat, uoluptatem, geſtientem lætitiam, hæc ſcena exprimit: illius decorem ſeruans, qui propter ætatem imbecillitatemq; conſilij, ac ſenſitiuĩ appetitus uehementiam, nihil magis exoptat quàm optata uoluptate frui: calore naturali, & uoluptatum illecebris ipſum impellentibus. Deniq;, quantum exempla maiorum in utranq; partem poſſunt ad mores, docet exemplo Chæreæ, quem Iouis autoritas ad uitium uirgini inferendum accẽdit. Dum apparatur, uirgo in conclaui, &c.) Conclauia (inquit Sextus Pompeius) dicuntur loca, quæ una claue clau dũtur. Impendio magis, etc.) Impendio, id eſt, multo. Gellius libro ſeptimo, ſic ait: Sed & eum impẽdio magis ex rebus geſtis, quàm ex illo oſtento, uirũ eſſe uirtutis eximiæ credendum eſt. Et libro ultimo ſic ſcribit: Quod uero dixi, quædã eſſe impendio molliora. Clanculum per impluuiam, &c.) Impluuiũ (inquit Aſconius Pædianus) eſt locus ſine tecto in ædibus, quo implueret imber in domum poſſit. Mihi deum in hominem, &c.) In hominem, id eſt, humanos affectus, quæ conuerſio & fictio moribus nocet plurimum. Quapropter Cicero in prima Tuſculana ſic ait: Neq; Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait propter formam, ut Ioui pocula miniſtraret. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat: diuina mallẽ ad nos: Et Ariſto-

Margin notes: Conclaue. Impendio. Impluuium. Ganymedes.

teles libro primo Ethices, dicit: Nam cum dij ad nos referuntur, ſanè uidentur ridiculi. Diuus ille Plato libro ſecundo de republica, loquẽs de fabulis, ſic ait: Deorum pugnas, & cætera id genus, quæ Homerus ſcripſit, minime in ciuitatem recipere debemus: ſiue per allegoriã dicta hæc ſint, ſiue ſine allegoria. Non enim adoleſcens hæc dignoſcere poteſt. Sed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærent, difficiliusq; eradicari cõſueuerunt. Et in primo de republica, dicit: Fabulam de Ganymede uehementer culpamus, quod aduerſus Iouem ficta ſit, ut cum ab eo leges earum originem habuiſſe credantur, eum deum imitantes qui leges condidit, hac etiam uoluptate fruantur. Sed fabula quidem ualeat. Cicero libro primo Officiorum, ſic ait: Luxuria uero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Si autem & libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, quod & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium imprudentiorem intemperantiam. Ego limis aſpect. &c.) Id eſt, tranſuerſus & obliquus. Limus (inquit Sextus Pompeius) obliquus, id eſt tranſuerſus. Vnde & limina. Peſſulum oſtio, &c.) Peſſulum, lignum quod oſtio obijcitur. Frugi es.) Id eſt, utilis, ut fruges quibus utimur.

Contra luxuriam.

Limus uel limis.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Dorias inducitur, quæ terribilem credat militem, ut eo magis uanus poſtea ridiculusq; eſſe poſſit, tum quid poſt cœnã, id eſt in conuiuio militis geſtum ſit, ancilla demonſtrat, è quibus profecto ea quæ & proſcenio gerentur, agnoſcere poterimus.

# ACTVS IIII. SCENA I

Eiuſdem rationis.

DORIAS.

ITa me dij bene ament, quantũ ego illum uidi, non nihil timeo miſera,

Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut uim

Nam poſtq̃ iſte aduenit Chremes adoleſcẽs (Thaidi. frater uirginis,

Illum, ſcilicet militẽ Thraſonem. Infinitũ pro finito.

Militem rogat, ut illum admitti iubeat, ille continuo iraſci,

Inſtare, id eſt inſtabat.

Neq; negare audere. Thais porro inſtare, ut hominem inuitet.

Id faciebat retinendi illius cauſa: quia illa quæ cupiebat

Locus agnoſcendæ uirginis.

De ſorore eius indicare, ad eam rem tempus nō erat.

Inuitat triſtis, manſit ibi, illa cum illo ſermonem ilico.

Miles uero ſibi putare adductum ante oculos æmulū,

Voluit facere contrà huic ægre: heus (inquit) puer, Pāphilam

Adcerſe, ut delectet hic nos, illa exclamat, minime gentium

Tendere, id eſt, peruicaciter nitebat. Vergilius: Vaſto certamine tēdūt.

In conuiuium illam, miles tendere inde ad iurgium.

Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi ut auferam.

Hoc eſt ſigni, ubi primū poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.

PETRVS MARSVS

*Ita me dij ament, & cætera.*) Muliebrem timiditatem, cautionem meretriciam, & hominis ſtolidi zelotypiáq; importunitatē, & impetum animi ad iurgia præcipitem, hæc ſcena exprimit. *Adductum ante oculos æmulum.*) Aemulatio (inquit Cicero in quarto Tuſculanarum) duplex illa quidem dicitur, ut & in laude & in uitio hoc nomen ſit. Nam et æmulatio, uirtutis imitatio dicitur. Sed ea nihil hoc loco utimur, eſt enim laudis. Et eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Aemulatio.

PAVLVS MALLEOLVS.

Ratiocinantem et cogitabundum Phædriam inducit, ſecum reputantem quid incommodi perpetietur intercepti amoris, ſi totum biduum ruri permanſerit. Sed uicit amor, eáq; gratia importune in urbem regreſſus fingitur, ut iurgium militis tollatur.

# ACTVS IIII. SCENA II.

Senarij.

PHAEDRIA.

DVm rus eo, cœpi egomet mecum inter uias
(Ita ut fit, ubi quid in animo eſt moleſtiæ)
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem, quid opu' ſt uerbis? dum hæc reputo,
Præterij imprudens uillam, longe iam abieram.
Cum ſenſi, redeo rurſum, male uero me habens.
Vbi ad ipſum ueni diuerticulum, conſtiti:
Occepi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum 'ſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt, quid? nihil? ſi non tangendi copia 'ſt,
Eho ne uidendi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit, certe extrema linea
Amare, haud nihil eſt, uillam prætereo ſciens.
Sed quid hoc eſt, q̃ timida ſubito egreditur Pythias?

Tēpus poſtulat Phædriæ reditū, ubi acta ſunt oīa quæ illius abſentiā deſiderabant.

Diuerticula dicuntur diuerſoria ſeu domicilia pegrinantium.

† Deliberandū deſcribit.

PETRVS MARSVS.

Dum rus eo, & cætera.) Vis amoris, & illius inconſtantia, qui in caſtris militat Cupidineis ac Venereis, cōpede uinctus eſt, adeo ut ſui iuris non ſit, hac ſcena exprimitur. Idcirco Chærea lena apud Plautum in Aſinaria, ſic adoleſcentem alloquitur: Fixus eſt hic apud nos animus tuus clauo Cupidinis. Remigio ueloq; quātum poteris fuge, quàm magis te in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert. Præterij imprudēs uillam.) Villa eſt domus ruralis: ſic dicta à uia, prope quam poni debet propter commoditatem imponendi aliquid & exportandi. Vbi ad ipſum ueni diuerticulum.) Diuerticula ſunt loca, unde deflectimus iter ad uillam quæ non multū diſtat à uia publica. Eſt igitur diuerticulum, deflexus à uia. Vnde Iuuenalis per trāslationem dicit: A' diuerticulo repetatur fabula. Inde diuerſoria, & diuortia apud Vergiliū:
Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

Cupidinis uis.

Villa.

Diuerticulū.

Diuerſoriū.

Diuortiū.

Haud nihil eſt.) Quaſi dicat: Aliquid eſt, frui amoris effectu, eo modo qui pro temporis conditione conceditur. videndi.) Subaudi, ſi ad ipſum contactum uenire non datur rei cōcupitæ uel amatæ.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena operæ pretium erat, aliquid delectationis ex querela Pythiæ & errore Phædriæ ſpectatoribus offerre. Nā magnopere ancilla de ſtupro eunuchi cōqueritur, quod certe Phædriæ difficile creditu uidebatur.

# ACTVS IIII. SCENA III.

Quadrati, ſenarij, & dimeter unus.

PYTHIAS, DORIAS, PHAEDRIA.

Sceleroſus plus eſt q̄ ſceleſtus.

* Supra ipſe Chærea narrauit ſuū factū hic in perſonas ſpargitur, & idem factū narratur, diſſimili figura orationis. Hic uideas quanta ſit poëtæ copia.

† Ironia.

Eunu. quem, antiptoſis.

† Propoſitio accuſationis.

VBi ego illum ſceleroſum miſera atque impium inueniam? aut ubi quæram
Hoccine tam audax facinus facere auſum. Ph.
Perij, hoc quid ſit uereor. Py.
Quinetiā inſuper ſcelus, poſt q̄ ludificatu' ſt uirginem,
Veſtem omnem miſere diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit. Phæ. hem. Py. qui nunc ſi detur mihi,
Vt ego unguib⁹ facile illi in oculos inuolē ueneficio Ph.
Neſcio quid profecto abſente nobis turbatū' ſt domi,
Adibo, quid iſthuc? quid feſtinas, aut quem quæris Pythias? Py.
Hem Phædria, egon' quem quærā? abi hinc quo dignus es cum donis
Tuis tam lepidis. Ph. quid iſthuc eſt rei? Py.
Rogas me? eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?
Virginem, quā heræ dederat dono miles, uitiauit. Phæ. quid ais? Py.

Perij. Phæ. temulenta es. Py. utinam ſic ſint, qui mihi male uolunt. Dori.

Heu obſecro mea Pythias, quod iſthuc nam monſtrum fuit?

Phæ. Inſanis, qui iſthuc facere eunuchus potuit? Py. ego illum neſcio

Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipſa indicat:

Virgo ipſa lachrumat: neq; cum rogites quid ſit, audet dicere.

Ille autem bonus uir nuſquam apparet, etiam hoc miſe ra ſuſpicor,

Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. Ph. nequeo mirari ſatis

Quò ille abire ignauus poſſit longius, niſi ſi domum

Forte ad nos redierit. Py. uiſe amabo num ibi ſit. Ph. iã faxo ſcies. Dori.

Peri, obſecro tam infandũ facinus mea tu, ne audiui quidem. Py.

At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,

Sed nihil poſſe, uerum miſeræ non in mentem uenerat.

Nam illum aliquò concluſſem, neq; illi commiſiſſem uirginem.

† Vinũ olim temetum appellabatur.

Monſtrũ eſt, eunuchum uitiare uirginẽ

Argumentis factũ oſtẽdit

Ironicos.

Omnes ſuſpiciones ad eunuchum reuocat.

## PETRVS MARSVS.

Vbi illum ego ſceleroſum, &c.) Iram muliebrem, & animum uindictæ in primis cupidum, impudentiam, & poſt factum pœnitentiam, hæc ſcena exprimit. Arrogat quippe ſibi multũ fœmina, et læta furit, ut tigris raptis catulis, inſidiatur ut uulpecula, et rumpitur ſi ulciſci nõ datur: nihil'q; habens ad uindictam, propter animi mobilitatẽ ſuſpirat. Vnde dicit Iuuenalis: Nemo magis gau

det uindicta quàm fœmina. Oppoſitum facit animus generoſus & magnus, de quo ſic ſcribit Seneca: Si magnanimus fueris, cũ inimicum in poteſtate tua uideris, uindictam putabis, uindicaſſe potuiſſe. Scito enim honeſtum & magnum uindictæ genus eſſe, ignoſcere. Ariſtoteles in quarto Moralium de natura uiri magnanimi, ſic ait: Nec eſt memor mali ſibi illati, non eſt enim magnanimi meminiſſe præſertim mala, ſed potius deſpicere. Poſtq̃ lud. &c.) Plautus in Bacc. Mea cauſa de auro ludificatus eſt. Vnguibus fa. &c.) Inuolare eſt irruere, & inſilire, inquit Nonius, à uolatu, à uola, id eſt, media manu dictum.

Inuolare.

PAVLVS MALLEOLVS

In hac ſequenti ſcena facetus & iucundus error eſt, quandoquidem Phædria credit eſſe eunuchum ipſum, qui quæratur: Proinde ſic indignatus eum aggreditur, ut ſecum iniuriam expoſtulet, tum ſignis & argumentis comperit Chæream fratrem ſcelus perpetraſſe.

# ACTVS IIII. SCENA IIII.

Senarij, ſeptenarij, & octonarij.

PHAEDRIA. DORVS eunuchus, PYTHIAS, DORIAS ancilla.

* Plautinum eſt in Penulo.

Vt narratio et lõgior fiat & magis ridicula, pergit in perſonas ſpargere

Error utriuſque, Phædriæ. ſ. & Pythiæ.

EXi foras ſceleſte, at etiam reſtitas?
Fugitiue prodi, male conciliate. Do. obſecro Ph.
Illud uide os ut ſibi diſtorſit carnifex. (oh
Quid huc reditio 'ſt? quid ueſtis mutatio 'ſt?
Quid narras? paululum ſi ceſſaſſem Pythias,
Domi non offendiſſem, ita iam ornabat fugam. Pyt.
Habes ne hominem amabo? Ph. quid ni habeam? py. ô factum bene. Do.
Iſthuc pol uero bene. Py. ubi eſt? Ph. rogitas? nõ uides?
Py. Videã obſecro quem? Ph. hunc ſcilicet. Py. quis hic eſt homo? Ph.

Qui ad uos deductus hodie'ſt. Py. hunc oculis ſuis * Ridiculus error.
Noſtrarum nunq̃ quiſquam uidit Phædria. Ph.
Non uidit? Py. an tu hunc credidiſti eſſe obſecro
Ad nos deductum? Ph. nanque alium habui neminem. Elegãs chæreæ deſcriptio.
Py. hau,
Ne comparandus hic quidem ad illum'ſt: ille erat
Honeſta facie & liberali. Ph. ita uiſus eſt
Dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit Veſtes exornãt hominẽ.
Nunc eò tibi uidetur fœdus, quia illam non habet. Py.
Tace obſecro, quaſi uero paulum interſiet. † Collatio perſonarũ.
Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus, Eunuchi de formis deſcriptio.
Quem tu uero uidere uelles Phædria.
Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex,
Colore muſtelino. Ph. hem quæ hæc eſt fabula?
Eò redigis me, ut quid egerim egomet neſciam.
Eho tu, emin' ego te? Do. emiſti. Py. iube mihi denuo
Reſpõdeat. Ph. roga. Py. ueniſtin' hodie ad nos? negat.
At ille alter uenit, annos natus ſedecim,
Quem ſecum adduxit Parmeno. Ph. agedum hoc mihi expedi. Chæreæ ætas.
Primum: iſtam quam habes, unde habes ueſtem? taces? Obliquæ interrogatiões quibus teſtimonia deriuare conat.
Monſtrũ hominis, non dicturus? Do. uenit Chærea. Ph.
Frater ne? Do. ita. Ph. quando? Do. hodie. Ph. quàm dudum? Do. modo. Ph.
Qui cũ? Do. cũ Parmenone. Ph. noras ne eum prius?
Do. Non. Ph. unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? Do. Parmeno
Dicebat eũ eſſe, is dedit hanc ueſtẽ mihi. Ph. occidi. Do.
Meam ipſe induit, poſt unà ambo abierũt foras. Py. Eunuchus rẽ aperit.

Hoc dictum memoriter retinuit: Temulenta es. †A' perſonæ qualitate derogat huic fidem. Sic interrogat, ut ea negari uellet.

Iam ſatis credis me ſobriã eſſe, & nihil mentitam?
Iam ſatis certum 'ſt uirginem u tiatã eſſe. Phæ. age nũc
belua,
Credis huic quod dicat? Py. quid iſti credam? res ipſa in
dicat. Phæ.
Cõcede iſthuc paululũ, audin' etiã nũc paululũ? ſat eſt.
Dicdum hoc rurſum, Chæream tuam ueſtem detraxit ti
bi? Do.
Factum. Ph. & ea 'ſt indutus? Dor. factum. Phæ. et pro
te huc deductu 'ſt? Do. ita.

Exclamatio bifariam accipienda.

Ph. Iuppiter magne, ò ſceleſtum atq; audacem hominẽ.
Py. uæ mihi,
Etiã nũc nõ credis indignis nos eſſe irriſas modis? Ph.
Mirum ni tu credas quod iſte dicat, quid agam neſcio.

Rurſum, id ẽ ecõtrario, nõ iterum.

Heus tu, negator rurſum, poſſũ ne hodie ex te exculpere
Verum? uidiſtin' fratrem Chæream? Do. non. Ph. non
poteſt ſine

Amplificatio & dilatatio quæſtionis.

Malo fateri uideo, ſequere me, modo ait, modo negat.
Ora me. Do. obſecro te uero Phædria. Ph. I intrò. Do.
hei, hei. Phæ.
Alio pacto honeſte quo modo hinc abeam neſcio:

Deploratio.

Actum 'ſt, ſiquidem tu me hic etiam nebulo ludificabe
re. Py.
Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quàm me uiue
re. Dori.

Oeconomia ad futurũ fabulæ exitũ.

Sic eſt. Py. inueniam hodie parem ubi pol referam grą
tiam.
Sed nunc quid faciẽdum cenſes Dorias? Dori. de iſthac
rogas

Virgine? Py. ita, utrum taccam ne an prædicem? Dori. tu pol ſi ſapis,
Quod ſcis neſcis, neq; de eunucho, neq; de uitio uirginis. prouerbium.
Hac re et omni te turba euolues, & illi gratũ feceris. Sanum conſilium.
Id modo dic, abeſſe Dorum. Py. ita faciam. Do. ſed uideon' Chremem?
Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia cum inde abeo, iam tum inceperat † ἀιτιολογία
Turba inter eos. Py. aufer aurũ hoc, ego ſcibo ex hoc quid fiet. Scibo, id eſt, ſciam.

PETRVS MARSVS.

Exi foras ſcelesle, &c.) Amantis diligẽtiam, ut aliquid amico gratificetur & inſeruiat, necnon uehemẽtiam in multam irrogandam rei amatæ gratia, atq; muliercularũ cõmenta & cautionem, ne in caput propriũ delicta recidant, hæc ſcena exprimit. Quiſq; enim natura duce niſi inſaniat, pro temporis ratione ſibi cauet: eſt nanq; incaſſum illa prudentia, quæ rebus ſuis proſpicere neſcit. At etiam reſtitas fugitiue, &c.) Vlpianus libro XXI. digeſtorũ, de ædilitio edicto, ſic ait: Dicunt ædiles: Qui mancipia uendunt, certiores faciant emptores, quid morbi uitij'q; ſit, qui fugitiuus erro'ue ſit. Et Cicero libro III. Officiorũ, ſic ait: Qui ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto ædilium. Hic eſt uetus, uietus, &c.) Vietus (inquit Sextus Põpeius) dicitur lãguidus, ſine ui, & naturalibus priuatus uiribus. Cice. in Catone maiore: Sed neceſſe fuit, eſſe aliquid quaſi uietum & caducum. Veternoſus.) Veternoſus dicitur is, qui morbo & incommodo ſenectutis laborat. Vnde Vergilius in Georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Veternoſus etiã (autore Põpeio) dicitur is, qui graui premitur ſomno. Cato, inquit, ueternoſum, hydropicum intelligere uoluit, cum dicit: Veternoſus q̃ plurimum bibit, tam maxime ſitit. Tam ſcio eſſe hanc technam.) Id eſt, artem & fraudem. Technæ Græce, Latine dicitur uas & machinamẽtum; et technicus, dicitur artificioſus: & techniteno, eſt aliquid artificioſe molior.

Vietus.

Veternoſus.

Techna.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic Chremes uino ſemigrauis inducitur, exprimens egregie temulentorum conditionem, priorum memor, in præſentibus titubans, quemadmodum egregie compoti ſolent.*

# ACTVS IIII. SCENA V

*Octonarij.*

CHREMES PYTHIAS.

*Atat interiectio eſt paulatim percepti mali.*

ATat, data hercle uerba mihi ſunt, uicit uinum quod bibi.

Ac dum accubabã, quàm uidebar mihi eſſe pulchre ſobrius?

*Temulenti conditio.*

Poſtquam ſurrexi, neq; pes, neque mens ſatis ſuum officium facit. Py.

*† Luctator doloſus uinum eſt.*

Chreme. Ch. quis eſt? ehem Pythias, uah quãto nunc formoſior

Videre mihi quàm dudum? Py. certe tu quidẽ pol multo hilarior. Ch.

*Sententia uera.*

Verbum hercle hoc uerum eſt. SINE Cerere et Libero friget Venus.

Sed Thais multo ante uenit? Py. an abijt iam à milite? Ch.

*Iãdudũ ætatem, id eſt lõgo tẽpore.*

Iamdudum ætatẽ, lites ſunt inter eos factæ maxumæ.

Py. Nihil dixit tũ ut ſequerere ſeſe? Ch. nihil, niſi abiẽs mihi innuit.

*Simplex omnino Chremes inducitũ.*

Py. Eho, nonne id ſat erat? Ch. at neſciebam id dicere illam, niſi quia

Correxit miles, quod intellexi minus, nam me extruſit foras.

Sed eccam ipſam, miror ubi ego huic anteuorterim.

PETRVS MARSVS.

At at, data hercle uerba mihi, &c.) Ebrietatis cauſa & effectus hac ſcena exprimuntur. Corrumpitur quippe iudicium rationis, & linguæ pedum'que titubatio ſequitur, quo nihil turpius excogitari poteſt. Quapropter Stoici (quos Cicero in Tuſculanis diſputationibus ſequitur) omnium malorum fontem eſſe intemperantiam, officiorũ uero temperantiam dicunt. Ideo dicitur à Græcis, conſeruatrix mentis & prudentiæ. Plato libro ſexto de legibus, ſic ait: Bibere uſq; ad ebrietatem, neque alibi unquam decet, præterquam in ſolennitatibus eius dei, qui largiens eſt uinum. Ebrietas. Intemperantia. Temperantia.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena habetur colloquium Thaidis & Chremetis, armantium ſe ad bellum contra militem, quem rapturum uirginem formidabant, et inducitur Thais longe animoſior ipſo Chremete.

# ACTVS IIII. SCENA VI.

Octonarij & ſeptenarij.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

CRedo equidem illum iam affuturum eſſe, ut illã à me eripiat, ſine
Vt ueniat: qui ſi illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur.
Vſque adeo ego illius ferre poßum ineptias & magnifica uerba,
Verba dum ſint, uerum enim ſi ad rem conferentur, uapulabit. Ch.
Thais, ego iamdudum hic adſum. Tha. ò mi Chreme, te ipſum expectabam:
Scin' tu turbam hanc propter te eßſe factam? & adeo ad te attinere hanc

* Paraſceue eius motus, quẽ miles excitabit oppugnaturus ædes.

Vapulabit, id eſt, percutietur.

† Militem in odium Chre

Omnem rem? Ch. ad me? qui quaſi iſthuc? Th. quia dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere & reſtituere, hæc atq; huiuſmodi ſum multa paſſa. Ch.
Vbi ea'ſt? Tha. domi apud me. Ch. hem quid eſt? Tha.
Educta ita, uti teq; illaq; dignum'ſt. Ch. quid ais? Tha. id quod res eſt.
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquam pretij. Ch.
Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita uti merita es, gratia. Tha.
At enim caue, ne prius quàm hanc à me accipias, amittas Chreme.
Nam hæc ea eſt, quam miles à me ui nunc ereptum uenit.
Abi tu, ciſtellam Pythias domo effer cum monumentis. Ch.
Viden' tu illum Thais? Py. ubi ſita eſt? Tha. in riſco, odioſa ceſſas? Chr.
Militem ſecum ad te quantas copias adducere?
Tha. At at at, num formidoloſus obſecro es mi homo? Ch. apageſis,
Egon' formidoloſus? nemo eſt hominum qui uiuat, minus. Tha.
Atq; ita opus eſt. Ch. haud metuo, quem tu me eſſe hominem exiſtimes? Tha.
Imò hoc cogitato, qui cum res tibi eſt, peregrinus eſt,
Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus. Ch.

metũ adducit.

Vt ruſticus pudens & timidus, turbatus ẽ his uerbis.

† Ab educatione.

Beneficiũ exhibet, nõ pretio ſecũ agit.

Ad bellũ futurũ animat.

Monumenta ſunt, quæ inepti inſtrumẽta uocant.

Timoris indicium.

Apageſis uerbum comicũ, ſiue aduerbiũ Græcũ, id ẽ, recede.

Qui cũ, id ẽ, quo cum.

Facilẽ uictoriã proponit.

Scio iſthuc. SED TV quod cauere poßis, ſtultum admittere eſt. — Sana ſententia.

Malo ego nos proſpicere, q̃ hunc ulcíſci accepta iniuria.

Tu abi, atq; oſtium obſera intus, ego dum hinc trãſcurro ad forum. — Fugiendi occaſionẽ quærit.

Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac. Tha. mane. Ch.

Melius eſt. Tha. mane. Ch. omitte, iã iſthic adero. Tha. nihil opus eſt Chreme.

Hoc dic modo, ſororem illam tuam eſſe, & te paruam uirginem — Ab iuſto & poſſibili.

Amiſiſſe, nũc cognoſſe, ſigna oſtẽde. Py. adſunt. Th. ca — †Aſyntheton.

Si uim faciet, in ius ducito hominem, intellextin'? (pe. Chr. probe.

Tha. Fac animo hæc præſenti dicas. Chr. faciam. Tha. attolle pallium. — Nam uinoſẽ to ciuiliter reſiſti ſolet.

Perij, huic ipſi eſt opus patrono, quẽ defenſorẽ paro.

PETRVS MARSVS.

Credo equidem illum, &c.) Meretricis confidentiam, & ad omne facinus audaciam perditam, necnon ſtudiũ & artem captandi fauoris in aliqua difficultate, ac primos motus in poteſtate noſtra nõ eſſe, Chremetis exẽplo hæc ſcena docet & exprimit. Irriſco.) Riſcus, inquit Nonius, eſt locus in parietibus anguſtus. — Riſcus.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic inepti militis uanitas demonſtratur, qui ad amicam tanquam ad hoſtilem exercitum pergit concito curſu, irritato animo, quatienti capite, furenti ſimilis, aciem inſtruit, ad pugnã progreditur. Gnatonis tamen ſuaſu facile exercitum dirimit, & uerbis contendit.

# ACTVS IIII. SCENA VII.

Septenarij & quadrati.

THRASO, GNATO, SANGA ſeruus Thraſonis, CHREMES, THAIS.

* Epitaſis prioris partis in fabula, eſt aũt perridicula Thraſone digna.

Gnato ad omnia aſſentatur.

* Priſcianus cum uecti legit:

Exercitus inſtructio.

† Obſerua militũ nomina.

Peniculo id eſt, ſpongia.

Ridẽdo hæc Sanga dixit.

† Veget. li 2. teſtatur principes in acie milites, proprie dici prĩcipia.

Acerbe militem irridet.

Nimirũ, id ẽ ſine dubio.

HAnccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam Gnato?

Mori me ſatius eſt. Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini.

Primum ædeis expugnabo. Gna. recte. Thr. uirginem eripiam. Gn. probe. Thr.

Male mutabo ipſam. Gn. pulchre. Thr. in medium huc agmen cum uecti Donax.

Tu Simalio in ſiniſtrum cornu. tu Syriſce in dextrum

Cedo alios, ubi centurio'ſt Sanga & manipulus furũ? San. eccum adeſt. Thr.

Quid ignaue? peniculon' pugnare, qui iſthuc huc portes, cogitas? San.

Ego ne? imperatoris uirtutem nouerã & uim militũ,

Sine ſanguine hoc fieri nõ poſſe, qn abſtergerẽ uulnera

Thra. Vbi alij? Sang. qui malum alij? ſolus Sannio ſeruat domum. Thra.

Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia, inde omnibus ſignum dabo. Gn.

Illuc eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco.

Thra. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Ch. uiden' tu Thais quam hic rem agit?

Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis ædibus.

Tha. Sane quod tibi nunc uir uideatur eſſe, hic nebulo magnus eſt.

Ne metuas. Ch. quid uidetur? Gn. ſundam tibi nunc nimis uellem dari,
Vt tu illos procul ex occulto hinc cæderes, facerent fugam.
Thr. Sed eccam Thaidem ipſam uideo. Gn. quàm mox irruimus? Thr. mane. — Timorem militis notat.
OMNIA prius experiri, q̃ armis, ſapientem decet. — Sententia.
Qui ſcis an quæ iubeam ſine ui faciat? Gn. dij uoſtram fidem.
Quanti eſt ſapere? nunquam accedo, quin abs te abeã doctior. Thr. — Impudẽs aſſentatio.
Thais, primum hoc mihi reſponde, cum tibi do iſtam uirginem,
Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? Tha. quid tũ poſtea? Thr. rogitas, — Per contemptũ ſic reſpõdet.
Quæ mihi ante oculos amatorem corã adduxti tuum? — † Expoſtulatio.
Tha. Quid cum illo agas? Thr. & cũ eo clàm ſubduxti te mihi. Tha. — † Amplificatio.
Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, niſi ui mauis eripi. Ch. — Libuit, ſuperbum & meretricium uerbum.
Tibi illam reddat? aut tu illam tangas omnium? Gn. ah quid ais? tace. Ch.
Quid tu tibi uis? Thr, ego non tangam meam? Ch. tuam autem furãfer? — † Apoſiopeſis.
Gn. Caue ſis, neſcis cui male dicas nunc uiro. Chre. non tu hinc abis? — Hæc pronomina multũ ſignificãtiæ habent.
Scin' tu ut tibi res ſeſe habeat? ſi quicquam hodie hic turbæ cœperis,
Faciam ut huius loci, diciq;, meiq; ſemper memineris. — Vehemẽs meticuloſi cõminatio.

*Adhuc militi aſſentatur.*

Gn. Miſeret tui me, qui hunc tantũ hominem facias inimicum tibi.

*Conuitiũ in impudentes.*

Chre. Diminuam ego tibi caput hodie, niſi abis. Gna. ain' uero canis?
Siccine agis? Thr. quis tu homo es? quid tibi uis? quid cum illa rei tibi eſt? Ch.
Scibis: principio eam eſſe dico liberam. Thr. hem. Ch. ciuem Atticam. Thr. hui.

*†Incremẽtũ. Leni⁹ hoc dicit, ne miles audiat.*

Ch. Meam ſororem. Thr. os durum. Chr. miles, nunc adeo edico tibi,
Ne uim facias ullam in illam. Tha. ego eo ad Sophronã
Nutricem, ut eam adducã, & ſigna oſtendã hæc. Thra. tun' me prohibeas
Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. Gn. audin' tu? hic furti ſe alligat. Ch.

*Metalepticos furtũ ꝑ omni fraude & dolo accipitur.*

Satis hoc tibi eſt? Thr. idem hoc tu ais? Tha. quære qui reſpondeat. Thr.
Quid nunc agimus? Gna. quin redeamus, iam hæc tibi aderit ſupplicans

*Vide uani impetus quẽ exitũ ſumãt.*

Vltro. Thra. credin'? Gn. imò certe, noui ingenium mulierum,

*Mulierum conditio.*

Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultro. Thr. bene putas.
Gn. Iam dimitto exercitum. Thr. ubi uis. Gn. Sanga, uti fortes decet
Milites, domiq; focíq; fac uiciſſim ut memineris. San.
Iamdudum' ſt animus in patinis. Gn. frugi es. Thr. uos me hac ſequimini.

PETRVS MARSVS.

Hanccine ego,&c.) Inanem oſtentationem militis glorioſi, & uerba ſeſquipedalia, et ante periculum audaciam, & in ipſa re timiditatem, necnon mores Gnatonicos, ac meretricis uehementiam, hæc ſcena exprimit. Ariſtoteles libro quarto Moralium ſic ait: Audaces quidem fortes ſunt ante ipſa pericula, & uolunt ea: ſed cum in ipſis ſunt, tergiuerſantur. Fortes autē in ipſis quidem periculis feruidi ſunt, antea uero quieti. Donax, Syriſ. etc. Donax, Latine dicitur fiſtula, calamus, arundo, tibia: & donachium, dicitur arundinetum: & donachodes, arundinoſus. Audax. Fortis. Donax. Donachium. Donachodes.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic demum uirgo à Chærea uitiata eſſe cognoſcitur, & id quidem opportune, poſtquam contra militem defenſa eſt ac retenta, unde ſtatim ſequentur nuptiæ eius & Chereæ, qui illam uitiauit. Is in fine ſcenæ, ut hæc tractentur, interuenit.

# ACTVS V. SCENA I.

Senarij, & unus catalecticus.

THAIS, PYTHIAS.

*Epitaſis prioris partis in fabula depreſſo chærea.

Pergin' ſcelesta mecum perplexe loqui?
Scio, neſcio, abijt, audiui, ego non adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es quicquid eſt?
Virgo conſciſſa ueſte lachrymans obticet,
Eunuchus abijt, quamobrem? quid factū eſt? taces? Py.
Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum negant
Fuiſſe. Th. quis fuit igitur? Py. iſte Chærea. Th.
Qui Chærea? Py. iſte ephebus frater Phædriæ. Th.
Quid ais uenefica? Py. atqui certo comperi. Th.
Quid is obſecro ad nos quamobrem adductu'ſt? Py. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilā. Tha. hem miſera occidi
Infelix, ſiquidem tu iſthæc uera prædicas.

Perplex⁹ eſt q neſcit quorſum ſe uertat.

Venefica, cōuitiū comicū in ancillas.

Obſecro dolentis eſt, nō negantis.

†Cauſa cur adductus ſit.

Lachrumat, antique dictum.

Num id lachrumat uirgo? Py. id opinor. Tha. quid ais
ſacrilega?
Iſthuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Py.

Credita, id ē commiſſa.

Quid facerem? ita ut iuſsiſti, ſoli credita eſt. Tha.
Sceleſta, ouem lupo commiſiſti. diſpudet

Adagium.

Sic mihi data eſſe uerba. quid hominis illic eſt? Py.
Hera mea tace obſecro, ſaluæ ſumus,

Blande & puellariter arridet.

Habemus hominem ipſum. Tha. ubi is eſt? Py. hem ad
ſiniſtram, uides
Ne? Th. uideo. Py. cōprehēdi iube quantū poteſt. Tha.
Quid illi faciemus ſtulta? Py. quid faciam rogas?

Os impudēs id eſt ſine uerecundia.

Vide amabo, ſi non cum aſpicias os, impudens
Videtur. Th. non eſt. tum quæ eius confidentia 'ſt?

PETRVS MARSVS

Pergin' ſceleſta, &c.) Perplexos ancillarum dolos, & meretricum curioſitatem, diligentiam, et coniecturam, hæc ſcena exprimit. Meretrix nanq; callida, & longo rerum uſu edocta, minimo ſigno id quod eſt, coniectat. Vnde callidi dicuntur illi, quorum animus uſu concalluit, ut manus aſſiduo opere.

Callidi.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena continetur Chæreæ poſt fugam comprehenſio: deinde contentio inter Thaidem ipſumq;, tum redeunt in gratiam, Pythia tamen renitente: demum de nuptijs cum Pamphila contrahendis tractant.

# ACTVS V. SCENA II.

Senarij & unus dimeter.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

Hic cauſam reddit Chærea, cur non mutauerit ueſtem.

APud Antiphonem uterq; mater & pater
Quaſi dedita opera domi erāt, ut nullo modo
Introire poſſem quin uiderent me, interim

Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit. ubi uidi egomet in pedes quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud, ita miſerrimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Sed eſt ne hæc Thais quam uideo? ipſa' ſt, hæreo. — Primus metus adimit cõſilium, recogitatio uero reddit confidentiam.
Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi? Tha.
Adeamus. bone uir Dore ſalue. dic mihi,
Aufugiſtin'? Ch. hera factum. Th. ſatin' id tibi placet? Ch.
Non. Tha. credin' te impune abiturum? Che. unam hãc noxiam — †Expoſtulat Thais cum Chærea.
Mitte: ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito. Tha. — †Verba fugitiuorũ expreſſit.
Num meam ſæuitiam ueritus es? Chær. non. Tha. quid igitur?
Ch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Tha.
Quid feceras? Ch. paululum quiddam. Py. eho paululũ impudens? — Crimen extenuat.
An paulum hoc eſſe tibi uidetur, uirginem
Vitiare ciuem? Ch. conſeruam eſſe credidi. Py. — Opportune ſtomachatur quia nõ fugit
Conſeruam? uix me contineo quin inuolem in
Capillum: monſtrum etiam ultro deriſum aduenit. Th.
Abi hinc inſana. Py. quid ita uero abeam? — vero, ironice pronũtiandũ
Credin' iſti quicquam furcifero,
Præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum? Th. — Artificioſa meretricis accuſatio.
Miſſa hæc faciamus, non te dignum Chærea
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.

Neque ædepol quid nunc conſilij capiam ſcio
De uirgine iſthac, ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, ut eam non poßim ſuis,
Ita ut æquum fuerat, atque ut ſtudui, tradere,
Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficiũ Chærea. Chæ.
At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam
Fore Thais: ſæpe ex huiuſmodi re quapiam, & 
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflata 'ſt, & quid ſi hoc quiſpiam uoluit deus? Tha.
Equidem pol in eam partẽ accipioq́; & uolo. Chæ.
Imò ita quæſo, unum hoc ſcito, contumeliæ
Non me feciße cauſa, ſed amoris. Tha. ſcio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum Chærea,
Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat neſciam. Chæ.
Te quoq; iam Thais (ita me dij bene ament) amo. Py.
Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo. Chæ.
Non auſim. Py. nihil tibi quicq̃ credo. Tha. deſinas. Ch.
Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies,
Te mihi patronam cupio Thaïs, te obſecro:
Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero. Th.
Tamen ſi pater. Ch. quid? ah uolet, certo ſcio,
Ciuis modo hæc ſit. Tha. paululum opperirier
Si uis, iam frater ipſe hic aderit uirginis:
Nutricem accerſitum ijt, quæ illam aluit paruolam.
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chærea. Chæ.
Ego uero maneo. Tha. uis ne interea dum is uenit,
Domi opperiamur potius q̃ hic ante oſtium? Chæ.

Aperit uiam futuris nuptijs, iam recedit à iocularibus ad ſeria.

Deus, amor ſcilicet.

* Placatur Thais, eſtq; paraſceue catastrophes.

† παρμιακόν. Commendo me notis, cõmitto ignotis

Si pater, eclipſis aut apoſiopeſis ſecũda.

† Calliditas Thaidis.

Vero, aduerbium conſen-

Imò percupio. Py. quã tu rem actura obſecro es? Tha. — tientis.
Nam quid ita? Py. rogitas? hunc tu in ædeis cogitas — Percupio, amatorie dictum.
Recipere poſt hac? Tha. cur nõ? Py. crede hoc meæ fi= — Meæ fidei, puellariter.
Dabit hic aliquam pugnam denuo. Tha. abu tace (dei, — * Plautus in Captiuis.
obſecro. Py.
Parum perſpexiſſe eius uidere audaciam. Chæ.
Non faciam Pythias. Py. non pol credo Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit. Ch. quin Pythias
Tu me ſeruato. Py. neq; pol ſeruandum tibi
Quicq̃ dare auſim, neq; te ſeruare, apagite. Th.
Adeſt optime ipſe frater. Chæ. perij hercle, obſecro — Optime id ẽ opportune.
Abeamus intrò Thais, nolo me in uia
Çum hac ueſte uideat. Tha. quamobrem tãdem? an quia — Interrogatio increpatoria
pudet? Ch.
Idipſum. Py. idipſum? uirgo uero? Tha. I præ ſequor. — Ironia, q.d. de uirgine nihil dicis, de ueſte tantum
Tu iſthuc mane, ut Chremem introducas Pythias. — conquereris.

PETRVS MARSVS.

Apud Antiphonem, &c.) Timorem iuſtæ reprehenſionis, quæ maxime decet ingenuum ephebum, ac meretricis indulgentiam in his delictis, quæ amoris ardore committuntur, hæc ſcena exprimit: monens unumquenque decorum ſuum ſeruare debere, nec ſolum id eſſe conſiderandum, an quiſpiam ſit poena dignus, ſed etiam an deceat ſe talem poenam irrogare. Digna quippe eſt meretrix cõtumelia, ſed non omniũ eſt illam inferre. Tales enim perſonæ relinquendæ ſunt, ut aut à uiliſſimo quoq;, aut iuſta carnificis manu puniantur. Quantum queo in angiportum.) Portus (inquit iuriſconſultus) appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. Eá que nihilominus eſt ſtatio concluſa atque munita. Inde angiportus dicitur. Varro ſic ait: Quod exitum non habet, ac peruium nõ eſt, angiportum: et idem anguſtum ab angendo, Et alibi dicit: Hinc angiportum, quia nil in

Portus.

Angiportus.

eo poteſt agi. Sextus Pompeius ſic ait: Angiportus eſt iter compendiarium in oppido, eo quod ſit anguſtus portus, id eſt, aditus in portam.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hoc in loco eſt diſputatio Pythiæ apud ſeipſam cogitantis, quemadmodum Parmenonem dolo poſſit ulciſci.

# ACTVS V. SCENA III.

*Senarij omnes.*

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA *nutrix.*

*Vt prolixior eſſet riſus, ſpargitur cataſtrophe ī alias perſonas, & terretur ſeruulus Parmeno.

Suppoſuit, proprie dixit

Memoriter plus intulit q̃ rogabatur.

Ironicos.

Vindictam expetit.

Minæ fœmineæ.

QVicquid uenire in mentem nunc poßit mihi.
Quidnam? qui referam illi ſacrilego gratiam,
Qui hunc ſuppoſuit nobis? Chr. moue uero ocyus
Te mea nutrix. So. moueo. Ch. uideo, ſed nihil promoues.
Py. Iam ne oſtendiſti ſigna nutrici? Ch. omnia. Py.
Amabo, quid ait? cognoſcit ne? Ch. ac memoriter. Py.
Bene ædepol narras, nam illi fauco uirgini.
Ite intrò, iamdudum hera uos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video, inde ut otioſus ſit. ſi dijs placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intrò, de cognitione ut certum ſciam.
Pòſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum.

PETRVS MARSVS.

Quicquid uenire, &c.) Meretriciæ ancillæ diligentiam in excogitanda fraude, ac doloſam conſultationem, ut par pari refe ratur, hæc ſcena exprimit.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Parmeno gloriatur Chæream eunucho ſubornaſſe, ita ut uirgine præter ſumptum et diſpēdium potitus ſit. Deinde me-

tetricum ingenia & ſordes commemorat, quare Pythiam (quam non adeſſe percipit) prius ſatis commotam, magis irritat.

## ACTVS V. SCENA IIII.

Eiuſdem rationis.

PARMENO, PYTHIAS.

REuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat.
Quod ſi aſtu rem tractauit, dij uoſtrã fidem,
Quantã, & quãtã laudem capiet Parmeno?
Nam ut omittam quod ei amorem difficillimum &
Cariſsimum ab meretrice auara, uirginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio, tum hoc alterum,
Id uero'ſt quod mihi puto palmarium,
Me repperiſſe, quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere
Mature, ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius,
Nec magis compoſitum quicq̃, nec magis elegans.
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt.
Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent,
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis. Py.
Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus
Vlaſcar, ut ne impune in nos illuſeris.

Aſtu, id eſt, aſtute, aut dolo.
†Laudat factum Parmenonis.
†Occupatio à charo.
†A cõmodo.
Palmariũ. i. palma dignũ
†Ab utili.
Meretricum mores.

Ligurire, id eſt, elegãter more ſenum ſuauiſſima quæq; deguſtare.
* Exagitat̃ ſeruulus, ut ſit κατασροφῆ magis ridicula.

PETRVS MARSVS.

Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat, &c.) Seruilis iactantia, quæ in proprium caput recidit, ac meretricij mores domi foriſq;, circa uictum maxime, hac ſcena exprimuntur. Serui

quippe natura ſunt arrogãtes, & ſeſe efferunt inſolentius, ſi quid illis ad uotum ſucceſſit, quod tamen fraude ac malitia, non uirtute & prudentia factum eſt: & meretrices arte ac dolis tractant amantes. Elegantiam nanq; ac uictus frugalitatem in loco ſimulant, cum domi nihil ſit ipſis immundius, nihil uoracius, nihil fœdius. Ingluuies, uoracitas, & guloſitas dicitur.

Ingluuies.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena Pythias ſimulata perturbatione ſui, Parmenonē ut ſupra propoſuit, terret. Atq; in principio uim magnam oſtendit, deorum implorans fidem, quaſi in hoc negotio nihil proſit humanum conſilium. Parmeno tãdem Pythiæ minis territus, rem omnem ſeni aperire molitur.

# ACTVS V. SCENA V.

Septenarij, ac quadrati trochaici.

PYTHIAS, PARMENO.

Singula pauido & attonito uultu proferenda.

PRoh fidem deum, facinus fœdum, ô infelicē adoleſcentulum,
O' ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit. Par. quid eſt? Py.

Graues pœnæ, exempla dicuntur.

Miſeret me: itaq; ut ne uiderē miſera, huc effugi foras,
Quæ futura eſſe exempla dicunt in eum indigna. Par. ô Iupiter,

Hoc totū terribiliter et cū geſtu fœmineo.

Quæ illic turba'ſt? nūnã ego perij? adibo, quid iſthuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? Py. rogitas audaciſsime?

† Accuſatio.
Studes, id ē, affectas.

Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro eunucho adoleſcētulum,

† Status inficialis.

Dum ſtudes dare uerba nobis. Par. quid ita? aut quid factum'ſt? cedo. Py.

Dicam: uirginē iſtam, Thaidi hodie quæ dono data 'ſt, | Auxeſis eſt, uirginem, ciuem, nobilē,
Scis eam hinc ciuem eſſe, & fratrem eius adprime nobilem? Par.
Neſcio. Py. atqui ſic inuenta 'ſt, eam iſte uitiauit miſer. | Miſer, hoc Parmenoni horrorem incutit.
Ille ubi reſciuit factum frater uiolentiſsimus.
Par. Quidnam fecit? Py. conligauit primum cum miſeris modis. Par.
Hem, conligauit? Py. atq; equidem orante, ut ne id faceret, Thaide. | Repetitio uerbi præ timore & ira.
Par. Quid ais? Py. nunc minatur facturum ſe id quod mœchis ſolet,
Quod ego nunq̄ uidi fieri, neq; uelim. Par. qua audacia | Quod mœ. amputare. ſ. uirilia.
Tantum facinus audet? Py. quid ita tantum? Par. an nō hoc maximum 'ſt?
Quis homo pro mœcho unq̄ uidit in domo meretricia | † Extenuatio orationis à loco.
Deprehendi quenquam? Py. neſcio. Par. ac ne hoc neſciatis Pythias, | Neſcio, aſtute dixit.
Dico, edico uobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. Py. hem,
Obſecro, an is eſt? Par. ne quā in illum Thais uim fieri ſinat.
Atq; adeo autē, cur non egomet intrò eo? Py. uide Parmeno | Ornata & familiaris locutio.
Quid agas, ne illi proſis, & tu pereas, nam hoc putāt, | † Admonitio
Quicquid factum 'ſt, ex te eſſe ortum. Par. quid igitur faciam miſer?
Quid ue incipiam? ecce autem uideo rure redeuntem ſenem. | Hoc fit ut nuptiæ conficiātur ſene interueniente.
Dicā huic an non? dicā hercle, & ſi mihi magnū malū

Sapis, ironice et riſorie.

Scio paratū, ſed neceſſe eſt huic ut ſubueniat. Py. ſapis,
Ego abeo intrò, tu iſti narrato omnem rem ordine, ut
factum ſiet.

PETRVS MARSVS.

Proh deum fidem fa. &c.) Lenæ calliditatem in excogitandis fraudibus, uimq; perſuadendi, necnon ſerui non undiq; circumſpecti credulitatem, hæc ſcena exprimit. Primum malitiæ aſcribendum eſt, poſtremum uero imprudentiæ, quæ rem animumq; loquentis non conſiderat, ſed facili credulitate decipitur, quod maxime dedecet. Exitus enim talem imprudentiam reprehēdit. Chryſolus ſeruus apud Plautum in Bacchidibus, ſic ait: Nequius nihil eſt quàm egens conſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotens.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena otioſus adeo & quietus inducitur ſenex, ut neq; mores ſuorum increpet, neque quicquam ſuſpicetur mali, ſed agit gratias proximæ uillæ, cuius beneficio ignorat quid in urbe agerent filij, quod percipit imprudenti Parmenonis narratione. Felicitas quoq; ſenis hic attendatur, ut appareat q̃ inopinate malum omen fieri poſſit. Nam imparatis mentibus mala grauiora ſunt.

# ACTVS V. SCENA VI.

Senarij.

LACHES, PARMENO.

Energia ſenilis eloquij.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi
Neq; agri, neq; urbis odium me unquā percipit.
Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.
Sed eſt ne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt,
Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium? Par.
Quis hō' ſt? ehem ſaluū te aduenire here gaudeo, La.
Quem præſtolare? Par. perij, lingua hæret metu. La.
hem.
Quid eſt quod trepidas? ſatis ne ſaluæ? dic mihi. Par.

Præſtolare .i. expectas.

* Parmeno ſeſe temere prodit.

Here, primum te arbitrari quod res eſt uelim,
Quicqd huius factum 'ſt culpa, nõ factum 'ſt mea. La.
Quid? Par. recte ſanè interrogaſti, oportuit
Rem prænarraſſe me, emit quendam Phædria
Eunuchũ, quẽ dono huic daret. La. cui? Par. Thaidi. La.
Emit? peri hercle, quanti? Par. uiginti minis. La.
Actum 'ſt. Par. tũ quãdã fidicinã amat hic Chærea. La.
Hem, quid? amat? an ſat iam ille quid meretrix ſiet?
An in aſtu uenit? aliud ex alio malum. Par.
Here, ne me ſpectes: me impulſore hæc non facit. La.
Omitte de te dicere, ego te furaſer,
Si uiuo, ſed iſthuc quicquid eſt, primum expedi. Par.
Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt. La.
Pro eunuchon'? Par. ſic eſt, hunc pro mœcho poſtea
Comprehẽdere intus, et conſtrinxere. La. occidi. Par.
Audaciam meretricum ſpecta. La. nunquid eſt
Aliud mali, damni' ue quod non dixeris,
Reliquum? Par. tantum eſt. La. ceſſo huc intrò irrumpere? Par.
Non dubium 'ſt quin mihi magnũ ex hac re ſit malũ,
Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali:
Nam iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex,
Quãobrem inſigne aliquid faceret, is nunc reperit.

Expurgatio, criminis antequam obijciatur.
Actum 'eſt, deſperantis uerbum.
Prouerbiũ.
† Parmenonẽ aſpicit ſeruus.
Pulchra apoſiopeſis .ſ. ulciſcar.
Pro eunuchõ admiratiue.
† Remotio criminis à ſe & Chærea, in meretrices.
† A` neceſſitate ſe ſolat.
Inſigne, id ẽ, aliquid nobile & magnũ factum.

PETRVS MARSVS.

Ex meo propinquo rure, &c.) Boni ciuis rem domeſticam curantiũ, agentiũq; citra aliorum iniuriam, honeſtum, et nullis cenſuris obnoxiũ negotium, hæc ſcena deſcribit: exprimens affectum patris, qui uehemẽter cõmouetur, cum nouos filiorum ardores ac prodigalitatem intelligit. Eſt enim ſenex auarus, & rem maximo

*labore partam, turpiter perire in primis indignatur, exterretur inquam re noua & inopinata. Vnde Seneca de conſolatione ad Martianum, ſic ait: Quæ multo ante prouiſa ſunt, languidius incurrunt: & aufert uim præſentibus malis, qui futura proſpexit. Fortuna illis eſt grauis, quibus eſt repentina: facile eam ſuſtinet, qui ſemper expectat. An in aſtu ueni? &c.) Aſtu eſt nomen indeclinabile. Aſtuta (inquit Aſconius Pædianus) urbana dicũtur: Etenim urbs, Græce aſty dicitur. Terentius: An in aſtu ueni? Sextus Pompeius ſic ait: Aſtus apud poëtas aſtutiam ſignificat, cuius origo ex oppido Græco Aſty deducitur, in quo qui aſſidue uerſati ſunt, cauti atq; acuti eſſe uidentur.*

*Aſtu.* *Aſtus.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena Pythias egreditur tanquam irriſura Parmenonem, ut ipſa putat. Egredi autem à poëta cogitur, ut doceat populum quid intus egerit ſenex.*

# ACTVS V. SCENA VII.

*Septenarij, atq; nonnulli quadrati.*

PYTHIAS, PARMENO.

*Hic perſona cachinnãs inducitur, quærens Parmenonem, cuius aſpectu ob nimium riſum uix loqui poteſt.*

*Haec uerba pronuntianda ſunt riſu interrũpẽte.*

*NVnq̃ ædepol quicq̃ iamdiu quod magis uellem* (euenire,
*Mihi euenit, q̃ quod modo ſenex intrò ad nos uenit errans,*
*Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret ſciebam.*
*Par. Quid hoc autem 'ſt? Py. nunc id prodeo ut conueniam Parmenonem.*
*Sed ubi obſecro 'ſt? Par. men' quærit hæc? Py. atq; eccũ uideo, adibo.*
*Par. Quid eſt inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'? Py. perij,*
*Deſeſſa iam ſum miſera de te ridendo. Par. quid ita? Py. rogas?*

Nunq̃ ædepol hominem ſtultiorem uidi, nec uidebo, ah | †Obſerua orationem.
Non poßum ſatis narrare, quos ludos præbueris intus: | Obiurgatio de leuitate credendi.
At etiã primo callidũ & diſertũ credidi hominẽ. Par.
Quid? Py. ilico ne credere ea quæ dixi oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te autore quod feciſset
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiã patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi ueſtem uidit
Illam eſſe eum indutũ pater? quid eſt? iam ſcis te perijſſe. Par.
Hem, quid dixti peßuma? an mentita es? etiam rides?
Itan' lepidum tibi uiſum eſt ſcelus, nos irridere? Py. nimium. | Lepidum ſcelus, irriſionẽ intellige.
Par. Siquidem iſthuc impune habueris. Py. uerum. Par. reddam hercle. Py. credo.
Sed in diẽ iſthuc Parmeno eſt fortaſſe quod minitare.
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas | Iam, temporis uelocitatem indicat.
Flagitijs, & eundẽ indicas, uterq; in te exẽpla edent.
Par. Nullus ſum. Py. hic pro illo munere tibi honos eſt habitus, abeo. Par.
Egomet meo indicio miſer quaſi ſorex, hodie perij. | †παροιμία in eos, qui ſeipſos prodũt.

## PETRVS MARSVS.

Nunquam ædepol, &c.) Geſtiens lætitia meretricis uoti compotis, ac inſultatio alienæ ſtultitiæ, hac ſcena exprimũtur. Triumphat quippe meretricius animus, & hilaratus applaudit ſibi, cum par pari relatum eſt, & uiciſſim irridere poteſt: talem mentis hilaritatem nullo auro permutaret, gaudet enim (ut dictum eſt) uindicta muliebris animus. Hic pro illo munere tibi honos, et cætera.) Senſus eſt: Tu munere tuo nos deluſiſti, nos uicem rependimus. Hic honos, qualem uides: quaſi diceret, te deluſimus: habitus, ſcilicet eſt à nobis, pro illo munere tuo tam illepido. Abeo.) Id eſt, diſcedo hinc, iam compos uoti, inquit Pythias: & te iam deluſum | Abeo.

*relinquam cruci paratæ, in qua iam pendebis. Sed in diem iſthuc Parmeno, &c.*) Aliquando *forte iſthuc accidet, quod nobis minitaris: ſed ſupplicium tuum iam paratum eſt, & ſic ex ſtomacho loquitur Pythias, et inſultat Parmenoni. Tum iam pēdebis.*) Id eſt, *eris appenſus in patibulo & cruce*. Pendeo. des, idem *ſignificat* quod *ſum ſuſpenſus*. Pendo. *dis, ſoluo ad pondus*. Vnde pēdere pœnas, & *penſio dicta*.

Pendeo. Pendo.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena conſiderare licet, ad quos exitus militem induxerit Gnatonis aſſentatio. Nā dixerat ſupra: Iā tibi hæc aderit ſupplicās ul ro. Hic contra, miles ultro ſe dedere Thaidi, ac deuouere ſatagit, exemplo* Herculis, *qui* Omphalæ *in lanificio ſeruiuit.*

# ACTVS V. SCENA VIII.

Septenarij.

GNATO, THRASO.

* Cataſtrophē orditur de milite. Attēde Gnatonē ſemper inuitū à menſa trahi.

QVid nūc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid cœptas Thraſo? Thr.
Ego'ne? ut Thaidi me dedam, & faciā quod iubeat. Gn. quid eſt? Thr.
Qui minus quàm Hercules ſeruiuit Omphalæ? Gn. exēplum placet.
Vtinam tibi commitigari uideam ſandalio caput.
Sed fores crepuere ab ea, perij. Thra. quid autem hoc eſt mali?
Hunc ego nunquam uideram, & iam hic quidnam properans proſilijt?

PETRVS MARSVS.

*Quid nunc? &c.*) *Ignauia militis glorioſi, & imbecillitas conſilij, necnon turpis exitus illorum, qui indecoris adulationibus, pernicioſiſq; aſſentationibus præbent aures, hac ſcena deſcribitur.*

Sandalium. *Vtinam tibi cōmitigari uideam ſandalio, &c:*) Sandaliū eſt cal-

ſtamenti genus, quo nunc utuntur epiſcopi, cum in ſacris operantur. Qui minus quàm Hercules, &c.) Hercules, autore Diodoro libro ſecundo, uenditus ſeruiuit Omphalæ Lydorum reginæ: & factus liber, genuit ex ea Lamum. Vnde queritur Deianira his uerbis apud Ouidium: Omphala. Hercules.

> Vna recens tantum referatur adultera nobis,
> Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena introducitur perſona Chæreæ, magnopere feruens ingenti gaudio, ut adoleſcentuli in proſperis ſolent, quod nuptias cum Pamphila confecerat. Nec mirum eſt, quod adeo inſane ob id exultat, qui iamdudum tantopere, quod eam uitiauerat, lætabatur. Interueniť q; Phædria, utpote qui domi erat, & audierat quæ geſta erant apud Thaidē, ex relatione Parmenonis. Deinde laus Thaidis continetur: tum militis interuentus, qui Gnatonis opera & blandimentis in riualem accipitur à Phædria. Demum fabulæ iucundus finis imponitur.

# ACTVS V. SCENA VIIII.

Septenarij, & octonarij.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATO, THRASO.

O Populares, ecquis me hodie uiuit fortunatior? Nemo hercle quiſquā, nam in me plane dij poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda. Par.
Quid hic lætus eſt? Ch. ô Parmeno mi, ô mearum uoluptatum omnium
Inuētor, inceptor, perfector, ſcin' me in qbus ſim gau (dijs?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Par.
audiui. Ch. ſcis ſponſam mihi? Par.

Populares, qui eſtis de populo, uel quibus populus fauet.

Mira auxeſis.

Meam, amatorie dixit.

Bene, ita me dij ament, factum. Gna. audin' tu illum? quid ait? Chæ. tum autem Phædriæ

Spõſam participiũ hic eſt

Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo, una'ſt domus.

Thais patri ſe commendauit, in clientelam & fidem

Nobis dedit ſe. Par. fratris igitur Thais tota'ſt? Chæ. ſcilicet. Par.

Iã hoc aliud eſt quod gaudeamus, miles pellitur foras.

Cliens eſt cõſultor qui patronũ ſequit̃, inde clientela.

Ch. Frater ubiubi eſt, fac quamprimũ hæc audiat. Par. uiſam domum.

Thr. Nunquid Gnato dubitas, quin ego perpetuo perierim? Gn. ſine

† Adoleſcentes res ſuas lætas multis communicare ſolent.

Dubio opinor. Ch. quid commemorẽ primum? aut quẽ laudem maxume?

Illum, qui mihi dedit conſilium ut facerem, an me qui auſus ſim

Incipere? an fortunã collaudem, quæ gubernatrix fuit,

Quæ tot res, tantas, tam opportune in unum concluſit diem?

Diaporeſis oratoria, id ẽ interrogatio ſub dubitatione, familiaris laudantibus.

An mei patris feſtiuitatem & felicitatem? ô Iupiter,

Serua obſecro hæc nobis bona. Phæ. dij ueſtram fidem, incredibilia

Obſecratio contra fortunæ uarietatẽ

Parmeno modo quæ narrauit, ſed ubi eſt frater? Chæ. Præſto adeſt. Phæ.

Gaudeo. Ch. ſatis credo. nihil eſt Thaide tua dignius

Quod ametur, ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. Ph. mihi

Illam laudas? Thr. perij, quanto minus ſpei eſt, tãto magis amo.

Laus Thaidis à Chærea.

† Stultitiam amatorũ ſpecta.

Obſecro Gnato, in te ſpes eſt. Gn. quid uis faciam? Thr. perfice hoc

Precibus, pretio, ut hæreã in parte aliqua tãdem apud Thaidem. Gn. † Aſynthe ton.

Diffiale eſt. Th. ſi qd collibuit, noui te, hoc ſi effeceris, Inſuauiſſim⁹ amor eſt quo

Quoduis donũ et præmiũ à me optato, id optatũ feres. frui nõ licet.

Gn. Ita'ne? Thr. ſic erit. Gn. ſi hoc efficio, poſtulo ut mi hi tua domus † A' facili. † Ab utili.

Te præſente, abſente pateat: inuocato ut ſit locus Donũ paraſi

Semper. Thr. do fidem ita futurum. Gn. accingar. Phæ. quem hic ego audio? to dignum.

O' Thraſo. Thr. ſaluete. Phæ. tu fortaſſe quæ facta hic ſint neſcis? Thr.

Scio. Phæ. cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Thr. Superbe ac minaciter

Vobis fretus. Phæ. ſcis q̃ fretus? miles, edico tibi, pronuntiã

Si in platea hac te offendero pòſt unquã, nihil eſt quod dicas mihi, da. † Stulta re-

Alium quærebam, iter hac habui, periſti. Gna. eia haud ſic decet. Phæ. ſponſio mili- tis.

Dictum eſt. Gn. non cognoſco ueſtrum tam ſuperbum. Ph. ſic erit. Gn. Eia, corrigẽ tis eſt. † μίμησις

Prius audite paucis, quod cum dixero, ſi placuerit, Inſinuatio.

Facitote. Phæ. audiamus. Gn. tu cõcede paululum iſthuc Thraſo.

Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim, Inſinuandi præcepta ſeruat.

Me, huius quicquid facio, id facere maxime cauſa mea: † Exemplum

Verum idem ſi uobis prodeſt, uos nõ facere inſcitia'ſt. orationis ſua ſoriæ.

†Propoſitio.

Phæ. Quid eſt? Gn. militem riualem ego recipiendum
censeo. Ph. hem,
Recipiẽdũ? Gn. cogita modo, tu hercle cũ illa Phædria
Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas:
Et quod des, paululum: & neceſſe eſt multum accipere
Thaidem,

perſuaſiones uariæ ab utili.

Vt tuo amori ſuppeditare poſsit ſine ſumptu tuo.
Ad oĩa hæc, magis oportunus, nec magis ex uſu tuo
Nemo eſt, principio & habet quod det, & dat nemo
largius:

Fatui uerbis & dictis, inſulſi corde et animo, tardi corpore & mente.

Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq́; & dies.
Neq; iſtũ metuas ne amet mulier, facile pellas ubi uelis.
Phæ. Quid agimus? Gn. præterea hoc etiam, quod ego
uel primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorſus, neq; prolixius.

Accipit, id ẽ paſcit, tractat, inuitat.

Phæ. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opu' ſt. Chæ.
idem arbitror.
Gna. Recte facitis, unum etiam hoc uos oro, ut me in
ueſtrum gregem

†Vergilius: Omnes porticib' rex ac cipiebat in amplis.

Recipiatis, ſatis diu hoc iam ſaxum uorſo. Ph. recipi-
mus. Ch.
Ac libẽter. Gn. at ego pro iſto, Phædria & tu Chærea

Prouerbiũ.

Hunc comedendum & deridendum uobis propino.
Chæ. placet. Phæ.
Dignus eſt. Gna. Thraſo, ubi uis, accede. Thr. obſecro
te quid agimus? Gn.

Oſtendit fidẽ amicitiæ paraſiticæ.

Quid? iſti te ignorabant, poſtq̃ eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas,

Ironia.

Impetraui. Thr. bene feciſti, gratiam habeo maximã:

Nunq̃ etiam fui usq̃, quin me oẽs amarent plurimũ. Gn. Dixin' ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam? Ph. Nihil prætermiſſum, ite hac omnes uos. Iactantia militis. Aſſentatio Gnatonica.

CALLIOPIVS.

Valete, & plaudite.

PETRVS MARSVS.

O' populares, ecquis me hodie, &c.) Adoleſcens Venereus miles, cui bonum ſummum eſſe uidetur, optato amore frui, hac ſcena deſcribitur. Aeſtuans quippe naturali calore iuuenilis animus, lucrum aſpernatur, & rem domeſticam augere parum curat, cum indigentiam nondum ſit expertus, Venerem in primis ſectatur et appetit. Vnde Horatius in Arte Poëtica, ſcribens ætatum mores & ſtudia, ſic ait:

Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit & ponit, temere mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine campi,
Cereus in uitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris

Mores adoleſcentium.

Hæc ætatum ſtudia & mores, erudite copioſeq; deſcribit Ariſtoteles libro quinto ad Theodecten. An mei patris feſtiuitatem?) Id eſt hilaritatem in mea re uxoria. Et facilitatem.) Id eſt, animum propenſum ad id, quod uidebat me cupere. Dij ueſtram fidem, etc. Hominem ſtultum, ac penitus nullius conſilij, ab his derideri, quorum aſſentationibus bibulas præbet aures, & contemni atq; bonis ſpoliari, docet hæc ſcena. Et dat nemo largius.) fatuus eſt.) id eſt inſipidus, & ſine aliquo condimento ciuilitatis. Inſulſus.) Id eſt, mouens faſtidium ſuis ineptijs. Tardus.) Id eſt, craſſioris ingenij & hebetioris, ſomniculoſus, & nullius ſolertiæ. Satis diu iam &c.) Id eſt, laborauit ut Siſyphus apud inferos, uoluendo hunc hominem, qui eſt tanquam truncus & ſaxum.

Fatuus. Inſulſus. Tardus.

FINIS EVNVCHI.

# ARGVMENTVM PHILIPPI MELANHCTHONIS IN HEAVTONTIMO-rumenon.

TAnta huius fabulæ elegãtia eſt, ut plerique à Lælio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, ſcriptam exiſtimarint: & poëta ipſe teſtatur in hac puram eſſe orationem, qua laude nulla poteſt amplior excogitari. Quid eſt enim admirabilius, quàm ſermo elegans & uenuſtus? Neq; prædicaturus hoc palàm fuerat comicus, niſi nouam, inſignem, & pene diuinam ſermonis elegantiam eſſe iudicaſſet.

Depingit autem parentum uitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iuſto inclementius tractat, adoleſcentem modeſtum & frugi. Quem poſtquam domo eiecit uictum iurgijs & contumelijs, multo impotentius deſiderat.

Adeo multiphariam hic peccat. Huic ſcenæ opponit Chremetem monitorem, ſed quem poſtea uideas multo plura quàm Menedemum peccare. Primum is nunquam olfecit perdite amare filium, & compilari ſe à ſcorto ſumptuoſo. Poſt ubi reſciſcit, multo fert impotentius id mali, quàm illa ſolebat Menedemus, ut agnoſcas ferè ita accidere, ut foris, non domi ſapiamus.

## EPITASIS.

Porrò quia fingebat poëta uelut oculis captum Chremetem, qui inſignia filij uitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam, idq; hic periculi erat, ne reciſcat Chremes Bacchidẽ filij amicam eſſe. Huc omnia conſilia, omnes dolos ſeruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emungitur Bacchidi numerandum, quàm comperit filij rem agi. Fallitur autem, cum fingitur Bacchis eſſe Cliniæ.

In prima fabulæ parte, ubi Menedemum confirmat Chremes, oratio eſt deliberatiui, ſeu ſuaſorij generis, qua hic cõſolatur, erigit, monet animi ægrum uicinum.

In reliqua fabulæ parte, quæ periculum continet, res omnia

ARGVMENTVM

tranſlatione rhetorica agitur, quia quæ ad Chremetis filium pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato.

In primis admirabilis eſt hic ſeruulus, cuius callidiſſimis conſilijs neutiquam reſpondent euentus. Nec uulgariter de ſuo conſilio ſibi ipſe placet, cum ait: Hic me magnifice effero, et cætera. Eſt ea mirifica omnino imago humanorum & conſiliorum et euentuum. Fallunt enim ferè aſtutiſſima conſilia mortales, ſicut Ciceronem fefellit euentus belli, aduerſus Antonium ſuſcepti. Extant exempla in hiſtorijs innumerabilia.

ARGVMENTI FINIS.

HEAVTONTIMORVMENV PERSONAE

| | |
|---|---|
| CHREMES | ſenex. CLINIA adoleſcẽs. |
| SYRVS | ſeruus. SOSTRATA matrona. |
| BACCHIS | meretrix. ANTIPHILA amaſia. |
| MENEDEMVS | ſenex. CLITIPHO adoleſcẽs. |
| DROMO | ſeruus. NVTRIX. |
| PHRYGIA | ancilla. |

# P. TERENTII HEAVTONTIMORVMENOS.

GRAECA EST MENANDRI. ACTA *ludis Megalenſibus, L. Cornelio Lentulo, L. Vario Flacco ædilibus curulibus. Egit Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudius. Acta primũ tibijs imparibus, deinde duabus dextris. Acta etiam tertio, C. Cornelio, M. Iunio* COSS.

## C. SVLPITII APPOLLINARIS PERIOCHA.

*Trimetri.*

IN *militiam proficiſci gnatum Cliniam*
*Amantem Antiphilam compulit durus pater.*
*Animiq; ſeſe angebat facti pœnitens.*
*Mox ut reuerſus eſt, clàm patre diuortitur*
*Ad Clitiphonem: is amabat ſcortum Bacchidem.*
*Cum accerſeret cupitam Antiphilam,*
*Vt eius Bacchis uenit amica, ac ſeruolæ*
*Habitum gerens Antiphila, factum id quò patrem*
*Suum celaret Clitipho, hic technis Syri*
*Decem minas meretriculæ aufert à ſene.*
*Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.*
*Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.*

## PROLOGVS.

### PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic ſequens prologus concitatus eſt: nam & ſe purgat iterum de obiectis, et aduerſarium acriter terret. Actor quoq; ipſe ex ſuo commodo, cur hanc comediæ actionem ſuſceperit, cauſas affert: uarijs etiam modis ſpectatorũ beneuolentiã & attentionẽ captat.*

## PROLOGVS.

Trimetri omnes.

NE cui ſit ueſtrum mirum, cur parteis ſeni — ** Captatio beneuolentiæ à perſonæ ætate.*
Poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium
Id primum dicam, deinde quod ueni eloquar:
Ex integra Græca, integram comœdiam
Hodie ſum acturus Heautotimorumenon, — ** Propoſitio I.*
Duplex quæ ex argumẽto facta eſt ſimplici,
Nouam eſſe oſtendi, & quæ eſſet: nunc qui ſcripſerit,
Et cuia Græca ſit, ni partem maximam — *Cuia uetuſte dictum.*
Exiſtimarem ſcire ueſtrum, id dicerem.
Nunc quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo: — ** Propoſitio II.*
Oratorem uoluit eſſe me, non prologum.
Veſtrum, iudicium fecit, me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia, — *Commendatio à perſona actoris & poëtæ.*
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc ſcripſit quam dicturus ſum.
Nam quòd rumores diſtulerunt maleuoli, — ** Defenſio.*
Multas contaminaſſe Græcas, dum facit — *Quod æmuli uitio dant, id laudi ſibi ducit.*
Paucas Latinas, factum hic eſſe id non negat,
Neq; ſe id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo ſibi — *† Ab exemplo.*
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus uetus poëta dictitat, — *† Exaggeratio in uocibꝰ.*

Repente ad ſtudium,hunc ſe applicaſſe muſicum,
Amicum ingenio fretum,haud natura ſua,
Arbitrium ueſtrum,uoſtra exiſtimatio
Ab honeſto & iuſto. Valebit,quamobrem omnes uos oratos uolo,
Ne plus iniquum poſſit quàm æquum oratio.
†Carpit aduerſarium. Facite æqui ſitis,date creſcendi copiam
Nouarum,qui ſpectandi faciunt copiam
Vitium L. Lauinij. Sine uitijs,ne ille pro ſe dictum exiſtimet,
Qui nuper fecit ſeruo currenti in uia
Deceſſe populum,cur inſano ſeruiat?
* Hactenus pro poëta dixit. Rogat, ut ſenẽ placide audiant. De illius peccatis plura dicet,cum dabit
Alias nouas,niſi finem maledictis facit.
Adeſte æquo animo,date poteſtatem mihi,
Statariam agere ut liceat per ſilentium:
variæ comœdiarum perſonæ. Ne ſemper ſeruos currens,iratus ſenex,
Edax paraſitus,ſycophanta autem impudens,
Auarus leno,aſſidue agendi ſint mihi
Paranomaſia, capit beneuolentiã à cõmendatione ſtyli. Clamore ſummo,cum labore maximo.
Mea cauſa cauſam hanc iuſtam eſſe animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui ſcribunt,nihil parcunt ſeni,
Cum cõtemptu. Si qua laborioſa eſt,ad me curritur:
Sin leuis eſt,ad alium defertur gregem.
Commendatio à perſona propria. In hac eſt pura oratio:experimini.
In utranq; partem ingenium quid poſſit meum.
Si nunquam auare pretium ſtatui arti meæ,
Commodis plus eſt q̃ ſi dixiſſet uoluptatibus. Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quàm maxime ſeruire ueſtris commodis,
Exemplum ſtatuite in me,ut adoleſcentuli

Vobis placere ſtudeant potius quàm ſibi.

PETRVS MARSVS.

Ne cui ueſtrum, &c.) Hæc oratio, quæ legem prologi non ſeruat, in L. Lauinium ſtringit aculeos, docet auditores, Terentio beneuolentiam parat: & obiecta diluens, utitur ſtatu abſoluto: id petens quod honeſtum habetur in primis, & ciuili diſciplinæ conducit, quæ ingenia pro communi utilitate nutrit & fouet. Non prologum.) Prologium dicitur principium & proloquium. Vnde Pacuuius: Exanimaſti me prologio tuo. Repente ad ſtudiū, &c.) Id eſt, ſtudium muſicum, & poëticum, & numeroſum. Mihi ſtatariam, &c.) Stataria comœdia dicitur, quæ non habet magnos & uehementes motus, ut hæc eſt, in qua Menedemus ſe cruciat ob filij abſentiam. In hac eſt pura oratio, id eſt, non æſtuans affectibus, ſed tranquilla, ut decet ſenes. Si nunquam auare, &c.) A` perſona ſua & officio ſuo ſpectatorum animos emeretur. Exemplum ſtatuite, &c.) Id eſt, erga me id agatis, quod adoleſcentū animos ad ueſtram oblectationem utilitatemq́; accendat.

Prologium.

Stataria comœdia.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena, iuſta argumenti pars aperitur per Menedemum, quē ſeſe excruciantē in agro ob diſceſſum filij, Chremes cōſolando alloquitur, ſedulo cauſas inquirēs, cur ſe tam perdite die noctuq; prægraui raſtro fodiēdo excruciet. Inde permoleſto animo conqueritur pater de iniuria à ſe citra rationē filio illata. Hic etiam bene ex arte comica ſenex opitulator inducitur, qui ex alterius triſtitia, ut uerum amicū decet, mirum in modū cōmouetur.

## ACTVS I. SCENA I.

Trimetri, & ſeptenarius unus, dimeter brachicatalecticus.

† Generū deliberatiui.

CHREMES, MENEDEMVS ſenex.

QVanq̄ hæc inter nos nuper notitia admodū eſt,
Inde adeo, q̄ agrū in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè ſanè amplius quicquam fuit,

*Captatio beneuolētiæ ab amicitia & ex uicinitate

Hæc amborũ ſenũ coniunctio & familiaritas multũ accõmodata ſequentibus rebus cẽſetur.

Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit ut te audacter moneam & familiariter,
Quod mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, & præterquam res te adhortatur tua.
Nam prò deum atq; hominum fidem, quid uis tibi?
Aut quid quæris? annos ſexaginta natus es,

* Propoſitio qua interrogat & obiurgat.

Aut plus eo, ut conijcio, agrum in his regionibus
Meliorem, neq; preti maioris nemo habet.
Seruos complureis, proinde quaſi nemo ſiet,
Ita attente tute illorum officia fungere.

Nimia ſenis inquietudo.

Nunquam tam mane egredior, neq; tam ueſperi
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre, deniq;
Nullum remittis tempus, neq; te reſpicis.

Obiectio tacita.

Hæc non uoluptati eſſe ſatis certo ſcio.
At enim dices, me quantum hic operis fiat, pœnitet.

Perpolita loquutio.

Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ,
Si ſumas in illis exercendis, plus agas. Me.

Dictũ in curioſos rerum alienarum.

Chreme, tantum'ne eſt ab re tua otij tibi,
Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent? Chr.
Homo ſum, humani a me nihil alienum puto.

† A` coniugatis.

Vel me monere hoc, uel percontari puta:

Rectum, id eſt, officioſum eſt.

Rectum eſt ego ut faciam, non ut deterream. Me.
Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. Ch.
An cuiq̃ eſt uſus homini ſe ut cruciet? Me. mihi eſt. Ch.

Nollem ſcilicet me cruciare laborãdo

Si quid laboris eſt, nollem, ſed quid iſthuc mali eſt?
Quæſo quid de te tantum meruiſti? Me. eheu. Ch.
Ne lachruma, atq; iſthuc quicquid eſt, fac me ut ſciam.

Ne retice, ne uerere, crede inquam mihi,
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero. Me.
Scire hoc uis? Ch. hac equidem cauſa qua dixi tibi. Me.
Dicetur. Ch. iſtos raſtros interea tamen
Depone, ne labora. Me. minime. Ch. quam rem agis? Me.
Sine me, uacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. Ch. non ſinam inquam. Me. ah, non æquum facis. Ch.
Hui, tam graueis hos quæſo? Me. ſic meritū'st meum. Ch.
Nunc loquere. Me. filium unicum adoleſcentulum
Habeo, at quid dixi habere me? imò habui Chreme:
Nunc habeam, necne, incertū'st. Chre. quid ita iſthuc? Men. ſcies:
Est è Corintho hic aduena anus paupercula,
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Prope iam ut pro uxore haberet, hæc clam me omnia.
Vbi rem reſciui, cœpi non humanitus,
Neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli
Tractare, ſed ui & uia peruolgata patrum,
Quotidie accuſabam: hem, tibi ne hæc diutius
Licere ſperas facere me uiuo patre?
Amicam ut habeas prope iam uxoris in loco?
Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo,
Dum quod te dignum'st facies: ſed ſi id non facis,
Ego quod me in te ſit facere dignum, inuenero.
Nulla adeo ex re iſthuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam,

His tribus rēbus adhibitis, nihil præterea in amicitia requirendum.

* Narrationem à perſonis ordiur.

Perdite, id eſt miſere.

† Stulti parētis animū depingit.

Accuſationē ſuā refert.

Amor ex otio prouenit.

* Conſiliū.

Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem, atq; ibi
Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res redijt, adoleſcentulus
*eum ponde re pronunciā da.* Sæpe eadem & grauiter audiendo uictus eſt.
Putauit me ætate & beneuolentia
Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi:
*Oratio tota pathetica.* In Aſiam ad regem militatum abijt Chreme. Ch.
Quid ais? Me. clā me profectus, mēſeis tres abeſt. Chr.
Ambo accuſandi: etſi illud inceptum, tamen
Animi eſt pudentis ſignum & non inſtrenui. Men.
Vbi comperi ex his qui ei fuere conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atq; animo ferè
*Attende diligentem familiam.* Perturbato atq; incerto præ ægritudine:
Aßido accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt.
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
*Apparare, eſt ad pompam parare.* Cœnam apparare: pro ſe quiſq; ſedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.
*Pathos.* Vbi uideo hæc, cœpi cogitare: hem, tot mea
Solius ſoliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant?
Anallæ tot me ueſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum unicum,
*Pariter id eſt, ſimul.* Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea eſt,
*Iniuſtitiam ſuam culpat.* Eum ego ieci hinc miſerum iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam, nam uſq; dum ille uitam illam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
*Suppli. da. id eſt me puniā* Interea uſq; illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens.

Ita facio prorſus,nihil relinquo in ædibus,
Nec uas,nec ueſtimentum,conraſi omnia,
Ancillas,ſeruos,niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo,facile ſumptum exerceant ſuum,
Omnes produxi ac uendidi,inſcripſi ilico
Aedes mercede,quaſi talenta ad quindecim
Coégi,agrum hunc mercatus ſum,hic me exerceo.
Decreui tantiſper me minus iniuriæ
Chreme meo gnato facere,dum fiam miſer:
Nec fas eſſe ulla me uoluptate hic frui,
Niſi ubi ille huc ſaluos redierit meus particeps. Ch.
Ingenio te eſſe in liberos leni puto,
Et illum obſequentem,ſi quis recte aut commode
Tractaret:uerum neq; tu illum ſatis noueras,
Nec te ille,hoc ibi fit,ubi non uere uiuitur.
Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes,
Nec tibi ille'ſt credere auſus,quæ eſt æquum patri.
Quod ſi eſſet factum,hæc nunquam eueniſſent tibi.Me.
Ita res eſt,fateor,peccatum à me maximum'ſt.Ch.
Menedeme,at porrò recte ſpero,illum tibi
Saluom affuturum eſſe hic confido propedtem.Me.
Vtinam dij ita faxint.Ch.facient,nunc ſi cōmodum'ſt,
Dionyſia hic ſunt,hodie apud me ſis uolo.Me.
Non poſſum. Ch.Cur non? quæſo tandem aliquantulum
Tibi parce,idem abſens facere te hoc uolt filius.Me.
Non conuenit,qui illum ad laborem impulerim,
Nunc meipſum fugere.Ch.ſiccine eſt ſententia?Me.
Sic.Ch.bene uale.Me.& tu.Ch.lachrymas excuſſit mi
Miſeretq; me eius,ſed ut diei tempus eſt, (hi,

Producere, foras ducere ſignificat,& productores qui uirgines ad quæſtum exponunt.
Particeps.i. hæres.
Liberos de unico filio dixit.
* Conſilium Chremetis.
Credere.i. committere.
Confeſſio
† Conſolat Chremes Menedemū.
Dionyſia, id eſt,orgia ſeu bacchanalia, quæ tertio quoq;anno celebrantur.

Monere oportet me hunc uicinum Phaniam,
Ad cœnam ut ueniat, ibo ut uiſam ſi domi eſt.
Prouerbiũ in cœnipetas. Nihil opus fuit monitore, iamdudum domi
Præſto apud me eſſe aiunt, egomet conuiuas moror.
Ibo adeo hinc intrò, ſed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quiſnam egreditur? huc conceſſero.

PETRVS MARSVS.

Quanquam, &c.) Illius patris affectus uehemens in utranq; partem, qui ætatis rationem non habens, adoleſcenti filio duras leges imponit: deinde paterno amore uictus, in contrarium mutatur, nec tenet mediũ in diſciplina domeſtica, quæ habet delectum rationi conuenientem, hac ſcena exprimitur: hominemq; ab homine, ea ratione qua homo eſt, non eſſe alienũ oſtenditur. Homo enim natus eſt, ut homini proſit, ſi uult uero humanitatis nomine cenſeri. Quapropter Cato apud Ciceronem libro tertio de finibus, ſic ait: Ex hoc naſcitur, ut etiam communis hominum inter homines naturalis ſit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob idipſum quòd homo ſit, nõ alienum uideri. Hic operis fiat, pœnitet.) Parum id uidetur, quod fit in opere ruſtico me ceſſante. Gellius *Pœnitet.* libro decimoſexto, loquẽs de propria ſignificatione huius uerbi pœnitet, ſic ait: Tametſi antiquiores uerbo ipſo alio quoque modo uſi *Homo.* ſunt, & pœnitet ab eo quod eſt pene, & à penuria dixerunt. Homo ſum, etc.) Seneca libro decimoquinto epiſtolarũ, ſic ait: Omne hoc quod uides, quo diuina atq; humana concluſa ſunt, unum eſt. Membra ſumus corporis magni, natura nos cognatos edidit. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit, illa æquum iuſtumq; impoſuit, ex illius inſtitutione miſerius eſt nocere quàm lædi, ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſti uerſus in pectore & in ore ſint: Homo ſum, nihil humani à me alienum puto, habeamus in cõmune quòd nati ſumus. Dũ fio miſer.) Cicero III. Tuſculan. ſic ſcribit: Quod ille Terẽtianus, ipſe ſe puniẽs decernit ut ſit miſer. Nũquis igitur quicquã decernit inuitus? Malo ſe dignũ deputat, niſi miſer ſit. vides ergo opiniones eſſe, nõ naturæ malũ.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic Cliniæ qui ex Aſia redierat, ingens de amica ſolicitudo exprimitur. Accedit & ſodalis opitulator Clitipho, qui aductum Cliniæ mira uoluntate patri Chremeti narrat. Qui deinde filio ſuo Clitiphoni uiuendi modum Cliniæ exemplo, tam pulchre q̃ moraliter præſcribit.*

# ACTVS I. SCENA II.

*Octonarij, & unus dimeter brachicatalecticus.*

CLITIPHO *adoleſcens*, CHREMES

Nihil adhuc eſt quod uereare Clinia, haudquaquam etiam ceſſant,
Et illam ſimul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie ſcio.
Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas. Ch.
Qui cum loquitur filius? Clit.
Pater adeſt, quem uolui, adibo, pater, opportune aduenis.
Ch. Quid eſt? Clit. hunc Menedemum noſtin' noſtrum uicinum? Ch.
Probe. Clit. huic filium ſcis eſſe? Chre. audiui in Aſia. Clit. non eſt pater,
Apud nos eſt. Ch. quid ais? Clit. aduenientem è naui egredientem ilico
Adduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo iam inde uſq; à pueritia
Sẽper fuit familiaritas. Ch. uoluptatẽ magnã nuntias.
Quàm uellem Menedemum inuitatum, ut nobiſcũ eſſet hodie amplius,

† Cõſolatio. * Perſequit fabulam Clĩniæ, ut palã fiat, q̃ modeſte amarit.

*opportune, id eſt, auſpicato.*

*Apud nos, id eſt, domi noſtræ.*

† ἀστιολογία. Familiaris et elegans locutio.

Nam inſperatū gaudiū maius eſſe ſolet.
† Confirmatio.
Clinia oīa timet.

Vt hanc lætitiā nec opinãti primus ei obijcerem domi.
Atq; etiam nunc tēpus eſt. Clit. caue faxis, nō eſt opus pater. Ch.
Quapropter? Clit. quia enim incertum 'ſt etiam quid ſe faciat: modo uenit,
Timet omnia, patris iram, & animum amicæ, ſe erga ut ſit ſuæ:
Eam miſere amat, propter eam hæc turba atq; abitio euenit. Ch. ſcio. Clit.

Ad eam ſciliçet accerſendam.
Eclipſes.
† Status finitiuus.
Miſer non eſt, cui hæc ſuppetunt.
Externorum bonorū fructus ab animo pendet.

Nunc ſeruolum ad eam in urbem miſit, et ego noſtrum unà Syrum. Ch.
Quid narrat? Clit. quid ille? ſe miſerū eſſe. Ch. miſerū? quem minus credere 'ſt?
Quid reliqui eſt quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona:
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias:
Atq; hæc perinde ſunt, ut illius animus qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona: illi qui non utitur recte, mala. Clit.
Imò ille fuit ſenex importunus ſemp, et nūc nihil magis
Vereor, q̃ ne quid in illam iratus plus ſatis faxit pater.

Sed rep. etc.
Hæc tacite ſecum.

Ch. ille' ne? ſed reprimam me, nam in metu eſſe hunc, illi eſt utile. Clit.
Quid tu tecum? Chre. dicam: ut ut erat, manſum tamen oportuit.

Alias præter
† Status finitiuus, nā probat Menedemum nō importunū eē.

Fortaſſe aliquãto iniquior erat propter eius libidinē.
Pateretur: nam quē ferret, ſi parentē non ferret ſuum?
Huncine erat æquum ex illius more, an illum ex huius uiuere? &

Quod illum inſimulat durũ, id non eſt, nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè: paulo qui eſt homo tolerabilis,
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier,
Præbent exigue ſumptum: & ea ſunt tamen ad uirtutem omnia.
Verum ubi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia: hoc
Scitũ'ſt, periculũ ex alijs facere, tibi quod ex uſu ſiet.
Clit. Ita credo. Ch. ego ibo hinc intrò, ut uideã nobis quid cœnæ ſiet.
Tu, ut tẽpus eſt diei, uide ſis nequò hinc abeas longius,

Callida et ſolers ſenis inuentio.

Ab æquo & honeſto.

Egregium ac probatum dictum.

Vt, pro quandiu.

PETRVS MARSVS.

Nihil adhuc eſt, &c.) Suſpicio amatoria, & timor hac ſcena deſcribitur, quæ monet filios, ut parentum habeant rationem, & illis obſequantur, qui omni ſtudio ſaluti filiorum conſulunt & honeſtati. Capiendumq; ex alijs docet exemplum, quod ex uſu noſtro fiet. Vnde Horatius in epiſtolis agens poëtarum partes, ſic canit:

Recte facta refert, orientia tempora notis
Inſtruit exemplis.—

Manſum tamen oportuit.) Manſum dicitur quaſi manſuetũ, quoniam omnia quæ fera ſunt, inquit Nonius, manuum crebro tactu miteſcunt. Scitum eſt.) Id eſt præclarum, & doctrina plenum, quæ confert uitæ degendæ cum decoro.

Manſum.

Scitum.

PAVLVS MALLEOLVS.

Solus hic Clitipho remanſit, qui de patre conqueritur, ut mos eſt adoleſcentum. Hi enim paterna præcepta ferè moleſte ferunt, præſertim cum ab amore dehortantur. Aperit quoq; conditionem famliarium: parentũ, qui ubi aliquantulum plus iuſto poti fuerint, ſat inconſiderate tum filijs coram ſua olim patrata facinora enumerant.

# ACTVS II. SCENA I.

Tetrametri.

CLITIPHO.

Querimonia Clitiphonis aduerſus patres.

† Adoleſcentes monitoribus aſperi ſunt.

Nā qui alias deliquit, delinquentibus facile parcit

Sententia.

Prouerbium.

Petulās filius patris præcepta contemnit.

* Depingit amica Cliniæ.

† Congeries. Religio, id eſt, metus.

QVàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcētes iudices,
Qui æquum eſſe cēſent, nos iam à pueris ilico naſcī ſenes,
Neq; illarū affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia?
Ex ſua libidine moderātur, quæ nūc ē, nō quæ olim fuit.
Mihi ſi unq̄ filius erit, næ ille facillime utetur patre.
Nā & cognoſcēdi & ignoſcēdi dabitur peccati locus.
Non ut meus, qui mihi per aliū oſtendit ſuā ſententiā.
Perij, is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora:
Nunc ait: periculū ex alijs facito, tibi quod ex uſu ſiet.
Aſtutus, næ ille haud ſat quàm mihi nunc ſurdo narret fabulam.
Magis nūc me amicæ dicta ſtimulant: da mihi, atq; affer mihi.
Cui quid reſpondeam nihil habeo, neq; me quiſquam eſt miſerior.
Nam hic Clinia, & ſi is ſuarum rerū ſatagit, attamen
Habet bene ac pudice eductā, ignarā artis meretriciæ:
Mea'ſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.
Tum quod dem ei, recte'ſt, nam nihil eſſe mihi religio eſt dicere.
Hoc ego mali non pridem inueni, neque etiamdum ſcit pater.

PETRVS MARSVS.

Quàm iniqui ſunt patres, &c.) Cenſuram paternam adoleſcentulo uoluptatibus dedito, moleſtam eſſe docet hæc ſcena. Iuuenis enim cum Venereis facibus æſtuat, & cum perturbatione uiuit, uitam frugalem declinat, nondum expertus indigētiam, quæ mortales reddit induſtrios, & ideo ſurdis auribus rationem audit monentem. Vnde ſi perſeuerat, fit inutilis & malus. Quapropter in primo Moralium, ſic ſcribit Ariſtoteles. Illis iuuenibus utilem eſſe doctrinam de moribus & monitiones, qui ſuos appetitus rationi ſubijciunt, & agunt cum ratione.

PAVLVS MALLEOLVS.

Mira amantis ſolicitudo in hac ſcena exprimitur, cui amicam expectanti, hora dies, dies uero annus uidetur. Amor enim res eſt ſuſpicionis plena. Clinia itaq; dilatione & mora Antiphilæ amicæ uehementer torquetur.

# ACTVS II. SCENA II.

Eiuſdem rationis.

CLINIA, CLITIPHO adoleſcentes.

SI mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, iamdudum ſcio,
Veniſſent: ſed uereor ne me abſente mulier corrupta ſit.
Cōcurrunt multæ opiniōes, quæ mihi animū exaugeāt:
Locus, occaſio, ætas, mater ſub imperio cuius eſt mala.
Cui nihil iam præter pretiū dulce' ſt. Clit. Clinia. Clin. heu miſero mihi. Clit.
Etiā caues, ne uideat forte hinc te à patre aliquis exiēs?
Clin. Faciam, ſed neſcio quid profecto mihi animus præſagit mali. Clit.
Pergin' iſthuc prius dijudicare, q̄ ſcis qd ueri ſiet? Clin.

*De ſuis amoribus ipſe Clinia loquitur. Variæ corruptionis ſuſpiciones.

† πάθος.

* Pathos anxiæ expectātis, & omnia ſolicite metuentis & ſuſpicantis.

Si nihil mali eſſet, iam hic adeſſet. Clit. iam aderunt.
Clin. quando iſthuc erit?

† Cõfutatio ſuſpicionum. Prouerbium de cultu & mora mulierum.

Clit. Non cogitas hinc lõgius abeſſe? & noſti mores mulierum?
Dum moliũtur, dũ comũtur, annus eſt. Clin. ò Clitipho,
Timeo. Clit. reſpira, eccum Dromonem, cum Syro unà
adſunt tibi.

PETRVS MARSVS.

Si mihi, etc.) Amantis animus moræ q̃tumuis breuis impatiẽs, hac ſcena exprimitur. Aeſtu nanq; amoris fluctuans, rei Venereæ amator diſtrahitur: & rationis normam deſpiciens, id affectat quod ſibi propoſuit. Ariſtoteles in Moralib. ſic ait: Quod ſi magnæ ſint uehementesq́; cupiditates, rationem quoq; extrudũt atq; eijciunt: quamobrem mediocres ſint ipſæ & perpaucæ, ac rationi non aduerſentur oportet. Dum moliũtur, &c.) Id eſt, dum ſe præparãt multiplici cultu, ædificant formam uarijs rebus. Inde demoliri, eſt deſtruere id quod ædificatum eſt. Comuntur.) Id eſt ornantur in capillis, quos calamiſtro digerunt in cincinnos.

Demoliri. Comere.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc ſcena plena eſt timoris & ſuſpicionis, quibus Clinia & Clitipho magnopere afficiuntur. Verum Syrus utriq; ſuccurrit, tollendo quoad poteſt ſuſpiciones & formidinem. Is inter narrandum, pudicam Antiphilæ uitam & mores aperit, quo ingenti Cliniam gaudio perfundit, tandem Bacchidem Clitiphonis amicam, mira confidentia ad cœnam patre quoq; præſente adducit: hanc tamen fingit eſſe Cliniæ, ita aſtute, ut et Clitiphoni gratificetur, & eius patrem minime offendat.

# ACTVS II· SCENA III·

Tetrametri ac trimetri, partim legitimi, partim ſeptenarij.

SYRVS, DROMO ſerui,
CLINIA, CLITIPHO.

Ain' tu? Dro. ſic eſt. Syr. uerum interea dum ſer mones cedimus,
Illæ ſunt relictæ. Clit. mulier tibi adeſt, audin' Clinia? Clin.
Ego uero audio, nunc demum & uideo & ualeo Clitipho.
Clit. Minime mirum, adeo impeditæ ſunt, ancillarum gregem
Ducunt ſecum. Clin. perij, unde illi ſunt ancillæ? Cliti. men' rogas? Sy.
Non oportuit relictas, portant quid rerum. Clin. hei mihi. Sy.
Aurum, ueſtem, & ueſperaſcit, & non nouerunt uiam.
Factum à nobis ſtulte eſt, abidũ tu Dromo illis obuiam
Propere, quid ſtas? Clin. uæ miſero mihi, quanta de ſpe decidi? Clit.
Quid iſthuc? quæ res te ſolicitat autem? Clin. rogitas quid ſiet?
Viden' tu ancillas, aurum, ueſtem, quam ego cum una ancillula
Hic reliqui? unde eam eſſe cenſes? Clit. uah, nũc demum intelligo. Sy.
Dij boni, quid turbæ' ſt? ædes noſtræ uix capient ſcio.
Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?
Sed uideo eccos quos uolebam. Clin. ô Iupiter, ubinam eſt fides?
Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interea loci

* Vt & Cliniæ & Antiphilæ modeſtia clari⁹ innoteſceret, fingit poeta primũ ægre ferentẽ Cliniam & ſuccenſentẽ Antiphilæ (ſic enim putabat) luxui.

Quid rerũ, pro aliquas res.

Suſpicio Cliniæ.

Vah, irridentis eſt.

cliniæ exclamatio ad amicam.

Collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis?

Propter quã in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens,

Cuius nunc pudet me & miſeret, qui harum mores cantabat mihi

Monuiſſe fruſtra, neq; potuiſſe unquam ab hac me expellere.

Quod tamen nunc faciam: tunc cum gratum mihi eſſe potuit, nolui.

Nemo eſt miſerior me. Sy. hic de noſtris uerbis errat uidelicet,

Quæ hic ſumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem atque eſt, accipis:

Nam & uita eſt eadẽ, & animus te erga idem ac fuit.

Quantum ex ipſa re coniecturam fecimus. Clin.

Quid eſt obſecro? nã mihi nunc nihil rerũ omnium 'ſt

Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier. Sy.

Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores, anus

Quæ eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit.

Ea obijt mortem, hoc ipſa in itinere alteræ

Dum narrat, forte audiui. Clit. quænã eſt altera? Sy.

Mane, hoc quod cœpi, primum enarrem ô Clitipho,

Pòſt iſthuc ueniam. Clit. propera. Sy. iam primũ oĩm.

Vbi uentum ad ædeis eſt, Dromo pultat fores:

Anus quædam prodit, hæc ubi aperuit oſtium,

Continuo hic ſe coniecit intrò, ego conſequor.

Anus foribus obdit peſſulum, ad lanam redit.

Hinc ſciri potuit (aut nuſquam alibi) Clinia,

Stomachoſe harũ de una tantũ, atque ea præſente.

Videlicet, & ſcilicet, amaritudinẽ habent.

Alteræ, pro alteri.

Sic incipit, multa pudiciniæ ſigna narraturus.

Vehemẽs pudicitiæ coniectura.

Quo ſtudio uitam ſuam te abſente exegerit.
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri,
(Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam
Quotidianæ uitæ conſuetudinem,
Quæ cuiuſq; ingenium ut ſit, declarat maxume)
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus,
Mediocriter ueſtitam ueſte lugubri,
Eius anuis cauſa (opinor) quæ erat mortua:
Sine auro tum ornatam, uti quæ ornantur ſibi,
Nulla mala re expolita muliebri.
Capillus paßus, prolixus, circum caput
Reiectus neglegenter, pax. Clin. Syre mi, obſecro
Ne me in lætitiam fruſtra conijcias. Sy. anus
Subtegmen nebat, præterea una ancilla erat,
Ea texebat unà, pannis obſita,
Neglecta, immunda illuuie. Clit. ſi hæc ſunt Clinia
Vera, ita uti credo, quis te eſt fortunacior?
Scin' hanc, quam dicit ſordidatam & ſordidam?
Magnum hoc quoque ſignum 'ſt, dominam eße extra noxiam,
Cum eius tam negleguntur internuntij.
Nam diſciplina eſt, eiſdem munerarier
Ancillas primũ, ad dominas qui affectant uiã. Clin.
Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam
Studeas inire, quid ait ubi me nominas? Sy.
Vbi dicimus rediße te, & rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuo, & lachrymis opplet os totum ſibi,
Vt facile ſcires deſiderio id fieri tuo. Clin.

Cultus et uictus familiaris uitam iudicant.
† Ab opere.
† A' ueſtitu.
Pax, iurãtis.
Subtegmen filum in ſtamine currẽs
Sordities pudicitiæ ſignũ
Præceptum amatorium.
Affectãt, id eſt, parant.
† A' ſignis.
Ex nimio gaudio lachrymatur.

Gaudij uehementia.

Præ gaudio(ita me dij ament)ubi ſim neſcio,
Ita timui. Clit. at ego nihil eſſe ſciebam Clinia.
Agedum uiciſſim Syre, dic, quæ illa 'ſt altera? Sy.

* Depingit Bacchidē cōferendā cum Antiphila. Eſtq; reliquæ fabulæ hæc protaſis.

Adduamus tuam Bacchidem. Clit. hem, quid Bacchidē?
Eho ſceleſte, quò illam adducis? Sy. quò ego illam? ad nos ſcilicet. Clit.
Ad patrem' ne? Sy. ad eum ipſum. Clit. ô hominis impudentem audaciam.
Sy. Heus, non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. Clit.
Hoc uide, in mea uita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus.
Vbi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim.
Quid illò facias? Sy. at enim. Clit. quid enim? Sy. ſi ſinas, dicam. Clin. ſine. Clit.

Oratio imperfecta ob Clitiphonis interruptionem.

Sino. Sy. ita res eſt, hæc nunc quaſi cum. Clit. quas malum ambages mihi
Narrare occipit? Clin. Syre, uerum hic dicit, mitte, ad rem redi. Sy.

† Accuſatio. Iniurius.

Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius
Clitipho eſt, neq; ferre potis eſt. Clin. audiendum hercle eſt, tace. Sy.

Ironicos.

Vis amare, uis potiri, uis quod des illi effici,

* Exponit cōſilium ſuum, eſtq; hæc huius fabulæ ꝓtaſis.

Tuū eſſe in potiūdo periculū nō uis, haud ſtulte ſapis:
Siquidem id ſapere eſt, uelle te id quod nō poteſt contingere.
Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt:

Cōditionū .i. optionum.

Harum duarum conditionum nunc utram malis uide,

† Laus cōſilij

Etſi conſilium quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio.

Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſit co
pia'ſt.
Tum quod illi argetum es pollicitus, eadem hac inue-
niam uia.
Quod ut efficerem, orando ſurdas iam aureis reddide
ras mihi. †Hyperbole.
Quid aliud tibi uis? Clit. ſiquidem hoc fit. Sy. ſiquidem
experiundo ſcies. Clit. Repetitio cũ ſtomacho.
Age age, cedo iſthuc tuum conſilium, quid id eſt? Sy. aſ-
ſimulabimus Aage age, hortantis.
Tuam amicam, huius eſſe amicam. Clit. pulchre, cedo
quid hic faciet ſua? †Conſilium. †Q.d. Si non ſatis eſt magnũ dedecus unam habere amicam, addamus duas.
An ea quoq; dicet huius, ſi una hæc dedecori eſt parũ?
Sy. Imò ad tuam matrem deducetur. Clit. quid eò? Sy.
longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam, uera cauſa eſt.
Clit. fabulæ. Matrem Soſtratam. ſ.
Nihil ſatis firmi uideo, quamobrem accipere hunc mi-
hi expediat metum. Accipere, pro ſubire.
Sy. Mane, habeo aliud, ſit iſthuc metuis, quod ambo con
fiteamini
Sine periculo eſſe. Clit. huiuſmodi obſecro aliquid re-
peri. Syr. maxime. Stultus amator irridẽti credit.
Ibo obuiam his, dicã ut reuortantur domum. Clit. hem
Quid dixti? Sy. ademptũ tibi iam faxo omnẽ metum,
In aurem utramuis otioſe ut dormias. Clit. †παροιμία.
Quid ago nunc? Clin. tu'ne? quod boni'ſt. Clit. Syre,
dic modo
Verũ. Sy. age modo, hodie ſero ac nequicq̃ uoles. Clin.

*Sententia amatoris Ariſtippica.* Aeſtuat magis ob Syri diſceſſum.

Datur modo, fruare dum licet: nam neſcias
Eius ſit poteſtas poſthac, an unquam tibi. Clit.
Syre inquam. Sy. perge porro, tamen iſthuc ago. Clit.
Verum hercle iſthuc eſt Syre, Syre inquam, heus heus
Syre. Sy.
Cõcaluit. quid uis? Clit. redi, redi, Sy. adſum, dic, qd eſt?

Attẽde amãtis uecordiã qui famã ſeruo cõmittit. †Monet ſeruum. Verba ſcilicet obiurgatoria.

Iam hoc quoq; negabis tibi placere? Clit. imò Syre,
Et me, & meum amorẽ, & famam permitto tibi.
Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis uide. Sy.
Ridiculum eſt iſthuc me admonere Clitipho,
Quaſi iſthic minor mea res agatur, q̃ tua.
Hic ſi quid nobis forte aduerſi euenerit,
Tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera:
Quapropter neutiq̃ hæc res neglectui' ſt mihi.
Sed iſtum exora, ut ſuam eſſe aſſimulet. Clin. ſcilicet
Facturum me eſſe, in eum iam res rediit locum,
Vt ſit neceſſe. Clit. merito te amo Clinia. Clin.

Titubet, id ẽ uacillet. Quos, amatores. †γνώμη: γνῶθι καιρόν. Arte, ſcilicet meretricia.

Verum illa ne quid titubet. Sy. perdocta' ſt probe. Clit.
At hoc demiror, qui tam facile potueris
Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere. Sy.
In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium 'ſt
Primum, nam miſere quendam offendi militem
Eius noctem orantem: hac arte tractabat uirum,
Vt illius animum cupidum inopia accenderet,
Eademq; ut eſſet apud te ob hoc quamgratiſſima.

Adhortatio. Perſpicaciã Chremetis, ac incontinẽ

Sed heus tu, uide ſis ne quid imprudens ruas.
Patrem nouiſti ad has res quàm ſit perſpicax.
Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impotens,
Inuerſa uerba, euerſas ceruices tuas,

Gemitus, ſcreatus, tuſſeis, riſus abſtine. Clit. †congeries. Vide ſis, uul tuoſe pronũtiandum.
Laudabis. Sy. uide ſis. Clit. tutemet mirabere. Sy.
Sed quàm cito ſunt conſecutæ mulieres? Clit.
Vbi ſunt? cur retines? Sy. iam nũc hæc nõ eſt tua. Clit.
Scio apud patrẽ, at nũc interim? Sy. nihilo magis. Clit. †Apoſiopeſis
Sine. Sy. non ſinam inquam. Clit. quæſo pauliſper. Sy. ueto. Clit.
Saltem ſalutare. Sy. abeas ſi ſapis. Clit. eo.
Quid iſthic? Sy. manebit. Clit. ô hominem felicem. Sy. ambula. Felicem, quia cũ amica manebit.

## PETRVS MARSVS.

Ain' tu, &c.) Facilem amantis ſuſpicionẽ, & uarios affectus habet hæc ſcena Quos leuis excitat coniectura in his, quorum animus ſolicitus eſt & pendet. Sineq́; periculo non fieri magnum facinus ac memoria dignum oſtendens, ingenuum adoleſcẽtem, ſed compede uenerea ligatum, uiliſſimi ſerui cuius lenocinio utitur, ſeruum fieri docet: quod turpe eſt, illis præſertim, quorum natales clari habentur, & talem fortunam nacti ſunt, ut ad imperandum non ad ſeruiendum nati uideantur. Cicero in Paradoxis ſic ſcribit: Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelis. Quis igitur uiuit ut uult, niſi qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi uia conſiderata atq; prouiſa, qui legibus quidem non propter metum paret, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat deniq;, niſi libẽter ac libere? Cuius omnia conſilia, resq́; omnes quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur, eodemq́; referuntur. Nec eſt ulla res, quæ apud ipſum polleat quàm uoluntas atq; iudicium. Igitur omnes improbi ſerui, inquit. Hominem, cui mulier imperat, & nihil imperanti negare poteſt, non modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandũ puto. Capillus paſ. etc.) Pax, id eſt tantummodo. Priſcianus ſic ait: Pax eſt Græcũ, cum tantummodo ſignificat. Non fit ſine, &c.) Xerxes apud Herodotum libro ſeptimo ſic ait: Magna negotia magnis cũ periculis fiũt. [Libertas. — Pax.]

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena, meretricum conditionem exprimit, quod non potuit competẽtius exequi quàm per Bacchidem, quæ nomini meretricio in primis fauet. Et cum alibi quoq; reprehendantur, nihil aliud ex adoleſcentium amore quærere, quàm pecuniarum extorſionem, hic etiam iucunda amantium congreſſio, à poëta ſignificanter exprimitur.*

# ACTVS II. SCENA IIII.

*Tetrametri.*

BACCHIS *meretrix,* ANTIPHILA *amaſia,* CLINIA, SYRVS.

** Spargit in perſonas deſcriptionem Bacchidis & Antiphilæ, ut appareat honeſte amaſſe Cliniam.*

Edepol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,
Id cum ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles forent.
Minimeq́; (ita me dij ament) miror, ſi te ſibi quiſq; expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio,
Et cum egomet nunc mecum in animo uitam tuam conſidero,

*Segregãt, id eſt, non promiſcue quoſq; recipiunt.*

Omniumq́; adeo noſtrarũ, uolgus quæ ab ſe ſegregant,
Et uos eſſe iſtiuſmodi, & nos nõ eſſe haud mirabile'ſt.
Nam expedit bonas eſſe uobis: nos quibus cum res, non ſinunt.

*Amatores formæ.*

Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt:
Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò cõferunt:
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertæ uiuimus.
Vobis cum uno ſimul ubi ætatem agere decretum'ſt uiro,

Cuius mos maxime eſt conſimilis uoſtrum, hi ſe ad uos applicant.
Hoc beneficio utriq; ab utriſq; uero deuincimini,
Vt nunquam ulla amori ueſtro inàdere poßit calamitas. Ant.
Neſcio alias: me ſcio quidem ſemper fecißſe ſedulo, ut
Ex illius commodo meum compararem commodum. Clin. uah
Ergo mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis.
Nam dũ abs te abſum, omnes mihi labores fuere (quos cepi) leues,
Præterquam tui carendum quod erat. Sy. credo. Clin. Syre, uix ſuffero,
Hoccine me miſerum non licere meo modo ingenio frui.
Sy. Imò ut patrem tuum uidi eße habitum diu, duras dabit. Bac.
Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos? An. ah, retine me obſecro.
Bac. Amabo, quid tibi eſt? Ant. diſperij. Bac. perij miſera, quid ſtupes
Antiphila? Ant. uideon' Cliniam, an non? Bac. quem uides? Clin.
Salue anime mi. Ant. ô mi Clinia, ſalue. Clin. ut uales? Ant.
Saluum ueniße gaudeo. Clin. teneo ne te
Antiphila, maxime animo exoptata meo? Sy.
Ite intrò, nam uos iamdudum expectat ſenex.

Laus à pudicitia.

Commendatio à fide in uirum.

*Mire opportunum ethos.

Neſcio alias.

Tui carẽdũ, pro te carendum.

Eclipſis.

Præ nimio gaudio cõſternatur.

Patheticæ et amatoriæ locutiones.

†Sunt qui referunt ad nimium animi affectũ, alij uolunt eũ dubitantẽ de fide & cõſtantia amoris in ſe, rogare.

PETRVS MARSVS.

Virtutis laus.

Aedepol te mea,&c.)Tanti eſſe honeſtatem, ut etiam ore me retricio commendetur, docet hæc ſcena. Quapropter Seneca ſic ſcribit: adeo gratioſa eſt uirtus, ut inſitum ſit etiam malis probare meliora,& maximum habemus hoc naturæ meritum, quod uirtus in omnium animos lumen ſuum permittit, etiam qui nō ſequuntur, illam uident. Virtus (inquit) nō recipit ſordidum amatorem. Soluto ad illam ſinu ueniendum eſt: Cicero ſic ſcribit in Lælio: Nihil eſt amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem, eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus.

PAVLVS MALLEOLVS.

Veri amici officium à Terentio q̃ pulcherrime in hac ſcena deſcribitur. In qua profecto amicus amico gaudij inſperati maximo cum affectu,& nuntium ſimul & conſilium affert. Tum Menedemus filium ſuum licenter poſthac educare inſtituit, cui id magnopere ob uarias cauſas diſſuadet Chremes, ſed cum illi Menedemus minus ea in re auſcultat, ſaltem hoc tandem perſuadet, ne filio lenem nimis erga ipſum animum quoquo pacto credat.

# ACTVS III. SCENA I.

Tetrametri, ac trimetri.

CHREMES, MENEDEMVS.

ceſſo, id eſt, tardo deſidioſus.

LVceſcit, hoc iam ceſſo pultare oſtium
Vicini? primum ex me ut ſciat ſibi filium
Rediſſe, etſi adoleſcentem hoc nolle intelligo.

Verus amicus tam dolore quàm gaudio afficitur.

Verum cum uideam miſerum hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam inſperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex iudicio ſiet?
Haud faciam, nam quàm potero adiutabo ſenem,

† Ab exemplo.

Ita ut filium meum amico atq; æquali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotijs,

Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. Me.
Aut ego profecto ingenio egregie ad miſeriam
Natus ſum, aut illud falſum' ſt, quod uulgo audio
Dici, DIEM ADIMERE ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo, & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſidero. Ch.
Sed ipſum foras egreſſum uideo, adibo, alloquar.
Menedeme ſalue, nuntium adporto tibi,
Cuius maxime te fieri participem cupis. Me.
Nunquidnam de gnato meo audiſti Chreme? Ch.
Valet, atque uiuit. Me. ubinam eſt quæſo? Ch. apud me domi.
Me. Meus gnatus? Chre. ſic eſt. Men. uenit? Ch. certe. Me. Clinia
Meus uenit? Ch. dixi. Me. eamus, duc me ad eũ obſecro.
Ch. Non uult te ſcire ſe rediſſe, etiam & tuum
Conſpectum fugitat propter peccatum: tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua, etiam adaucta ſit. Me.
Non tu ei dixiſti ut eſſem? Ch. nõ. Me. quãobrẽ Chreme?
Ch. quia peſſime iſthæc in te atq; in illum conſulis,
Si te tam leni & uicto eſſe animo oſtenderis. Me.
Non poſſum, ſatis iam ſatis pater durus fui. Ch. ah,
Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parſimonia:
In eandem fraudem ex hac re atq; ex illa incides.
Primum, olim potius, quàm paterere filium
Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,

Nã pares cũ paribus facile congruũt.
† Querela.
Vulgatum dictum.

† Amici eſt, amicum conſolari.
Suſpicio ex mira ſolicitudine.
† ὑστερολογία
Præ gaudio idem crebro repetit.
Verecundia filij.
Patris duritia.
Menedemi conſilium arguit.
* Cõſultatio ſenũ, in qua uideas quantum fallatur Chremes, eſt q; hæc paraſceue turbarum quæ ſequuntur.

Proterruiſti hinc: ea coacta ingratis,
carpit nimiã largitatẽ ſenis.
Poſt illa cœpit uictum uolgo quærere.
Nunc cum ſine magno detrimento non poteſt
Haberi, quiduis dare cupis, nam ut tu ſcias,
Quàm ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet,
† Amplificatio à minori.
Primum iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
Oneratas ueſte atq; auro, ſatrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
Nedum tu poſſis. Me. eſt ne ea intus? Ch. ſit rogas?
Senſi, nam ei unam cœnam atq; eius comitibus
Dedi: quòd ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet.
Pitiſſare, eſt parce uinum tentandi gratia deguſtare.
Nam ut alia omittam, pitiſſando modò mihi
Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens, aſperum
Pater hoc eſt, aliud lenius, ſodes uide.
Releui dolia omnia, omnes ſerias,
† μίμησις.
Omnes ſolicitos habui: atq; hæc una nox:
† Seria, eſt uas oblõgum et arctũ, uſus hac uoce Liuius in quarta & tertia Decade.
Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent?
Ita me dij amabunt, ut tuarum miſeritum 'ſt
Menedeme fortunarum. M. faciat quod libet,
Sumat, conſumat, perdat, decretum 'ſt pati,
Dum illum modo habeam mecum. Ch. ſi certum eſt tibi
Sic facere, id permagni referre arbitror,
Auxeſis.
Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare. Me.
Sũma patris indulgentia.
Quid faciam? Ch. quiduis potius quàm quod cogitas:
Per alium quemuis ut des, falli te ſinas
Sanũ Chremetis conſilium.
Technis per ſeruulum, et ſi ſubſenſi id quoq;
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.
Serui fraudẽ cõmentãtur,
Syrus cum illo ueſtro conſuſurrat, conferunt
Conſilia adoleſcentes, & tibi perdere

Talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, ſed illud, quo modo
Minimo periculo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius perditurum te tuam uitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, hui
Quantam feneſtram ad nequitiam pateféceris?
Tibi autem porrò ut non ſit ſuaue uiuere?
Nam DETERIORES omnes ſumus licentia,
Quodcunq; inciderit in mentem, uolet: neq; id
Putabit, prauum an rectum ſiet quod petet.
Tu rem perire & ipſum, non poteris pati.
Dare denegabis? ibit ad illum ilico,
Quo maxime apud te ſe ualere ſentiet,
Abiturum ſe abs te eſſe ilico minabitur. Me.
Videre uerum, atq; ita uti res eſt, dicere. Ch.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem. Me.
Cedo dexterā, porrò te idem oro ut facias Chreme. Ch.
Paratus ſum. Me. ſcin' quid nunc te facere uolo? Ch.
Dic. Me. quod ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere, cupio illi dare
Quod uolt, cupio ipſum iam uidere. Ch. operam dabo.
Syrus eſt prehendendus atq; adhortandus mihi.
A' me neſcio quis exit, concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paululum negotij mihi obſtat: Symus & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus,
Me cepere arbitrum, ibo ac dicam, ut dixeram

Modus conſilij per ornatum prouerbium.
† πρόληψις.

† παροιμία.

Adagiū probatiſſimum.
† αἰτιολογία.
Putabit, id ē, pēſi habebit.
Obiectio.

Approbatio conſilij.
† O' rarum amicum.
Mos orantiū et confirmantium.

Affectus paternus.

Argumentū prudentiæ Chremetis.

Operam daturum, me hodie non poſſe his dare.
Continuo hic adero. Me. ita quæſo, dij uoſtram fidem,
Percelebris ſententia. Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius ut uideant & iudicent
† Locus communis. Quàm ſua: an eò fit, quia in re noſtra aut gaudio
Ratio cur id contingat. Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus ſapit, q̃ egomet mihi? Chr.
Verba redeũtis Chremetis. Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem.

PETRVS MARSVS.

Luceſcit, &c.) Affectus paternus nimis uehemens in utranq; partem, nec medietatem illam aliquando ſeruans, quæ eſt ſecundum rectam rationem & modum uiuẽdi politicum, hac ſcena exprimitur. Interdum quippe pater nimis durus eſt in diſciplina domeſtica, interdum nimia indulgentia & facilitate, filiorum mores corrumpit, amore ipſum decipiente, quo filio tanquam aliquid ex ſeipſo proſequitur. Vnde Ariſtoteles in quarto Moralium ſic ait: Omnes amant ſua opera, ut parentes atq; poëtæ. Quod autẽ à medio rationis exorbitat, uituperatur in primis. Vnde Horatius in Sermonibus:

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra citráq; nequit conſiſtere rectum.

Et alibi:

Cum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt,
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum,
Nil medium eſt. –

Ea coacta ingratis.) Aduerbialiter ponitur, id eſt, inuito animo.
Detrimentũ. Sine magno detrimento.) M. Varro ſic ait: Detrimentum dicitur
Intrimentũ. à detritu, quòd ea quæ trita ſunt, minoris ſint pretij. Intrimẽtum ab eo quòd duo uel tria intem ſe trita & diminuta ſint. Satrapes
Satrapes. ſi fiet amator.) Satrapes lingua Perſica dicitur, qui præeſt urbi
Relino. & prouinciæ. Releui dolia omnia, &c.) Id eſt, reſignaui & aperui. Lino, lini, liui, & leui. Inde relino, releui. Dij ueſtram fidem,

&c.)Excitandam eſſe rationem, & inſtituendam eſſe cupiditatem, docet hic locus, ut mediocritas illa ſeruetur in uita actiua & cupiditatibus, quæ eſt inter nimium & parum, & recte monenti parendum eſſe monet, ne in actionibus error fiat. Ariſtoteles in fine primi uoluminis Ethicorum, ſic ait: Hanc autem partem ratione uacantem, rationi obtemperare, admonitiones, increpationes, & cohortationes inducunt, aliena ut melius uideant. Seneca ſic ait: Aliena uitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Horatius in Sermonibus, ſatyra tertia:

Mediocritas

Alienorum iudicium.

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena iucundus error continetur, quo Chremes à ſeruo decipitur, nam credit Syrum Menedemo fallaciam intendere, dum ea ſibi tenditur, & ſic herus ſeruum inſtruit, inſtigatq́; ad fallendum alterum, quod profecto in ſeipſum torquetur.

## ACTVS III. SCENA II.

Senarij.

SYRVS, CHREMES.

HAc illac circuncurſa, inueniendum eſt tamen
Argentum, intendenda in ſenem fallacia. Ch.
Num me fefellit hoſce id struere? uidelicet
Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus,
Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Sy.
Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audiuit? Ch. Syre. Sy. hem. Ch.
Quid tu iſthic? Sy. recte. equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui heri tantũ biberis. Ch. nihil nimis. Sy.
Nihil narras? uiſa uero eſt (quod dici ſolet)
AQVILAE ſenectus. Ch. eia. Sy. mulier commoda &

Syrus hæc ſecum.

Falſa Chremetis coniectura.

† παροιμιακῶς.

Syrus callide à propoſito diuertit.

Prouerbiũ ĩ ſenes bibaculos.

Faceta hæc eſt meretrix. Ch. ſanè idē uiſa eſt mihi. Sy.
Equidem hercle forma luculenta. Ch. ſic ſatis. Sy.
Ita non ut olim, ſed uti nunc, ſanè bona.
Minimeq; miror, Clinia hanc ſi deperit. — Deperit, id eſt, ardenter amat.
Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atq; aridum:
Vicinum hunc noſtin'? at quaſi is non diuitijs — * Occaſio fallēdi ſenis.
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' eſſe factum ut dico? Ch. quid ego neſciam — † Amphibolō eſt, incertum enim eſt, an de ſeruo Syro, an Dromone dicat.
Hominē piſtrino dignū? Sy. quem? Ch. iſtum ſeruulum
Dico adoleſcentis. Sy. Syre, tibi timui male. Ch.
Qui paſſus eſt id fieri. Sy. quid faceret? Ch. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde eſſet adoleſcenti, amicæ quod daret, — Inſtitutio fallaciæ à ſene in ſenem, immo in ſeipſum.
Atq; hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem. Sy.
Garris. Ch. hæc facta ab illo oportebant Syre. Sy.
Eho quæſo laudas qui heros fallunt? Ch. in loco
Ego uero laudo. Sy. recte ſanè. Ch. quippe, quia
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt: — Sic phyſici ægrotos ſæpe fallunt.
Iam huic manſiſſet unicus gnatus domi. Sy.
Iocon' an ſerio illæc dicat neſcio, — † A' circunſtantijs.
Niſi mihi quidem addit animum quo libeat magis. Ch.
At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo — † Ab utili.
Abeat, cum tolerare huius ſumptus non queat? — A' re ipſa propoſitū.
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? Sy. ſtolidus eſt. Ch. — Denuo Syrū inſtigat.
At te adiutare oportet, adoleſcentuli — Translatio à machinis bellicis
Cauſa. Sy. facile equidem facere poſſum, ſi iubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat calleo. Ch.

Tanto hercle melior. Sy. non eſt mentiri meum. Ch. — Calliditatẽ ſerui laudat.
Fac ergo. Sy. at heus tu facito, dum eadem hæc memineris,
Si quid huius ſimile forte aliquando euenerit, — Præmonitio de filij amore.
Vt ſunt humana, tuus ut faciat filius. Ch.
Non uſu ueniet ſpero. Sy. ſpero hercle ego quoq;,
Neq; eo nunc dico, quòd quicquam illum ſenſerim. — Tollit obiurgandi occaſionem.
Sed ſi quid, ne quid: quæ ſit eius ætas uides.
Et næ ego te (ſi uſus ueniat) magnifice Chreme — †Ab ætate.
Tractare poßim. Ch. de iſthoc cum uſus uenerit,
Videbimus quid opus ſit, nunc iſthuc age. Sy.
Nunquam commodius unquam herum audiui loqui,
Nec cum malefacerem crederem mihi impunius — Trimeter mi expetit, non mihi.
Licere, quiſnam à nobis egreditur foras?

PETRVS MARSVS.

Hac illac circuncurſa, &c.) Seruum cuius ingenium eſt fallax, oblatam opportunitatem arripere, ut inſidiari liceat impune & decipere, docet hæc ſcena. Vir quippe malus impunitate propoſita, ſcelere ſe inquinat, bonus autem, uitium auerſatur & fugit propter eius deformitatem. Vnde Horatius in epiſtolis: — Mali cõditio Boni cõditio.

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ,
Tu nihil admittas in te formidine pœnæ,
Sic ſpes fallendi miſcebit ſacra profanis.

Aquilæ ſenectus.) Ariſtoteles libro nono dicit de moribus ac ſtudijs uolatiliũ: Seneſcẽtibus aquilis roſtrũ ſuperius accreſcit, curuatur'q; magis et magis, ut demũ fame intereant. Cui rei data eſt fabula, ut hoc ita accidat aquilæ, quoniã cũ olim homo eſſet, hoſpiti iniuriam intulerit. At quaſi is non diuitijs abun. &c.) Id eſt, ſi nõ large utetur diuitijs, & abunde ſuppeditabit filio pecunias, iterũ coactus inopia fugiet. In loco.) Id eſt, aliquando cum oportet. — Aquila quomodo moriatͬ — In loco.

Fabricã fingere. Stolidus. Callidus.

Fabricam fingit.) Id eſt, commẽtum atq; fallaciam. Stolidus es.) Id eſt, imprudens, et nullam habens ſolertiam, nullum ingenij acumen huic fabricæ conueniens. Quo pacto id fieri ſolet calleo.) Id eſt ſcio propter longum uſum, nam callidi dicuntur illi, quorum animus uſu occalluit, ut manus aſſiduo opere. Te, ſi uſus ueniat.) Id aliquid tibi ſine auaritia ſurripere. Effice inquit, ſi uſus uenerit, ut te liberalem inueniam & magnificum, non aridum, & auarum, ut fuit Menedemus.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Chremeti Syrus id ſuadet, quod multum facit ad extorquendum argentum, quod operæpretium erat Clitiphoni, pro amica ſuſtentanda conquirere. Incipit autem Chremes ab filij obiurgatione, quem ſenſerat ludentẽ & iocantem cum Bacchide, quam Cliniæ amicam credebat, tum fallaciam de emungendo ab ſene argento ſe inueniſſe refert.

# ACTVS III. SCENA III.

Trochaiã octonarij, & ſenarij mixti, & dimetur unus.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

* Periculum per quod ſenſim ad epitaſin peruenit. Neque enim ſubito ſed per gradus quoſdam ad talẽ motũ accedẽdum erat.
† Amplificatio.
† A' loco.

QVid iſthuc quæſo? qui iſthic mos eſt Clitipho? ita'ne fieri oportet? Clit.
Quid ego feci? Chre. uidin' ego te modo manum in ſinum huic meretrici
Inſerere? Sy. acta hæc res eſt, perij. Clit. me'ne? Chre. hiſce oculis, ne nega.
Facis adeo indigne iniuriã illi, qui nõ abſtineas manum
Nam iſthæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te, atq; eius amicã ſubagitare.
Vel heri in conuiuio quàm immodeſtus fuiſti? Syr. factum. Ch.

Quàm moleſtus? ut equidem (ita me dij ament) metuî
quid futurum denuq; eßet.
Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quæ non cenſeas. Clit. — Nam amantibus oĩa ſunt ſuſpecta.
At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater.
Chre. Eſto, at certe concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper. — † Præceptũ. Ore, id eſt conſpectu.
Multa fert libido, ea prohibet facere tua præſentia: ego de me — Ab exemplo paterno.
Facio coniecturam: nemo eſt meorũ amicorum hodie, apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeã: — Dictũ quod omnibus fermè uſu uenit.
Apud alium prohibet dignitas, apud alium ipſius facti piget,
Ne ineptus, ne proteruos uidear: quod illum facere credito.
Sed noſtrum eſt intelligere, utcunq; atq; ubicunq; opus ſit, obſequi. Sy. — * Gnome.
Quid iſthic narrat? Clit. perij. Syr. Clitipho, hæc ego præcipio tibi, — † Ecce ſeruulum imperioſum.
Hominis frugi & temperantis functus officium. Clit. tace ſodes. Sy.
Recte ſanè. Ch. Syre, pudet me. Sy. credo, neq; id iniuria, — Sodes, blandientis eſt.
Quin mihi moleſtum 'ſt. Clit. pergin' hercle? Sy. uerũ dico quod uidetur. Clit. — Mihi, emphaſim habet.
Nonne accedam ad illos? Chre. eho quæſo, una accedundi uia eſt? Sy. — Peculiaris loquutio.

†Deſperat Syrus.

Actum 'ſt, ſi hic prius ſe indicarit, quàm ego argūtum
effero. Chreme.

Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? Ch. quid faciam?
Sy. iube hunc

Durū eſt cliphoni abſcedere.

Abire hinc aliquò. Clit. quò ego hinc abeam? Sy. quò lubet, da illis locum,

†Irridentis. Repetitio per indignationem.

Abi deambulatum. Clit. deambulatum? quò? Sy. uah, quaſi deſit locus.

Abi ſanè iſthac, iſthorſum, quouis. Ch. recte dicit cēſeo.

Imprecatio in Syrum.

Clit. Dij te eradicent Syre, qui me iſthuc extrudis. Sy.
at tu pol tibi iſtas

Poſthac comprimito manus.

Recte monet de filio ſeruādo.

Cenſen' uero? quid illū porrò credis facturū Chreme,

Niſi eū, quātū dij dāt tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones?

†A' neceſſitate.

Ch. Ego iſthuc curabo. Sy. atqui nunc here hic tibi adſeruandus eſt.

Nam, accuſatio amphibologica.

Chr. Fiet. Syr. ſi ſapias, nam mihi iam minus minuſq;
obtemperat.

Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egiſti Syre, aut

Terſa locutio.

Reperiſti tibi quod placeat? an nondum etiam? Syr. de
fallacia

Laudat denuo fallacem ſeruum.

Dicis? hem, inueni nuper quandam. Chre. frugi es, cedo, quid id eſt? Sy.

Dicam, uerum ut aliud ex alio incidit. Chre. quidnam
Syre? Sy. peſſima hæc

Caput fallaciæ.

Eſt meretrix. Ch. ita uidetur. Sy. imò ſi ſcias,

Vah, uideo quod inceptet facinus: fuit quædā anus Corinthia

Hic, huic drachmarū hæc argēti mille, dederat mutuū.
Chre. Quid tum? Syr. ea mortua 'ſt, reliquit filiā adoleſcentulam:
Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. Chre. intelligo. Sy.
Hanc ſecum huc adduxit, ea quæ eſt nunc ad uxorem tuam. Ch.
Quid tum? Syr. Clinia orat ſibi uti nunc det illam, illi tamen
Poſt daturum mille nummum poſcit. Chre. & poſcit quidem? Sy. hui,
Dubium ne id? Chre. ego ſic putaui, quid nunc facere cogitas?
Sy. Ego'ne? ad Menedemum ibo, dicam hanc eſſe captā è Caria,
Ditem & nobilem: ſi redimat, magnum ineſſe in ea lucrum. Ch.
Erras. Sy. quid ita? Chre. pro Menedemo nunc ego reſpondeo.
Non emo, quid ais? Sy. optata loquere. Chre. atqui non opus eſt. Sy.
Non opus eſt? Ch. non hercle uero. Sy. quid iſthuc miror. Ch. iam ſcies.
Mane mane, quid eſt quod tam à nobis grauiter crepuere fores?

* Centum coronati.
Valens cauſa ad extorquendum argentum.
Figmentum.
* Nummum pro drachma ſicut et Plautus ſæpe.
Fallaciā aperit.
Opt. loquere id eſt, obijcit quod uis.
Parat ſe ad aliā ſcenā.

PETRVS MARSVS.

Quid iſthuc quæſo, &c.) Amici rem ſedulo curandam eſſe, ac hoſpitis rationem in primis habere debere, docet hæc ſcena, dominosq; interdum cauſam eſſe oſtendit, ut ſerui graſſentur inſidijs,

De dominorum erga ſeruos diſciplina

dum non ſolum technas illorũ laudant, ſed etiam prouocant, quod in diſciplina domeſtica perniciosiſſimum eſt. Itaq; is qui rem familiarem recte tuetur, tanquam arcus ſit, intentum iudicium & animaduerſionem habere decet, ne nimia facilitas et negligentia, ſeruos communiter malos, deteriores efficiat. Quapropter Cicero in Catone Maiore de Appio Cæco ſic ſcribit: Tenebat nõ modo autoritatem, ſed etiam imperium in ſuos: metuebant eum ſerui, uerebantur liberi, charum omnes habebant, uigebat in domo eius patrius mos & diſciplina. Principio huius ſcenæ, iuuenilis incontinentia reprimitur, ac hoſpitiis decorum ſeruatur, qui iure hoſpitij ad ſe uenientes, humaniter tractare debet. Vin' tu homini ſtulto.) Id eſt, craſſioris & hebetioris ingenij. Ea relicta huic, &c.)

Arrabo. Arrabo idem eſt quod pignus. Gellius libro decimoſeptimo ſic ait: Cum tantus arrabo, penes Samnites Populi Romani eſſet. Arrabonem dixit obſides, & id maluit quàm pignus dicere, quoniam uis uocabuli in ea ſententia grauior acriorq; eſt. Sed nunc arrabo

Arra. in ſordidis uerbis haberi cœpit, at multo rectius uidetur arra, quã quam arram quoq; ueteres ſæpe dixerint.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Antiphilæ recognitio continetur, ex qua inter uirum & uxorem iurgium & altercatio oritur. Deinde reconciliatio rurſum eorundem, ſimulq; Syro alia offertur occaſio extorquendi argentum.

# ACTVS IIII. SCENA I.

Tetrametri, ſeptenarij, & ſenarij mixti.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

* Hæc cataſtrophe rerũ Cliniæ eſt, & occaſio epitaſeos nouæ rerũ Clitiphonis.

NIſi me animus fallit, hic profecto eſt anulus, quem ego ſuſpicor:
Is qui cum expoſita eſt gnata. Ch. quid uolt ſi- Quid eſt? is ne tibi uidetur? (bi Syre hæc oratio? So.
Nut. dixi equidem ubi mihi oſtendiſti, ilico

Eum eſſe.So.at ut ſatis contemplata modo ſis mea nutrix.Nut.ſatis.So.
Abi iam nũc intrò, atq; illa ſi iam lauerit, mihi nuntia.
Hic ego uirum interea opperibor.Syr .te uolt, uideas quid uelit,
Neſcio quid triſtis eſt, non temere 'ſt, metuo quid ſiet. Ch.quid ſiet?
Næ iſta hercle magno iã conatu magnas ungas dixerit.
So.Ehem mi uir.Ch.ehem mea uxor.So.teipſum quæro.Ch.loquere quid uelis.
Soſt.Primũ hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictum tuum
Facere eſſe auſam.Ch.uin' me iſthuc tibi (etſi incredibile eſt) credere?
Credo.Sy.neſcio quid peccati portet hæc purgatio.So.
Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle tolli?Ch.ſcio quid feceris,
Suſtuliſti.Sy.ſic eſt factum domina?ergo herus damno auctus eſt.
So.Minime, ſed hic erat anus Corinthia, haud impura, ei dedi
Exponendã.Ch.ô Iupiter, tantã ineſſe animo inſcitiã?
Soſt.Peri, quid ego fecã?Chre.rogitas?Soſt.ſi peccaui mi Chreme,
Inſciens fecã.Ch.id equidẽ ego, etiãſi tu neges, certo ſcio,
Te inſciẽtem atq; imprudentẽ dicere ac facere omnia.
Tot peccata in hac re oſtendis, nam iam primũ, ſi meũ
Imperium exequi uoluiſſes, interemptam oportuit:

Opperibor, id eſt, expectabo.
Temere, id eſt, ſine cauſa.
Inſinuatio à purgatione.
Facetum dictum.
†Exordiolũ.
†Narratiuncula.
Tollere hic eſt nutrire.
Dãno auct', ob dotem dãdam.
Grauis exclamatio.
Excuſat imprudentiam.
Obiurgatio mordax.
†Exaggeratio.

Sino, id eſt, concedo, ſcilicet quòd hæc te mouerint.

Non ſimulare mortem uerbis, re ipſa ſpem uitæ dare.
At id omitto, miſericordia, animus maternus, ſino.
Quàm bene uero abs te perſpectum eſt? quid uoluiſti? cogita.
Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planuſsime,

Veniret, id eſt, uenderetur ad ſtuprum.

Per te uel uti quæſtum faceret, uel uti ueniret palàm.
Credo id cogitaſti, quid uis? ſatis eſt dum uiuat modo.

Illis, ſcilicet amatoribus.

Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonũ atq; æquum ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit, nihil uident, niſi quod lubet.

†Πάθος.

So. Mi Chreme, peccaui, fateor, uincor: nunc te obſecro,

†Antitheta. Graphica deprecatio.

Quanto tuus eſt animus, natu grauior, tanto ſit ignoſcentior,
Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi'. Ch.

Dat ueniam.

Scilicet equidẽ iſthuc factum ignoſcã: uerum Soſtrata

Facilitas cauſa delinquendi.

Male docet te mea facilitas multa, ſed iſthuc quicqd eſt?
Qua hoc occeptum 'ſt cauſa? loquere. So. ut ſtultæ & miſeræ omnes ſumus

Religioſæ, id eſt, ſuperſtitioſæ.

Religioſæ, cum exponendam do illi, de digito anulum
Detraho, & cum dico ut unà cum puella exponeret:
Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis. Ch.

†Ironia. Superſtitio mulieris.

Iſthuc recte, cõſeruaſti te atq; illam. So. hic eſt anulus.

Hem, ſtupentis eſt.

Vnde habes? So. quam Bacchis ſecum adduxit (Ch. adoleſcentulam. Sy. hem.
Chre. Quid ea narrat? So. ea lauatum dum it, ſeruandum mihi dedit
Anulum, non aduorti primo, ſed poſtquam aſpexi, ilico

Exilui, Ma-

Cognoui, ad te exilui. Ch. qd nũc ſuſpicare, aut inuenis

De illa? Soſt. neſcio, niſi ut ex ipſa quæras unde hunc habuerit, 
gnæ lætitiæ indicium eſt.

Si poteſt reperiri. Sy. interij, plus ſpei uideo q̃ uolo.
Lepidum dictum.

Noſtra eſt, ſi ita eſt. Chre. uiuit'ne illa cui tu dederas? So. neſcio. Ch.

Quid renunciauit olim fecisse? So. id quod iuſſerã. Ch.
Eclipſis.

Nomen mulieris cedo quod ſit ut quærat. So. Philteræ.

Syr. Ipſa eſt: nimirum ni illa ſalua eſt, & ego perij. Ch. Soſtrata,
Illa, filia, ſcilicet Antiphila.

Sequere me intrò hac. So. ut præter ſpem euenit, quàm timui male,

Ne nũc animo ita eſſes duro, ut olim in tollẽda Chreme
Egregia & obſeruanda ſententia.

Chre. Non licet hominẽ eſſe ſæpe ita ut uult, ſi res non ſinit:

Nũc ita tẽpus eſt mihi ut cupiã filiã, olim nihil minus.
Nihil minus, cupiebã paupertate preſſus.

PETRVS MARSVS.

Niſi me animus, &c.) Maternũ amorẽ erga ſua pignora, & mores nõnunq̃ difficiles & uirorũ ſtudio cõtrarios, hæc ſcena exprimit. Matres enim plus patribus amãt ſuos filios. Vnde Ariſtoteles libro nono Ethices, ſic ait: Ea quæ facta ſunt cum labore, magis diligũt omnes, & ideo matres filios magis amãt. Generatio nanq; laborioſa eſt magis, & magis ſciũt eſſe ſuos. Mores autẽ mulierũ Plato in ſexto de legibus, ſic exprimit: Quæ ordine carẽt, uel male ordinata ſunt, ea etiã quæ iam ordinata ſunt, cõfundũt, ut ſunt fœminæ. Quod quidẽ hominũ genus aliud eſt & differẽs, nobiſq; occultius et uerſutius natura eſt, propter imbecillitatẽ itaq; minus ordinari poteſt. Ratio eſt: Res muliebris ſi iacere inordinata relinquitur, humanarũ rerum ſolũ, ut uideri poſſet dimidiũ, ſed quãto natura ſua ineptior eſt ad uirtutẽ q̃ uirilis, tãto excedit ut plus quàm duplum eſſe uideatur. Genus (inquit) muliebre nec orationem ipſam recte dicentis ſine ingenti reclamatione audiet.

Matrum amor in filios.

Fœminæ.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena tam morali quàm faceta, poſt recognitam Antiphilam anxius Syrus nouum de extorquēda pecunia conſilium quærit, & deliberantem de re aliqua admodum artificioſe hic exprimit. Eſt enim dialogiſmos acuti ingenij in multa cogitatione uerſantis.*

# ACTVS IIII. SCENA II.

*Octonarij iambici.*

SYRVS.

*Epitaſis. Nam ſubinde alia atq; alia cōſilia fallūt ſeruulum. Et uideas Syrū hic tanq̄ Proteū in omnes formas uerti*

Niſi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium:
Ita hac re in anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ,
Niſi aliquid uideo, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex.
Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere,

*Metaphora à brutis ueſcentibus.*

Nihil eſt, triumpho, ſi licet me latere tecto, abſcedere.
Crucior bolū tantū mihi ereptū tam ſubito è faucibus.
Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda'ſt mihi.

*Sententia.*

Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit.

*Ratiocinatio inquirentis.*

Quid ſi hoc ſic incipiam nunc? nihil eſt, quid ſi ſic? tantundem egero.
Ac ſic opinor, nō poteſt, imò optime, euge optumam habeo.

*Metaphora faceta à profugo.*

Retrahā hercle opinor, ad me illud idē fugitiuū
Argentum tamen.

PETRVS MARSVS.

*Niſi me animus, &c.) Callidum animum ſerui decepti, at non defatigati, necnō conſultationem malitioſe conuenientem, & ua-*

ſtram mentem ſeſe ad dolos confirmantem, honeſtatis ratione non habita, hæc ſcena exprimit, oſtendens hominem malitioſum pendere animo, & confirmare ſe ad decipiendũ, nullam uiam reſpuentem quæ ad uotum perducat ſuum, & utilitatem apparentem reſpicit, & non honeſtatem, nec cœptum iter deſerit propter conſuetudinem. Vnde Cicero in quinta actione in Verrem: Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ ſtatuere ipſe ſibi non poſſit.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic ingens Cliniæ lætitia de recognita amica exprimitur, qua uſqueadeo eſt perculſus, ut uix tandem à Syro perſuaderi potuerit, ut Clitiphoni cõſodali ad Bacchidis conſeruationẽ opitulетur.

# ACTVS IIII. SCENA III.

Tetrametri trochaici, & iambici, & ex his catalectici quidam trimetri ſeu ſeptenarij.

CLINIA, SYRVS.

NVlla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta, * Cataſtrophe in perſonas ſpargit, & ſubijcitur conſultatio, quæ ad epitaſin alterã facit.

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta eſt.

Dedo patri me nunciam, ut frugalior ſim q̃ uolt. Sy.

Nihil me ſefellit, cognita eſt, quantũ audio huius uerba.

Iſthuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor. Clin.

O' mi Syre, audiſtin' obſecro? Sy. quid ni? qui uſq; unà affuerim. Clin. †Elegans ſermo. Vſq;, aſſiduo

Cui æque audiſti cõmodi⁹ quicq̃ eueniſſe? Sy. nulli. Clin. Ab honeſto & utili.

Atq; ita me dij amẽt, ut ego nũc non tam meapte cauſa

Lætor, q̃ illius, quam ego ſcio eſſe honore quouis dignã. †Gratulatio.

Sy. Ita credo, ſed nunc Clinia age, da te mihi uiciſſim:

Nam amici quoq; res eſt uidenda, in tuto ut collocetur,

Indignanter īdem ijſdē repetit uerbis.

Ne qd de amica nūc ſenex. Clin. ô Iupiter. Sy. quieſce.
Clin. Antiphila mea nubet mihi. Sy. ſiccine mihi interloquere? Clin.
Quid faciā Syre mi? gaudeo fer me. Sy. fero hercle uero.

Hyperbole id eſt, feliciſſimi ſumus.

Clin. Deorum uitam adepti ſumus. Sy. fruſtra operam hanc (opinor) ſumo. Clin.
Loquere, audio. Sy. at iam hoc non ages. Clin. agam. Sy. uidendum eſt inquam,

Syri conſiliū

Amici quoq; res Clinia tui in tuto ut collocetur.
Nam ſi nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Noſter reſciſcet ilico eſſe amicā hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabitur itidē, ut celata adhuc eſt. Clin.
At enim iſthoc nihil eſt magis Syre meis nuptijs aduorſum:

Quo ore, id eſt, qua confidentia.

Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? Sy. quid ni? Clin.
Quid dicā? quā cauſam afferā? Sy. quin nolo mentiare,

* Conſilium aſtutum ſeruuli, cui tamē non reſpondebit euentus.

Aperte ita ut res ſeſe habet, narrato. Clin. quid ais? Sy. iubeo

Illam, ſcilicet Antiphilam.

Illam te amare & uelle uxorem, hanc eſſe Clitiphonis.
Clin. Bonam atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem.

Decora loquutio.

Et ſcilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet
Senem uoſtrum. Sy. imò ut recta uia rem narret ordine. Clin. hem.
Satin' ſanus es et ſobrius? tu quidē illum plane prodis.

Qui pro quo modo.

Nam qui ille poterit eſſe in tuto? dic mihi. Sy.

Iactantia Syri de ſua aſtutia.

Huic equidē cōſilio palmā do, hic me magnifice effero,
Qui uim tantam in me, & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ,

Vera dicendo ut eos ambos fallam:ut cum narret ſenex
Veſter noſtro,iſtam eſſe amicã gnati,non credat tamẽ.
Clin. At enim ſpẽ iſthoc pacto rurſum nuptiarũ omnẽ eripis:
Nam dum amicam hanc meam eſſe credet,non committet filiam.
Tu fortaſſe quid me fiat paruipẽdis,dũ illi cõſulas. Sy.
Quid malum me tandẽ cenſes uelle id adſimularier?
Vnus eſt dies dum argẽtum eripio,pax,nihil amplius.
Clin. Tãtum ſat habes? quid tum quæſo,ſi hoc pater reſciuerit? Sy.
Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, QVID ſi nunc cœlum ruat?
Clin. Metuo quid agam. Sy. metuis? quaſi nõ ea poteſtas ſit tua,
Quo uelis in tempore ut te exoluas,rem facias palàm. Clin.
Age age, traducatur Bacchis. Sy. optume ipſa exit foras.

Clinia ueretur ne perturbetur nuptiæ

Malũ, interiectio indignantis.

* Pax, Priſciano autore, ſignificat tãtum.

Prouerbium in omnia trepidantis.

## PETRVS MARSVS.

Nulla mihi res,&c.)Geſtiens animus adoleſcentis,qui re optata potitus eſt, & ſeruilis arrogantia nunc deſcribitur. Et amicum amici rem curare in primis debere monet hæc ſcena. Iuuenis certe uoluptatem ſummum bonum putat, quæ ſi alicui honeſtati coniuncta eſt, efferueſcentem animũ reprimit,& paulatim ad rectã uitam diſponit. Idẽ aũt accidit, cũ puella exoptata uxor ducitur. Plato libro ſexto de legibus,ſic ait: Cupiditas procreandi ardentiſſimo furoris impetu,& maxima petulantia homines urit et agitat, & inſuper cibi potusq; cupiditates, à quibus ad id quod optimum eſt, tribus rebus uertendi ſunt,timore, lege,ac uera ratione,

Cupiditas procreandi.

Cupiditati quibus obuiari debeatur.

& Apuleius ſic ait: Peccatum ſemel ut bonus quiſq; ſolicitus cauet, ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat, ac iam de cætero quo ſæpius, eo apertius delinquit. Vnus eſt dies dum argentum eripio, pax.) Pax, id eſt, tantummodo. Proterue, id eſt, petulãter ac imprudenter, inconſiderateq;.

Pax.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena, ut fallacia Syri tandem expediatur, pecuniaq; extorqueatur à ſene, Bacchis indignata à Syro placatur, cuius perſuaſione ad Menedemum cum pediſſequis tantiſper dum Chremes fallatur, ſeſe confert.

# ACTVS IIII. SCENA IIII.

Tetrametri trochaici, partim catalectici, nonnulli iambici.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA ancilla.

Meretricis excãdeſcẽtis cõqueſtio de pecunia nondum ſoluta.

Mira Bacchidis calliditas

† Minatur.

† Promittit, pro minatur poſitum uideri poteſt, more uerbi Græci ὑπισχνέομαι.

Memorẽ inducit meretricem, aptãq; ad fallẽdũ

SAtis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt,
Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt, quod ſi is nunc
Me deceperit, ſæpe obſecrans me ut ueniam, fruſtra ut ueniet.
Aut cum uenturam dixero, & conſtituero, cum is certe
Renunciarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi,
Decipiã, ac non ueniã, Syrus mihi tergo pœnas pẽdet.
Clin. Satis ſcite promittit tibi. Syr. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet niſi caueo. Bac. dormiũt, ego pol iſtos cõmouebo.
Mea Phrygia, audiſtin'? homo iſte modo quam uillam demonſtrauit.
Carini? Phry. audiui. Bac. proximã eſſe huic fundo ad dexteram? Phry. memini. Bac.

Curriculo percurre: apud eum miles Dionyſia agitat. Sy. Quid inceptat? Bac. dic me hic oppidò eſſe inuitã, atq; ſeruari,
Verum aliquo pacto uerba his me daturam eſſe, & uẽturam.
Sy. Perij hercle. Bacchis, mane mane, quò mittis iſthanc quæſo?
Iube maneat. Bac. abi. Sy. quin eſt paratum argentum. Bac. quin ego maneo. Sy.
Atqui iam dabitur. Bac. ut lubet, num ego inſto? Sy. at ſcin' quid ſodes? Bac.
Quid? Sy. tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa
Eò traducenda eſt. Bac. quã rem agis ſcelus? Sy. egon'? argentum cudo
Quod tibi dem. Bac. dignam me putas quam illudas? Sy. non eſt temere.
Bac. Etiam ne tecum hic mihi res eſt? Sy. minime, tuum tibi reddo. Bac.
Eatur. Sy. ſequere hac, heus Dromo. Dro. quis me uolt? Sy. Syrus. Dro. quid eſt rei? Sy.
Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad uos propere.
Dro. Quamobrem? Sy. ne quæras, & ferant quæ ſecum huc attulerunt.
Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harũ abitu.
Næ ille haud ſcit, hoc paulum lucri quantum ei
Damni adportet, tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. Dro. mutum dices.

Curriculo id eſt, celeriter.

Verba daturã, id eſt, decepturam.

Diſſimulatio Bacchidis.

† Hic uides meretrices non tã amatores, q̃ pecuniã amare.

Metaphoricos & iculariter ut ſeruum decet.

Leuitas meretricis facile perſuaſæ.

Inanis ſpes Chremetis.

Dictũ celandæ rei accõmodatum.

Satis pol proterue,&c.) Meretriciam indignationem & animum terribilem,& artem qua perditi adoleſcentes,& Cupidinis clauo transfixi,à meretrice plurimum ſibi tribuente, ac nitore uultus ſuperbiente, tractantur, hæc ſcena exprimit. Meretrix certe dies noctesq; ditibus & Venereis adoleſcentibus inſidiatur, timeturq; ab his, qui propter ætatis feruorem & imprudentiam, ad venerem ruunt toto impetu, nullum ferè aliud bonum æſtimantes præter uoluptatem, quam ſtudioſe ſectantur. Itaq; callida meretrix inopia ſui, adoleſcentes inflammat, cum nil aliud fermè amet quàm lucrum & amantium cruciatus. Vnde Iuuenalis:

Meretricius mos.

Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis.

Simulatione utitur, ut ſpolijs gaudeat. Vnde lena apud Plautum in Ciſtellaria. Aſſimulate amare oportet, nam ſi ames, extemplo melius illi multo quem ames conſulas, quàm rei tuæ. Et conſtituero,&c.) Id eſt, horam aduentus dixero. Iuuenalis:

Conſtituere.

Vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

Syrus mihi ter.&c.) Id eſt, ſoluet tergo ſuo, quia uerberabitur. Etiam'ne tecum, etc.) Quaſi dicat: Non hoc tibi promiſi, nec talem operam tibi locaui, ut ſcilicet à uobis ad Menedemum tranſirem. Meretrix cupiebat & alibi lucrari. Quapropter quærit an apud Menedemum debeat operam Clitiphonis & Syri, an ſuam rem agere.

Pendere.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena, Syri fallacia ſuum ſortitur effectum. Nam tandem extorquetur à Chremete argentum. Idem ille Chremes, qui ut in prima comœdiæ parte crucianti ſe cõdoluit, ita hic quoq; eiuſdem Menedemi miſeretur, & eius uicem dolet de pompa & ſumptu Bacchidis, quam Cliniæ amicam eſſe credebat.

## ACTVS IIII. SCENA V.

Iambici ſenarij.

CHREMES, SYRVS.

ITa me dij amabunt, ut nunc Menedemi uicem
Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali.

* Obiter & chremes pro

Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etſi ſcio hoſce aliquot dies non ſentiet,
Ita magno deſiderio fuit ei filius.
Verum ubi uidebit tantos ſibi ſumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius, Syrum optime
Eccum. Sy. ceßo hũc adoriri? Chr. Syre. Sy. hem. Chr. quid eſt? Sy.
Te mihi ipſum iamdudum exoptabam dari. Ch.
Videre egiße iam neſcio quid cum ſene. Sy.
De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi. Ch.
Bonan' fide? Sy. bona hercle. Ch. non poßum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre,
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. Sy.
At ſi ſcias quàm ſcitè in mentem uenerit. Ch.
Vah, gloriare eueniße ex ſententia? Sy.
Non hercle uero, uerum dico. Ch. dic, quid eſt? Sy.
Tui Clitiphonis eße amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiße, ne tu id perſentiſceres. Ch.
Probe. Sy. dic ſodes. Ch. nimiũ inquã. Sy. imò ſic ſatis.
Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ:
Seſe dicet tuam uidiße filiam,
Eius ſibi complacitam formam, poſtq̃ aſpexerit,
Hanc ſe cupere uxorem. Ch. modon' quæ inuenta eſt? Sy. eam,
Et quidem iubebit poſci. Ch. quamobrem iſthuc Syre?
Nam prorſus nihil intelligo. Sy. uah, tardus es. Ch.
Fortaſſe. Sy. argentum dabitur ei ad nuptias,

ducit̃ ut magis appareat quantum fallatur.
Tantos, faſtidienter profert.
Adorit̃ q inſidioſe celeriter inuadit.
Prouerbium.
† ῥεχθὲν καὶ πραχθέν.
Blanda attrectatio.
† Id eſt, blandiar, allegoria prouerbij uice recepta.
Vah, irridentis eſt.
Ironicos uerũ dicit. Nã per eã ueritatem ſenes falluntur.
Altera fallaciæ pars.
Poſci. i. peti.
Increpat Chremetis tarditatẽ.

Aurum atq; ueſtem qui, tenes' ne? Ch. comparet? Sy.
Idipſum. Ch. at illi ego neq; do, nec ſpondeo. Sy.
Non? quamobrem? Ch. quamobrem? me rogas? homini?
Sy. ut lubet.
Non ego in perpetuum dicebam ut illam illi dares,
Verum ut ſimulares. Ch. non mea 'ſt ſimulatio.
Ita tu iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas.
Egon' cui daturus non ſim ut ei deſpondeam? Sy.
Credebam. Ch. minime. Sy. ſcite poterat fieri,
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
Eò cepi. Ch. credo. Sy. cæterũ equidem iſthuc Chreme
Aequi boniq; facio. Ch. atqui tum maxime
Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia. Sy.
Fiat, quæratur aliud, ſed illud quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum eſt illi, neq; tu ſcilicet
Eò nunc confugies: quid mea? num mihi datum 'ſt?
Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? uerum illud Chreme
Dicunt, IVS ſummum, ſæpe ſumma malitia eſt. Ch.
Haud faciam. Sy. imò alijs ſi licet, tibi non licet:
Omnes te in lauta & bene acta parte putant. Ch:
Quin egomet iam ad eam deferam. Sy. imò filium
Iube potius. Chre. quamobrem? Sy. quia enim in eum ſu
ſpicio 'ſt
Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia uidebitur
Magis uteriſimile id eſſe, cum hic illi dabit.
Et ſimul conficiam facilius ego quod uolo.
Ipſe adeo adeſt, abi, effer argentum. Ch. effero.

*Probati uiri uerbum.*

*† Venuſtus ſermo.*

*Ab autoritate Chremetis comis loquutio.*

** Mira arte argento emũgit ſenem.*

*Soluit rationes obijciendas.*

*† Vide in primo Officiorũ Cicerõis: Sũmum ius Ariſtoteles ἀκρι βοδίκαιον uocat.*

*Prouerbium.*

*Adagium.*

*Perſuaſus Chremes argẽtũ exhibet.*

*Conficiã pro efficiã, uerba celeritatẽ indicantia.*

PETRVS MARSVS.

*Ita me dij amabunt,&c.*)Boni uiri,*& amici rationem haben tis officium, hæc ſcena exprimit : & non ſemper leges( quæ cum ſint uniuerſales, peccant interdum )ſeruandas eſſe ac iuris rigorem, ſed æquitatem pro temporum rerũmq; cõditione colendam, eſſe docet in primis*. Maiores enim noſtri ſummum ius aliquando ſummam crucem eſſe dicebãt. Ariſtoteles libro quinto Ethicorum, *loquens de uiro iuſto, bono, ac æquo,ſic ait:* Aequus & bonus eſt *is, qui talia elegit atq; agit, & qui non exacte iuſtum in deteriorem partem exequitur, ſed imminuit, tametſi legem adiutricem ad illud habet*. Et *communiter hæc æquitas & bonitas eſt*. Num *illa oppig.&c.*)Oppignerare,*id eſt, in pignus recipere & arrabonem*. Ius *ſummum ſæpe &c.*) Cicero libro primo de officijs ſic *ait:*Exiſtunt *etiam iniuriæ ſæpe calumnia quadam,& nimis callida,ſed malitioſa iuris interpretatione*.Ex quo illud:*Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbiũ*. Huius *prouerbij meminit* Columella *in primo ſui operis*. Omnes te in *lauta.)Id eſt,liberali & ſine auaritia.* Aequm. Ius ſummũ.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic mire à poëta proponitur ſpectatoribus amantis inconſtantia,qui cũ ſeruo ſuo Syro, in re ſua ſolicito magnopere iraſcatur, facillimo tamen momento excandeſcentis animum* Clitiphonis *Syrus quàm leniter demulcet, ſimulq; quibus moribus uerbiſq; uti debeat apud patrem,præſcribit.*

# ACTVS IIII. SCENA VI.

*Trimetri iambici.*

CLITIPHO, SYRVS.

NVlla eſt tam facilis res,quin difficilis ſiet, † Ἀπὸ γνώμης orditur.
Quam inuitus facias,uel me hæc deambulatio.
Quàm non laborioſa,ad languorem dedit. Vel.i.etiam.
Nec quicquam magis nunc metuo,quàm ne denuo
Miſer aliquò extrudar hinc,ne accedã ad Bacchidem.

Imprecatio nimiũ inconſiderate amãtis.

Terribiliter pronuntiandum.

† Status negotialis.

† Status inficialis.

Perij, ſuſpicio mali.

Obſecundare, eſt omnia ad nutũ alicuius facere.

Vt te omnes equidem dij deæq;, quantum 'ſt, Syre
Cum iſthoc inuento, cumq; incepto perduint.
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnufices. Sy. I tu hinc quò dignus es,
Quàm penè tua me perdidit proteruitas. Clit.
Vellẽ hercle factũ, ita meritus. Sy. meritus? quo modo?
Næ me iſthuc ex te prius audiſſe gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui. Clit.
Quid igitur dicam tibi uis? abijſti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere. Sy.
Iam non ſum iratus, ſed ſcin' ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? Clit apud nos. Sy. nõ. Clit. ubi igitur? Syr.
apud Cliniam. Clit.
Perij. Sy. bono animo es, iam argentũ ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. Clit. garris, unde id? Sy. à tuo patre.
Clit. Ludis fortaſſe me. Sy. ipſa re experibere. Clit.
Næ ego fortunatus homo ſum, deamo te Syre. Sy.
Qua cauſa id fiat obſecundato in loco.
Sed pater egreditur, caue quicquam admiratus ſies.
Quod imperabit facito, loquitor paucula.

PETRVS MARSVS.

Nulla eſt tam fa. &c.) Nil magis diſplicere adoleſcẽti q̃ diu optata uoluptate priuari, & amatoriam inconſtantiam hæc ſcena exprimit. Adoleſcens nanq; cum primas partes tribuit uoluptati, & ab illa corruptus illice, aliarum rerum iacturam non curat, inhians uoluptati, in qua ſitum eſſe omnium bonorum extremum arbitratur. Idcirco increpationibus, admonitionibus, & exhortationibus opus eſt, ne longius à recta uiuendi formula exorbitet. Vnde Cicero ad nepotum eruditionem natus, in primo de Officijs, ſic ait: Ex quibus intelligitur illud, appetitus omnes ſedandos contra-

hendosq́; eſſe, excitandamq́; animaduerſionem & diligentiam, ut ne quid temere inconſiderateq́; & negligenter agamus.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequēti ſcena Chremes egreditur, afferēs argentū Clitipho ni dandū. Huic Syrus quomodo patri reſpōdeat, ſuggerit. Exinde de ſumptu & impēſis filiæ cauſa factis faciēdisq́; cōquerit ſenex.

# ACTVS IIII. SCENA VII.

Trimetri omnes.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

VBbi Clitipho nunc eſt? Sy. eccū me inque. Clit. eccum hic tibi. Ch.
Quid rei eſſet dixtin' huic? Sy. dixi pleraque omnia. Ch.
Cape hoc argentum, ac defer. Sy. hei, quid ſtas lapis?
Quin accipis? Clit. cedo ſanè. Sy. ſequere hac me ocyus.
Tu hic nos dum eximus, interea opperibere.
Nam nihil eſt illic quod moremur diutius. Ch.
Minas quidem iam decem habet à me filia,
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alteræ.
Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.
Quàm multa iniuſta ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc relictis omnibus, inueniendus eſt
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

Inque, id eſt, dic, raro uel nuſquā alibi. Dictum in ignauos.

Audacia & arrogātia ſerui, herili filio, hero' que ipſi imperantis.

Tenax conqueritur de damno per filiam aucto.

Inuēta, id eſt parta.

PETRVS MARSVS.

Vbi Clitipho nunc eſt?) Senilem animum ad auaritiā propenſum ac pecuniarum ſuppoſitionem, hæc ſcena exprimit. Senex naturaliter fit auarus, & ratiocinatio impenſarum, illorum eſt qui amant pecunias. Ariſtoteles in quinto libro Ethices, ſic ait: Senectus et imbecillitas oīs auaros efficit, eſtq́; omnibus inſita magis q̄

Senectus.

prodigalitas. Pleriq; nanq; cupidi ſunt magis pecuniarum, quàm ad dandum procliues. Et loquens de magnifico, dicit: Hic cum uoluptate & ſine parſimonia erogat (Exacta nanq; ratio, ad puſillanimitatem nimirum attinet) atq; potius quonam pacto pulcherrimum fuerit opus, quàm quanti conſtet, conſiderabit.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena declaratio continetur erroris ipſius Chremetis, qui Menedemũ dum credit per Syrum decipi, ipſemet Planè per ſuos illos, Syrum & Clitiphonem deluſus eſt.

# ACTVS IIII. SCENA VIII.

Trimetri omnes.

MENEDEMVS, CHREMES.

MVlto omnium nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe gnate, cum te intelligo
Reſipiſſe. Ch. ut errat? Me. te ipſum quærebã Chreme,
Serua quod in te eſt, filium, & me, & familiam. Ch.
Cedo, quid uis? faciam. Me. inueniſti hodie filiam? Ch.
Quid tum? Me. hanc ſibi uxorem dari uolt Clinia. Ch.
Quæſo, quid tu hominis es? Me. quid? Ch. iã ne oblitus es
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea uia abs te argẽtum auferretur? Me. ſcio. Ch.
Ea res nunc agitur ipſa. Me. quid dixti Chreme?
Erraui. Ch. ſic res acta eſt. Me. quanta ſpe decidi? Ch.
Imò hæc quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt
Amica. Me. ita aiunt. Ch. & tu credis? Me. omnia. Ch.
Et illum aiunt uelle uxorem, ut cum deſponderim,
Des qui aurum ac ueſtem, atq; alia quæ opus ſunt, comparet.
Me. Id eſt profecto, id amicæ dabitur. Ch. ſcilicet

*Senſim pergit eo, ut palam fiat erraſſe Chremetem, ut in epitaſi fabulæ omnia ſeruulum conſilia fallant.

Quæſo, obiurgatorium eſt.

Ea res, fallacia ſcilicet.

Illum, ſcilicet Cliniam.

Credit ſe intelligere falciam.

Daturum. Me. uah, fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renuntiem abs te reſponſum Chreme?
Ne ſentiat me ſenſiße, atq; ægre ferat. Ch.
Aegre? nimium illi Menedeme indulges. Me. ſine,
Inceptum 'ſt, perfice hoc mihi perpetuo Chreme. Ch.
Dic conueniſſe, egiße te de nuptijs. Me.
Dicam, quid deinde? Ch. me facturum eße omnia,
Generum placere, poſtremo etiam (ſi uoles)
Deſponſam quoq; eße dicito. Me. hē, iſthuc uolueră. Ch.
Tanto ocyus te ut poſcat, & tu id quod cupis,
Quàm ocyßime ut des. Me. cupio. Ch. næ tu propediem
(Vt iſtam rem uideo) iſtius obſaturabere.
Sed hæc ita ut ſunt, cautim & paulatim dabis,
Si ſapies. Me. faciam. Ch. abi intrò, uide quid poſtulĕt.
Ego domi ero, ſi quid me uoles. Me. ſanè uolo,
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

Corripit patrĕ de nimia indulgentia.

Hoc mirifice placebit Cliniæ.

Obſatura. id eſt, faſtidio afficieris.

Peculiaris locutio.

PETRVS MARSVS.

Multo omnium, &c.) Paternam lætitiam ex filiorum educatione, ac credulitatem ſenilem quæ facile decipitur, cum uotis faueat ſuis, hæc ſcena exprimit. Bono patri ac ciui, pari & æquo iure cum ſuis popularibus uiuere cupienti, recta filiorum educatione nil debet eſſe antiquius, ut ſe dignus adoleſcat & patria. Itaq; adhibĕda eſt à primis annis diligĕtia, quoniă (ut inquit Horatius:

Educatio puerorum.

> Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
> Teſta diu.—

Et Plato in quarto de republica, ſic ait: Apparet itaq; quale fuerit cuiuſq; puerilis educationis initiŭ, talia fore etiă quæ ſequŭtur.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena (quia iam ad exitum fabula tendit) per Menedemum fallacia detegitur, ut Cliniæ Antiphila deſpondeatur,

*ubi profecto ſenes mutuis ſeſe ludibrijs illudunt ultro citroq́;, eatenus donec aperte Menedemus oſtendit Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam, neq; ad Cliniam quicquam eius attinere.*

# ACTVS V. SCENA I.

*Septenarij, partim ſenarij iambici.*

MENEDEMVS, CHREMES.

*Facetum exordium ſtultitiam chremetis declaraturi.

EGo me non tam aſtutum, neq; ita perſpicacē eſſe id ſcio,
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator Chremes
Hoc mihi præſtat, in me quiduis harum rerum conuenit,

Conuitia in ſtultum.

Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus:

†παράδοξον
Ohe faſtidiētis eſt.

In illum nil poteſt, nam exuperat eius ſtultitia hæc oīa.
Ch. Ohe, iam deſine deos uxor gratulando obtundere,

Ingenium ſoſtratæ ſtupidum notat.

Tuam eſſe inuentam gnatam: niſi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt cēties.
Sed quid interim illic iamdudū gnatus ceſſat cū Syro?

Gaudium de aduētu ſenis.

Me. Quos ais homines Chremes ceſſare? Ch. ehem, Menedeme aduenis?
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nuntiaſtin'? Me. omnia. Ch.
Quid ait? Me. gaudere adeo occepit quaſi qui cupiunt (nuptias.

Interiectio profuſi cachinni.

Ch. Aha, ha, hæ. Me. quid riſiſti? Ch. ſerui uenere in mentem Syri

†γνώμη.
Metaphora à figulis.

Calliditates. Me. ita'ne? Chr. uoltus quoq; hominum fingit ſcelus. Me.
Gnatus quod ſe aſſimulat lætum, id dicis? Ch. id. Me. idē iſthuc mihi

Venit in mentem. Chre. ueterator. Me. magis, ſi magis noris, putes
Ita rem eſſe. Ch. ain' tu? Me. quin tu auſculta. Ch. mane, hoc prius ſcire expeto,
Quid perdideris, nam ubi deſponſam nuntiaſti filio
Continuo inieciſſe uerba tibi Dromonem, ſcilicet
Sponſæ ueſtem, aurũ, ancillas opus eſſe, argentum ut dares. Me.
Non. Ch. quid? non? Me. non inquam. Ch. neq; ipſe gnatus? Me. nihil prorſus Chreme,
Magis unum etiam inſtare, ut hodie conficerentur nuptiæ. Ch.
Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? Me. nihil. Ch.
Quamobrem? Me. neſcio, equidem miror qui alia tam planè ſcias.
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicam hanc Cliniæ. Ch.
Quid ais? Me. mitto iam oſculari atq; amplexari, id nihil puto. Ch.
Quid eſt quod amplius ſimulet? Me. uah. Ch. quid eſt? Me. audi modo:
Eſt mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro,
Huc eſt intrò latus lectus, ueſtimentis ſtratus eſt. Ch.
Quid poſtquam hoc eſt factum? Me. dictum, factũ, huc abijt Clitipho.
Ch. Solus? Me. ſolus. Ch. timeo. Me. Bacchis conſecuta'ſt ilico. Ch.

Veterator, qui uetus eſt in aſtutia.

Inieciſſe, id eſt, ſubieciſſe

Non, ridicula negatio.

Inſtare, id eſt inſtanter precari.

Faceta in deceptũ ironia.

† Id eſt, ne parua quidem ſuſpicio ſit, elegans metaphora.

Occupatio.

Aperit fallaciam.

Prouerbium.

Sola? Me.ſola.Ch.perij.Me.ubi abiere intrò, operuere oſtium.Ch.hem,
Clinia hæc fieri uidebat? Me.quid ni?mecũ unà ſimul.
Ch.Filij eſt amica Bacchis Menedeme,occidi.Me.
Quãobrem? Ch.decem dierũ uix mihi eſt familia.Me.
Quid?iſthuc times,q̃ ille operam amico dat ſuo?Ch.
Imò amicæ.Me.ſi dat.Ch.an dubium id tibi eſt?
Quenquam animo tam comi eſſe aut leni putas,
Qui ſe uidente amicam patiatur ſuam?Me.ah,ah,hæ,
Quid ni,quo uerba facilius dentur mihi?Ch.
Derides?merito mihi nunc ego ſuccenſeo.
Quot res dedere,ubi poſſem perſentiſcere,
Niſi eſſem lapis?quæ uidi?uæ miſero mihi.
An ne illud haud inultum(ſi uiuo)ferent?
Nam iam.Me.non tu te cohibes?non te reſpicis?
Non tibi exempli ſatis ſum?Ch.præ iracundia
Menedeme,non ſum apud me.Me.te ne iſtuc loqui?
Non'ne id flagitium'ſt,te alijs conſilium dare,
Foris ſapere,tibi non poſſe auxiliarier?
Ch.Quid faciam?Me.id quod me feciſſe aiebas parum,
Fac te eſſe patrem ſentiat,fac ut audeat
Tibi credere omnia,abs te petere & poſcere,
Ne quam aliam quærat copiam,ac te deſerat.Ch.
Imò abeat potius multo quouis gentium,
Quàm hic per flagitimu ad inopiam redigat patrem.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme,mihi illæc uere ad raſtros res redit.Me.
Quot incommoditates in hac re accipies,niſi caues?
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen

Familia,id eſt,res familiaris.
Honeſta in re turpi inſultatio in ſenẽ.
Chremes indignatur in ſeipſum.
Apoſiopeſis.
Irato familiaris.
†A' perſona.
Sentẽtia adnotanda.
Recolit ac retorquet.
Conſilium datum.
Verba rigidi patris.
Ad raſtros. præ inopia.ſ.
†παροιμία.
Proponit incommoda.

Pòſt, & id ingratũ. Ch. ah, neſcis q̃ doleã. Me. ut lubet.
Quid hoc quod rogo, ut illa nubat noſtro, niſi quid eſt
Quod mauis? Ch. imò & gener & affines placent. Me.
Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti? Chre. dotis? Men. ita dico. Chre. ah.
Men. Chreme,
Ne quid uereare: ſi minus, nihil dos nos mouet. Ch.
Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.
Sed ita dictu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem,
& filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. Me. quã rem agis?
Ch. Id mirari te ſimulato, & illum rogitato ſimul,
Quamobrem id faciam. Me. quin ego uero quamobrem
id facias neſcio. Ch.
Ego' ne? ut eius animum, qui nunc luxuria & laſciuia
Diffluit, retundam, redigã ut quò ſe uortat neſciat. Me.
Quid agis? Ch. mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi
morem. Me. ſino,
Ita' ne uis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iam ut uxorem ac=
cerſat, paret.
Hic ita ut liberos eſt æquum, dictis confutabitur.
Sed Syrũ. Me. quid eum? Ch. ego' ne? ſi uiuo, adeo exor
natum dabo,
Adeo depexum, ut dum uiuat, meminerit ſemper mei:
Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet hæc facere uiduæ mulie
ri quæ in me fecit.

Tacemus conſilia, reticemus dolores, obticem⁹ quorum nos pudet.

Conſilium Chremetis perturbati.

† Metaphora ſumpta à cera.

Cõceſſio irati contra pertinacem.

* Nouum periculũ Clitiphonis, ne motus illi ſuperiores repente cõſileſcãt. prouerbium.

PETRVS MARSVS.

Ego me non tam, &c.) Quoſdam rebus alienis recte proſpice-

re, ſuis autem male, docet hæc ſcena. Ciuis nanq; aliena deſpicit nullo affectu impeditus, ſed libere iudicans. In re autem propria fertur præceps, ira ductus, aut amore nimio. Quapropter tam in ſecundis rebus quàm ad uoluptatem fluentibus, amicorum conſilio opus eſt: & illorum autoritati plurimum tribuendum eſt, ne id in nobis reprehēdatur, quod ipſi in alijs cōprehēdimus. Quaproptrr Cicero in prima actione contra Verrem, ſic ait: Nihil eſt quod minus ferēdum ſit, quàm rationem uitæ ab altero repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere. Et in quinta ſic ait: Omnia poſtrema quæ uindicaris in altero, tibiipſi uehementer fugienda ſunt. Etenim non modo accuſator, ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is, qui quod in alio uitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Ego me non, &c.) Scio, inquit, me non eſſe ita aſtutum ut ſenem, puta Chremetē, quem uideo longe me ſtultiorē. Caudex lignum ſiue tabula. Seneca ſcribens ad Paulinum de breuitate uitæ, ſic ait: Claudius Caudex appellatus fuit, quia primus Romanis ſuaſit nauim conſcendere. Nam plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos uocabatur. Vnde tabulæ codices dicūtur. Sed ille quoque tuus Syrus finxit.) Id eſt, inſtruxit & informauit filium tuum Clitiphonem, quaſi dicat imperitum ipſum finxit, quoniam ſine aliqua diſſimulatione oſtendit Bacchidem amicam eſſe ſuam, non Cliniæ, ut tibi perſuadere nititur, & ſic ironice loquitur Menedemus.

Iudicis atque cenſoris qualitas.

Caudex.

PAVLVS MALLEOLVS.

Vt rerū omniū tranquillitas efficiatur, reliquū eſt ut Clitipho uerbis patris à quo obiurgatur perterritus, in uiā redeat, uxorēq; eius ſuaſu ducat. Syrus aliud conſilium reperit Clitiphoni. Deinde ad Menedemum hero ſuo non planè fidens concedit.

## ACTVS V. SCENA II.

Iambici tetrametri, trimetri pauci, trochaici admixti.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CRHEMES, SYRVS.

ITa'ne tandem quæſo Menedeme, ut pater
Tam in breui ſpatio omnẽ de me eiecerat animum patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi miſer?
Volgo id faciunt. Men. ſcio tibi eſſe hoc grauius multo ac durius.
Cui fit: uerũ ego haud minus ægre patior id, qui neſcio,
Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo uolo. Clit.
Hic patrem aſtare aiebas? Men. eccum. Chr. quid me incuſas Clitipho?
Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi & ſtultitiæ tuæ,
Vbi te uidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia
Quæ eſſent, prima habere, neq; cõſulere in lõgitudinẽ,
Cepi rationẽ ut neq; egeres, neq; ut hæc poſſes pdere.
Vbi cui decuit primo, tibi nõ licuit per te mihi dare,
Abij ad proximos tibi qui erãt: eis cõmiſi, & credidi.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho:
Victus, ueſtitus, quò in tectũ te receptes. Clit. hei mihi.
Chre. Satius eſt, ꝙ te ipſo hærede hæc poſſidere Bacchidem. Sy.
Diſperij, ſceleſtus quantas turbas cõſciui inſciẽs? Clit.
Emori cupio. Ch. prius quæſo diſce quid ſit uiuere:
Vbi ſcies, ſi diſplicebit uita, tum iſthoc utitor. Sy.
Here, licet ne? Ch. loquere. Sy. at tutò? Ch. loquere. Sy. quæ iſta 'ſt prauitas,
Quæ'ue amentia? quod peccaui ego, id obeſſe huic? Ch. ilicet.

†Ex abrupto exordit quærela.
Clitipho relatu Menedemi ſe à patre abdicatũ credit.
Adagium ab exemplo uulgi.
Beneuolẽtiæ indicium.
Defenſio Chremetis.
Carpit filiũ de delicijs.
A' neceſſario.
Proximos, ſcilicet hæredes.
Satius, id eſt conſultius.
Accuſatio ſuipſius.
†Diſſuaſio.
Eclipſis.
†Exordium.
Trãsfert culpam omnem in ſe.

Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu aram tibi
Neq; precatorem pararis. Sy. quid agis? Chr. nihil ſuc
censeo
Nec tibi, nec tibi, nec uos eſt æquum, quod facio mihi.
Sy. Abijt, ac rogaſſe uellē. Clit. quid? Sy. unde mihi pe-
terem cibum.
Ita nos abalienauit, tibi iā eſſe ad ſororē intelligo. Clit.
Adeon' rē rediſſe, ut periculū etiā fame mihi ſit Syre?
Sy. Modo liceat uiuere, eſt ſpes. Clit. quæ? Sy. nos eſuri
turos ſatis. Clit.
Irrides in re tanta, neq; me quicq̄ conſilio adiuuas?
Sy. Imò & ibi nunc ſum, & uſq; dudum id egi, dum lo
quitur pater.
Et quantum ego intelligere poſſum. Clit. quid? Sy. non
aberit longius. Clit.
Quid id ergo? Sy. ſic eſt, non eſſe horum te arbitror.
Clit. quid iſthuc Syre?
Satin' ſanus es? Sy. ego dicam quod mihi in mentem,
tu dijudica:
Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio
Quæ propior eſſet te, indulgebāt tibi, dabant: nūc filia
Poſtquam eſt inuēta uera, inuenta eſt cauſa qua te ex-
pellerent. Clit.
Eſt ueriſimile. Sy. an tu ob peccatum hoc eſſe illum ira
tum putas? Clit.
Non arbitror. Sy. nūc aliud ſpecta: matres omnes filijs
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe, id non fit. Clit. uerum dicis, quid ergo nunc
faciam Syre? Sy.

Precatorem pro deprecatorem.

Extremum miſeriarum. fames.

†Pro famis more ueterū.

Præ nimia affectatione intercipit ſermonem.

* callidū Syri conſilium, quo cataſtrophen machinatur.

Indulgebant id eſt, fauebant.

†Ecce, ut rē uériſimilē facit.

Facile aſſentitur.

Materna in filios indulgētia.

Suſpicionem iſtam ex illis quære, rem profer palàm: | Callidũ Syri conſiliũ.
Si nõ eſt uerũ, ad miſericordiã ambos adduces cito, aut
Sàbis cuius ſis. Clit. recte ſuades, faciam. Syr. ſat recte hoc mihi
In mentem uenit: nanq; adoleſcens quàm maxime in | Syrus hæc ſecum.
Spe ſitus erit, tam facillime
Boni patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiã haud ſcio an ne uxorẽ ducat, ac Syro nil gratiæ. | Eclipſis.
Quid autẽ hoc? ſenex exit foras, ego fugio, adhuc quod factum'ſt
Miror non iuſsiſſe me arripi, ad Menedemum hinc pergam,
Eum precatorẽ mihi paro, ſeni noſtro fidei nihil habeo. | Precatorẽ, id eſt, interceſſorem.

PETRVS MARSVS.

Ita'ne tandem quæſo, &c.) Proteruos adoleſcentes caſtigandos, ac acriter propoſito damno terrendos eſſe, ut ad officium reuertantur, monet hæc ſcena. Libere nanq; adoleſcentum cupiditates longius euagantur, ad omne ſcelus impellente appetitu præcipites, niſi à ratione reuocentur. Itaq; pater non aliter quàm equorum domitor, immo multo magis filium luxu diffluentem, tanquã in gyrum rationis flectere debet, ut rei domeſticæ ac publicæ uſui honoriq; eſſe poſſit. Cicero in primo Officiorum loquens de temperantia, ſic ait: Efficiendum eſt, ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant, ſintq; tranquilli, ac perturbatione animi careant, ex quo elucebit omnis conſtantia, omniſq; moderatio. Nam qui appetitus largius euagantur, & tanquam exulantes cupiendo ſiue fugiendo, non ſatis à ratione continentur, hi ſine dubio finem & modũ tranſeunt. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parẽt, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. Plato in quarto de republica, ſic ait: Educatio bonaq; inſtitutio, ingenia quoq; bona efficit. Et in primo de legibus, inquit: Aſſero eos qui in præſtantes uiros aliquãdo | Appetitus rationi pareat.

*euaſuri ſint, ab ineunte ſtatim pueritia oportere idipſum tam ludendo quàm ſtudendo in ſingulis ipſis conuenientibus.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena exprimitur quaſi imago diſſidij inter uirum et uxorem, qui & natura moroſi ſunt ac difficiles. Chremes enim Soſtratam uxorem mordacibus impetit obiurgatiunculis, & ſalibus haud illepidis, in cuius mores filij occaſione inuehitur.*

# ACTVS V. SCENA III.

Eiuſdem rationis, præter dimetrum unum.

SOSTRATA, CHREMES.

*† Maternus anim° in hac ſcena ob oculos ponitur. Homo per cõtemptũ et cũ ſtomacho pronuntiandũ. Notat mulierum importunitatem. †Obiurgatio iracundi mariti. Confidẽter, id eſt, pertinaciter. † Correctio ironica. Oh, indignãtis eſt.*

PRofectò niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.
Idq; adeo miror, quomodo tam ineptum quicquã potuerit tibi
Venire in mentem mi uir. Ch. oh pergin' mulier eſſe? ullam ne ego
Rem unquam uolui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?
At ſi rogitem iam quid eſt quod peccem, aut quamobrem hoc faciam, neſcias.
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Soſt. ego neſcio.
Ch. Imò ſcis potius, quàm quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio. So.
Oh iniquos es, qui me tacere de re tanta poſtules.
Ch. Non poſtulo, iam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen. So.
Facies? Chr. uerum. Soſt. non uides quantum mali ex ea re excites?

Subditum ſe ſuſpicatur. Ch. ſubditum ain' tu? So. certe inquam mi uir. Repetitio uerbi cum ſtomacho.

Chr. Confitere tuum non eſſe? So. ah, obſecro te, iſthuc inimicis ſiet, Imprecatio.

Egon' confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus? Ch.

Quid metuis? nonne cum uelis, cõuincas illũ eſſe tuum? Soſt. Conuincas, iuridicum uerbum.

Quod filia eſt inuenta. Chr. non, ſed quod magis credũ dum ſiet,

Id quod eſt conſimilis moribus,

Conuinces facile ex te natũ, nam tui ſimilis eſt probe. A moribus.

Nam illi nihil uitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi. Notat uxoris mores ex filij moribus.

Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

Sed ipſe egreditur, q̃ ſeuerus, rem cum uideas cenſeas. †Ironia.

PETRVS MARSVS.

Profecto niſi, &c.) Quales ſunt parẽtes, tales pleruq; filios eſſe docet hæc ſcena. Quapropter cũ filijs opera datur, ab omni ebrietate ac luxu cauendum eſt, ne id uitium nati referant. Plato in ſexto de legibus loquens de filiorum procreatione, ſic ait: Idcirco ebrius tanquam mente captus, ad ſerendum eſt inutilis. Nempe uериſimile eſt, eum fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos tam membris quàm moribus procreare. Quapropter per totam quidem uitã, et maxime quandiu generationi uacat, abſtinebit quiſq;, cauebitq; ne faciat uel quæ ſuapte natura morbos inducant, uel quæ ad petulantiam iniuriamq; deducant. Hæc enim in animos et corpora naſcentium neceſſario translata, illic imprimuntur, peiores q; naſcuntur. Sed præcipue die illo ac nocte ab illis abſtinendum eſt. Immo ſcis potius.) Id eſt, intelligis quid dicere uelim, antequam ſit finis uerborum meorum. Ebrius.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequẽti ſcena Clitipho matrem adhuc ſolicitiorem reddit,

cum tam petat obnixe, ut ſibi parentes commonſtret. Ex qua re profecto facilius ad tranquillitatem omnium rerum peruenitur. Soſtrata Clitiphonem, ſuum Chremetisq; eſſe confirmat. Chremes ipſum contumelioſe obiurgat, trepidum pudentemq́; uel matre coram reddit.

Additio pro declaratione dicti Chremetis, Gerro, id eſt nugator, iners, ignauus, damnoſus, hoc poſtremo poſuit, quod ipſum magis urget, utpote decem minæ Bacchidi datæ, per Syri dolum extortæ.

# ACTVS V. SCENA IIII.

Eiuſdem numeri.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

*valebat ad matrem con ſiliũ hoc, propterea mater producitur.

SI unquam ullum fuit tempus mater, cum ego uoluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, obſecro
Eius ut memineris, atq; inopis nunc te miſereſcat mei.
Quod peto & uolo, parentes meos ut commonſtres mihi. So.

Verba matris conſternatæ.

Obſecro mi gnate, ne iſthuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. Clit. ſum. So. miſeram me, hoccine quæſiſti obſecro?

Iurandi uet⁹ mos parẽtũ.

Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me atq; hoc natus es,
Et caue poſthac (ſi me amas) unquam iſthuc uerbum ex te audiam.

Aſperitas patris.
Contumeliæ in abiectiſſimum quenq;.

Chre. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. Clit.
Quos? Ch. ſi ſcire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnoſus: crede, & noſtrum te eſſe credito.

†Gerro, id eſt, nugator.

Clit. Non ſunt hæc iam parentis dicta. Ch. non, ſi ex capite ſis meo
Natus, item ut aiunt Mineruam eſſe ex Ioue, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.
So. Dij iſthæc prohibeant. Ch. deos neſcio, ego quod potero enitar ſedulo.
Quæris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris, patri
Quomodo obſequare, & ut ſerues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente uerbum turpe, at te illud nullo modo
Facere piguit. Clit. eheu quàm ego nunc totus diſpliceo mihi,
Quàm pudet? neq; quod principium incipiam ad placãdum ſcio.

Luculenta ſimilitudo. † vide Ouidiũ in faſtis. † Abominatio. Deos neſcio. Iratorum more hæc. Inuenerit, id eſt, acquiſierit. * Cataſtrophe.

PETRVS MARSVS.

*Si nunquam, &c.) Increpationes paternas neceſſarias, ac filijs luxu diffluentibus utiles eſſe ad mutandum uitæ inſtitutum, exemplo huius ſenis ac laſciui adoleſcentis, docet hæc ſcena. Adoleſcẽs enim inter æſtus affectuum fluctuat: & niſi reprimatur, omnem modum excedit, idcirco caſtigandi ſunt adoleſcentes. Vnde dicitur: Qui parcit uirgæ, filium ſuum odit. Horatius in Sermonibus patris diligẽtiã in ſua inſtitutione his uerſibus celebrauit:*

*Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus, omnes*
*Circum doctores aderat, quid multa? pudicum*
*(Qui primus uirtutis honor) ſeruauit ab omni*
*Non ſolum facto, uerum opprobrio quoq; turpi.*

*Dicam, gerro, &c.) Gerro dicitur nugator ineptus, & denique* Gerro.

nullius pretij. Heluo(autore Pompeio)dictus eſt,immoderate bona ſua conſumens. Cicero in oratione pro Sextio,ſic ait: Meipſum ut contempſit heluo patris. Nam quid ego id patrimonij dicam. Et in oratione pro lege Agraria: Videte nunc ut impurus heluo turbet rempublicā. Et in duodecima Philippica. Ille heluo,illa belua diſſipauit. Gellius libro ſeptimo: Pleraq; id genus quæ iſti heluones conquirunt.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ultima ſcena,interuētu Menedemi grata pax poſt tantas turbationes conciliatur,ita ut omnia ad tranquillitatē tandem ac iucundam compoſitionem redigantur, quemadmodum comœdiæ finis expoſtulat. Proinde Clitiphoni quoq; libito Archonidis filia collocatur. Poſtremo Syrus ab hero ueniam adipiſcitur.

# ACTVS V. SCENA V.

Trimetri & ſeptenarij.

MENEDEMVS, CHREMES. SOSTRATA, CLITIPHO.

*Menedemus ſolus hæc ſecum.*

ENimuero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum,
Nimiſq; inhumane, exeo ergo ut pacem conciliē, optume
Ipſos uideo. Ch. ehem Menedeme, cur non accerſi iubes
Filiam, et quod dixi dotis firmas? So. mi uir, te obſecro
Ne facias. Clit. pater, obſecro mihi ignoſcas. Me. da ueniam Chreme,
Sine te exorē. Ch. egon' mea bona ut dem Bacchidi dono? ſciens
Non faciam. Me. at id nos nō ſinemus. Clit. ſi me uiuum uis pater,
Ignoſce. So. age Chremes. Me. age quæſo, ne tam offirma te Chremes. Ch.

*Filiam, ut nubat. ſ. Cliniæ.*

*† Status uenialis.*

*Mire ſibi ignoſci poſtulat.*

Quid iſthuc? uideo nõ licere ut cœperã hoc pertẽdere.

Metaphora à repagulo occludendo.

Mene. Facis ut te decet. Chre. ea lege hoc adeo faciam, ſi faciat

Quod ego hunc æquum cenſeo. Clit. pater, omnia faciam, impera. Ch.

Pater, uox deliberãtis.

Vxorem ducas. Clit. pater. Ch. nihil audio. Men. ad me recipio,

Recipio, id eſt, promitto.

Faciet. Ch. nihil etiã audio ipſum. Clit. perij. So. an dubitas Clitipho? Chr.

Imò utrũ uult. Men. faciet omnia. So. hæc dum incipias, grauia ſunt,

† A' facili. Sententia.

Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. Clit. faciã pater.

So. Nate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facile ames,

Blanda matris ſuaſio.

Filiam Phanocratæ noſtri. Clit. rufam illam uirginem,

† Notatio.

Cæſiã, ſparſo ore, adunco naſo? nõ poſſum pater. Ch.

Deformis puellæ deſcriptio.

Eia ut elegans eſt, credas animum ibi eſſe. So. aliam dabo. Clit.

Quid iſthuc? quandoquidem ducenda eſt, egomet habeo propemodum

Quam uolo. So. nũc laudo gnate. Clit. Archonidis filiã.

Archonidis filiã Clitipho ducit.

So. Perplacet. Clit. pater, hoc nũc reſtat. Ch. quid? Clit. Syro ignoſcas uolo,

Syro ignoſcitur.

Quæ mea cauſa fecit. Ch. fiat.

CALLIOPIVS.

Vos ualete & plaudite.

PETRVS MARSVS.

Enimuero, &c.) Laſciuum filium, ſed uitæ inſtitutum iam mutantem, recipiendũ eſſe in gratiam, et iugali cõpede uinciendum,

monet hæc ſcena, oſtendens affectus iuueniles ratione caſtigatiores fieri, mediocritatem illam quæ iure laudatur, & concordiam habenti pollicetur & affert, cuius oppoſitum efficit uitium. Vnde Ariſtoteles in nono Ethices: Vitioſus igitur animus in ſeditione poſitus eſt, & nec ſe amat, nec alios. Talis autem diſpoſitio, cum multas habeat miſerias, totis uiribus fugienda eſt, & enitendum ut boni ſimus: Sic enim & nobis & alijs erimus amici. Et Plato in eo dialogo qui inſcribitur Lyſias, de amicitia ſic inquit: Improbi nunquam uel ſibijpſis uel inuicem ſimiles ſunt, ſed perturbati penitus & inſtabiles, qui uero ſecum ipſe diſſentit, nullo modo cum alio conſentiet, nec ulli amicus eſſe poterit. Et ſic patet, (inquit) quòd ſolus bonus bono amicus erit, malus autē nec bono, nec malo unquam re uera amicus efficietur. Lepidam.) Id eſt, iucundam & ſuauē moribus & forma, ut ſine difficultate illam ames. Cæſiam.) Id eſt, habentem oculos glaucos & cæruleos, quales dicit eſſe Germanorū Iuuenalis his uerbis: Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flauam Cæſariem: Gellius libro ſecundo loquens de coloribus, ſic ait: Noſtris autem Latinis cæſia dicta eſt quæ à Græcis glaucopis dicitur, ut P. Nigidius ait: de colore cœli, quaſi cœlia. Glaucopis Græce, dicitur Latine habens oculos cæſios. Glaucum colorem, Latini dicunt cæruleum, eſt enim ſubuiridis. Eia ut eleg. &c.) Id eſt, formoſa eſt illa puella et huic diſplicet, cum habeat animum ad ſcortum Bacchidem. Credas animum, &c.) Id eſt, formoſa eſt illa puella, quaſi dicat, ideo non placet, quia non habet animum ad eam, ſed ad illam.

Improbus. Glaucopis. Glaucum. Elegans.

HEAVTONTIMORVMENV FINIS.

## ARGVMENTVM ADELPHORVM PER PHILIPpum Melanchthonem. PROTASIS.

ERipuerat Aeſchinus lenoni mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquam reſciuit Demea, aſpero & incommodo ingenio pater, de eo peccato cū Mitione cui Aeſchinum dederat adoptandū, expoſtulat, queriturq; eius indulgentia cor-

rumpi. Periclitantur itaq; Aeſchinus et ſeruuli, quomodo lenoni ſatis fiat, quomodo celetur, Demea ne Cthesiphonis peccatum reſciſcat. Neq; enim iam ipſe ſibi, quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuam quandam Aeſchinus, cui fidem dederat, uxorem ſe ducturum eſſe, quæ poſtq̃ raptam audiuit Pſaltriã, grauiter perturbata eſt, metuens ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallitur Demea.

EPITASIS.

Reſciſcit Demea uitium oblatum eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea uero de re miram tragœdiã excitat. Magis commouetur poſtquam deprehẽdit Cthesiphoni cum Pſaltria rem eſſe. Miſere etiã angitur Aeſchinus, cum in diſcrimen uenit, ne uxore excidat.

CATASTROPHE.

Hæ turbæ omnes, prudentia & manſuetudine Mitionis ſedantur. Primas itaq; in hac fabula ſenes habent. Confertur enim cum aſpero & inclementi patre urbanus & comis pater, & huc omnia ſpectant, ut adpareat in re domeſtica, publica, commercijs hominum ubiq; nullam eſſe neq; utiliorem, neq; gratiorem uirtutem comitate. Conſtat autem hæc comœdia magna ex parte accuſationibus & excuſationibus, crebras habet querelas, & penè tragica pathe. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

ADELPHORVM
PERSONAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| MITIO | ſenex. | SANNIO | leno. |
| SYRVS | ſeruus. | SOSTRATA | matrona |
| GETA | ſeruus. | DROMO | ſeruus. |
| DEMEA | ſenex. | AESCHINVS | adoleſcẽs |
| CTHESIPHO | adoleſcens. | CANTARA | nutrix. |
| HEGIO | ſenex. | PAMPHILA | puerpera. |

# P. TERENTII ADELPHI.

ACTA LVDIS FVNERALIB. Q. FAbio Maximo, P. Cornelio Africano ædilibus curulib. Egere L. Attilius Præneſtinus, Minutius Protimus. Modos fecit Flaccus Claudij tibijs ſarranis. Facta Græca Menandru, L. Anicio, M. Cornelio COSS.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

*Senarij omnes.*

DVos cum haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchinum,
Sed Ctheſiphonem retinet, hunc citharistriæ
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre
Frater celabat Aeſchinus, famam rei,
Amorem in ſe transferebat, deniq;
Fidicinam lenoni eripuit, uitiauerat
Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat hanc ſibi uxorem fore.
Demea iurgare & grauiter ferre, mox tamen
Vt ueritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus
Vitiatam, potitur Ctheſipho citharistriam.

## PAVLVS MALLEOLVS.

*In hoc prologo poëta potiſſimum captat auditorum beneuolentiam modeſte ac leniter purgans æmuli obiecta. Magis enim in hoc uerſatur, quàm in aduerſario lædendo. Nec profecto magnopere illud defendit quod obijcitur, utpote ſe eſſe adiutum à Lælio & Scipione, immo id ſibi maximæ laudi ducit.*

## PROLOGVS.

## PROLOGVS.

### Eiuſdem numeri.

Poſtquam poëta ſenſit ſcripturam ſuam * Narratio
Ab iniquis obſeruari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi ſumus,
Indicio de ſe ipſe erit, uos eritis iudices,
Laudin' an uitio duci factum oporteat.
Synapothniſcontes Diphili comœdia 'ſt, * Diphilus poëta comicus fuit.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem, in prima fabula, cum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum ſumpſit ſibi Græca Latino ſtylo ornauit.
In Adelphos, uerbum de uerbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam, pernoſcite,
Furtum ne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia 'ſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles * Alia defenſio.
Eum adiutare, aſſidueq; unà ſcribere:
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam hic laudem ducit maximam, cum illis placet, * Inuerſio.
Qui uobis uniuerſis & populo placent, Laus ab humanitate.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia. † Antitheton.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ,
Senes qui primi uenient, hi partem aperient,
In agendo partem oſtendent, facite æquanimitas
Poëtæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

### PETRVS MARSVS.

Poſtquam poëta, &c.) Hic prologus à ſimplicitate ac ueritate

Obſeruare. Diphilus. Integrum.

beneuolentiam Terẽtio parat,& odium aduerſarijs à malignita te & liuore. Obſeruari, id eſt, curioſe inſpici ut notari poſſint. Diphili comœdia eſt.) Diphilus comicus Græcus. Synapothniſcontes Græce, Latine commorientes. Locum reliquit integrum, id eſt, intactum. Verbum de uerbo expreſſum extulit, id eſt, transferendo plurimum ornauit: quoniam (autore Donato) M. Terentius Varro, principium huius comœdiæ præpoſuit principio Menandri. Nam quod iſti dic. &c.) Vituperationem aduerſariorum retorquet in illorum ignorantiam, qui id uitio uertebant, quod laudandum erat. Cum illis placet, &c.) Seneca libro decimoquarto epiſtolarum, ſic ait: Nulla res magis animos honeſtate induit, dubiosq́; & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum uirorum conuerſatio. Aequanimitas, &c.) Aequanimitas eſt patientia, & illa diſpoſitio quæ habet animum placidum, beneuolum, & minime æſtuantẽ. Idem eſt: Adeſte æquo animo, &: æquanimitas ueſtra faueat.

Conuerſatio cum bonis. Aequanimitas.

PAVLVS MALLEOLVS.

In prima ſcena, quod prologus promiſit, argumentum narratur, opportuneq́; uita aſpera cum leni, pater mitis cum ſeueriſſimo comparatur. Oſtendit etiam ſe Mitio admodum eſſe ſolicitum de Aeſchino filio adoptiuo, quòd nondum de cœna heſterna redierat, ſimulq́; lenitate potius quàm aſperitate aut ui inſtruendos liberos præſcribit.

# ACTVS I. SCENA I.

*Senarij omnes.*

MITIO.

* Mitio hac narratiõe exponit ſuã erga filiũ uolũtatem, ſua cõſilia de educatione expo

STorax, non redijt hac nocte à cœna Aeſchinus?
Neq; ſeruulorum quiſq̃ qui aduerſe ierant?
Profecto hoc uere dicunt: ſi abſis uſpiam, aut
Vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa quæ parentes propitij.

Vxor ſi ceßes, aut amare cogitat,
Aut te amari, aut potare, aut animo obſequi,
Tibi bene eßе ſoli, cum ſibi ſit male.
Ego, quia non rediјt filius, quæ cogito?
Quibus nunc ſolicitor rebus, ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit aliquid?
Vah, quenq̃ne hominem in animo inſtituere,
Aut parare quod ſit charius, q̃ ipſe eſt ſibi?
Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre, is adeo
Dißimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia
Ego hanc clementem uitam urbanam atq; otium
Secutus ſum, & (quod fortunatum iſti putant)
Vxorem nunquam habui: ille contrà hæc omnia,
Ruri agere uitam, ſemper parce ac duriter
Se habere, uxorem duxit, nati filij
Duo ſunt: inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo,
In eo me oblecto, ſolum id eſt charum mihi.
Ille ut idem contra me habeat, facio ſedulo,
Do, permitto, non neceße habeo omnia
Pro meo iure agere: poſtremo alij clanculum
Patre quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.
PVDORE & liberalitate liberos
Retinere ſatius eße credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit ſæpe ad me clamitans, quid agis Mitio?

nit item conſilia Demeæ. Orditur aũt narrationem à collatione qua exaggerat curam et amorem erga filium.

† Collatio uitæ urbanæ et ruſticæ, cœlibatus et matrimonij.

Demeæ uita laborioſa & auſtera.

Compendiũ.

Quàm breuiter, quàm pudice, quàm ornate locutus eſt.

Dictũ uerũ.

* Epiphonema.

* Patris conſilia.

Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?
† Ἀντίπτωσις ablatiuus datiui loco ponitur.
Veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipſe durus eſt præter æquum & bonum.
ET ERRAT longe, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius,
Retorquet correptionē contrariam inferendā.
Vi quod fit, q̃ illud quod amicitia adiungitur.
Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum:
Malo coactus qui ſuum officium facit,
† Ανακοινου.
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clàm, rurſum ad ingenium redit.
Veriſſimū dictum.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre, præſens abſensq́; idem erit.
Patriū, ſcilicet officium.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium
Sua ſponte recte facere, q̃ alieno metu.
Indulgentiæ affectum ad diſciplinā reuocat.
Hoc pater ac dominus intereſt: hoc qui nequit,
Fateatur ſe neſcire imperare liberis.
Sed eſt ne hic ipſus de quo agebam? & certe is eſt.
Neſcio quid triſtem uideo, credo iam ut ſolet
Iurgabit, ſaluum te aduenire Demea
Gaudemus.

PETRVS MARSVS.

*Storax non rediјt, etc.*) Proprij patris ualdeq́; amantis filium affectus, hac ſcena exprimitur, quæ uiri clementis decorum ſeruās, imperium docet eſſe ſtabilius quod amore gubernatur, quàm quod timore. Nihil enim uiolentum poteſt eſſe diuturnum. Seneca ſcribens de clemētia ad Neronem, ſic ait: Principibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas, quia frequens uindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Et ad Paulinum de breuitate uitæ, ſic ſcribit: Quanto melius beneficijs imperium cuſtoditur q̃ ar-

Manſuetudo.

mis. Et Cyrus moriturus (ut eſt apud Xenophontem) Cambyſæ filio ſic dixit: Non eſt aureum hoc ſceptrum quod regnum ſeruat, ſed amici multi, ſceptrum ſunt regibus ueriſſimum, maximeq́; ſecurũ, & non parantur fidi amici ui, ſed potius beneficentia. Et alibi dixerat Cyrus: Neceſſe eſt ut qui à multis timetur, is multos faciat ſibi inimicos, qui uero ſimul omnibus infeſtus eſt, is omnibus concordiam inijcit. Cicero in prima Philippica, ſic ait: Clarum eſſe, ciuem de republica mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum eſt, metui uero, & in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum, quod uidemus etiam in talibus ipſis illis, qui oderint dum metuant, dixerint, pernicioſum fuiſſe.

Sceptrum regium.

Timor.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena, diuerſi homines, diuerſæ partes, diuerſaq́; ſtudia proponũtur, hic lenis, ille aſper, facetus hic, ille impolitus, hic ad condonãdum facilis, ille pertinax atq; diffilis in delictis corrigendis remittendisq́;. Nam Demea Aeſchinum filium petulantiæ grauiter accuſat. Mitio contrà, eius adoleſcentiam indulgenter excuſat, à quo tandem Demea utcunq; placatur.

# ACTVS I. SCENA II.

Senarij.

DEMEA, MITIO.

HEm opportune, teipſum quærito. Mi.
Quid triſtis es? Demea: rogitas me, ubi nobis Aeſchinus.
Siet, quid triſtis ego ſum? Mi. dixin' hoc fore?
Quid is fecit? De. quid ille fecerit? quem neq; pudet
Quicquam, neq; metuit quenq̃, neq; legem putat
Tenere ſe ullam: nam illa quæ antehac facta ſunt
Omitto, modo quid deſignauit? Mi. quidnam id eſt? De.
Fores effregit, atq; in ædeis irruit
Alienas, ipſum dominum, atq; omnem familiam

* Cõgreſſus ſenũ, qui uelut ſuperiorẽ Mitionis orationem comprobat et amplificat.

* Propoſitio generalis.

* Narratio.

Multauit uſq; ad mortem: eripuit mulierem
Quam amabat, clamant omnes indigniſsime
Factum eſſe hoc: aduenienti quot mihi Mitio

* Amplificatio ab exẽplo.

Dixere? in ore' ſt omni populo, deniq;
(Si conferendum exemplum eſt) non fratrem uidet
Rei dare operam? ruri eſſe parcum ac ſobrium?

†Aſpergit argumenta.

Nullum huius ſimile factum: hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico, tu illum corrumpi ſinis.

†A gnome ordit̃ defenſionem.

Mit. HOMINE IMPERITO nunquam quicq̃ iniuſtius,
Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. De.

Excuſatio facti per confutationem.

Quorſum iſthuc? Mi. quia tu Demea hæc male iudicas.
Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum
Scortari, neq; potare non eſt, neq; fores

Id plerunq; uſu uenit.

Effringere: hæc ſi neq; ego neq; tu fecimus,
Non ſiuit egeſtas facere nos: tu nunc tibi

* Diſſimulatio callida Mitionis, qua placare fratrem conat̃.

Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia:
Iniurium 'ſt, nam ſi eſſet unde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius q̃ ubi te expectatum eieciſſet foras,

†Id eſt, cuius mors expectatur, ita Donatus.

Alieniori ætate poſt faceret tamen. De.
Proh Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam,

Tragica exclamatio.

Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulum? Mi. ah,
Auſculta, ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:

Argumentatio per inductionem.

Is meus eſt factus, ſi quid peccat Demea,
Mihi peccat, ego illi maxumam partem feram.

†Locũ hunc

Obſonat, potat, olet unguenta? de meo.

Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum:
Vbi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur, diſcidit
Veſtem? reſarcietur, eſt dijs gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremo aut deſine, aut cedo quemuis arbitrum,
Te plura in hac re peccare oſtendam. De. hei mihi,
Pater eſſe diſce ab ijs qui uere ſciunt. Mi.
Natura tu illi pater es, conſilijs ego. De.
Tun' conſulis quicq̃? M. ah, ſi pergis, abiero. De.
Siccine agis? Mi. an ego toties de eadẽ re audiã? De.
Curæ eſt mihi. Mi. & mihi curæ eſt, uerum Demea
Curemus æquam uterq; partem, tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. De. ah ah Mitio. Mi.
Mihi ſic uidetur. De. quid iſthuc? tibi ſi iſthuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi uerbum unum poſthac. Mi. rurſum Demea
Iraſcere? De. an non credis? repeton' quem dedi?
Aegre 'ſt, alienus non ſum, ſi obſto, hem deſino,
Vnum uis curem, curo: & eſt dijs gratia,
Cum ita ut uolo eſt iſte, tuus ipſe ſentiet
Poſterius, nolo in illum grauius dicere. Mi.
Nec nihil, neq; omnia hæc ſunt quæ dicit, tamen
Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi, ſed oſtendere
Me ægre pati illi nolui: nam ita 'ſt homo,
Cum placo, aduerſor ſedulo & deterreo.
Tamen uix humane patitur, uerum ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,

M. varro aliter citat de lingua Latina, legit enĩ: ſcortatur, potat, olet. Q̃d & Ang. Politia. in Miſcel. adnotauit.

Perculta breuitas qua propoſita ſoluuntur.

Peroratio.

Plus laudis cõſilium q̃ natura cõſequitur.

Concessio ironica.

† Aſyntheton.

† Apoſiopeſis eſt iracundi ſenis.

Iſte, per contemptum.

* Correctio diſſimulationis.

Argumentũ à contrario.

Inſaniam profecto cum illo, etſi Aeſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo, nuper credo iam omnium
Tædebat, dixit uelle uxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam,
Gaudebam, ecce autem de integro, niſi quicquid eſt,
Volo ſcire, atq; hominem conuenire, ſi apud forum 'ſt.

Nobis, id eſt utriq; noſtrũ

Reprehenſiones leues.

Apoſiopeſis.

PETRVS MARSVS.

Hem opportune, &c.) Hominis in diſciplina domeſtica ſeueriſſimi, nec permittentis filium laſciuire, ne uſus tranſeat in mores, & alterius nimium indulgentis libidini filiorum, ut ætas curſum ſuum faciat, decorum hac ſcena ſeruatur, & diuerſum uitæ inſtitutum exprimitur. Vtrunq; rationes habet: Primum quoniam ex frequentibus actibus habitus generantur tam boni q̃ mali. Ariſtoteles in ſecundo Ethicorũ, ſic ait: Atq; ut breuiter dicã, omnes habitus ex operationibus ſimilibus fiunt, quapropter tales quaſdam operationes reddere oportet. Ipſarum nanq; differentias habitus ipſi ſequuntur. Non igitur parum, ſed plurimum, quin potius totũ refert, ſic: an nõ ſic homines ab adoleſcentia cõſueſcant. Et paulo poſt dicit: Ob uoluptatem res improbas agimus, ob dolorem uero res poſthabemus honeſtas. Quapropter homines ab ipſa ſtatim adoleſcẽtia (ut inquit Plato) ita inſtitutos eſſe oportet, ut his gaudeant, doleãt, quæ quibus gaudere dolereq; oportet. Hæc eſt enim educatio & eruditio recta. Non eſt flagitium crede mihi, &c.) Hæc eſt ratio alterius inſtituti, quod eſt mitius, & nonnulla dicit adoleſcentiæ concedenda propter feruorem ætatis. Cicero in oratione pro Cælio, ſic ait: Datur enim conceſſu omnium, huic aliquis ludus ætati, et ipſa natura profundit adoleſcẽtiæ cupiditates, quæ ſi erumpunt ut nullius uitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent. Iuuenalis etiam dicit:

Habitus.

Inſtitutio.

Aetas adoleſcentium.

Quædam cum prima reſecentur crimina barba, Et:
— Breue ſit quod turpiter audes.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena proponitur exemplum contumelioſi diuitis per potentiam, & pauperis pertinacis in perniciem ſuam. Nititur etiam perſuadere Aeſchinus ſe inuitum Sannioni lenoni intuliſſe iniuriam, uerum fuiſſe illius culpa impulſum. Intelligendum quoque eſt, Parmenonem ſeruum morem gerentem Aeſchino, ira acriter egiſſe cum lenone, ut tandem ab eo puella eriperetur, cuius auferendæ Aeſchinus percupidus fuerat.*

# ACTVS II. SCENA I.

*Iambici trochaici, tetrametri mixti.*

SANNIO, AESCHINVS.

OBſecro populares, ferte miſero atq; innocenti auxilium,
Subuenite inopi. Aeſ. otioſe, nunc iam ilico hic conſiſte.
Quid reſpectas? nihil pericli'ſt, nũquam dum ego adero hic, te tanget. San.
Ego iſtam inuitis omnibus. Aeſ.
Quanquam eſt ſcelestus, non committet hodie unquam iterum ut uapulet. San.
Aeſchine audi, ne te ignarũ fuiße dicas meorũ morũ,
Leno ego ſum. Aeſ. ſcio. San. at ita, ut uſquam fuit fide quiſquam optuma.
Tu quòd te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam eſſe, huius non faciam: crede hoc, ego meum ius perſequar:
Neq; tu uerbis ſolues unq̃, quod mihi re maleſeceris.
Noui ego ueſtra hæc, nollem factum, iuſiurandum dabitur, te eße

** Omiſſis ſenibus, deſcribitur Aeſchini factũ iurgantis cũ lenone. Eſt'que hæc periculi protaſis.*

*Huius, uel ſtipulã uel ſummum digiti oſtendens, dicit.*

*† μίμησις.*

Indignum iniuria hac, indignis cum egomet ſim acce-
ptus modis. Aeſ.

Abi, ad Parmenonem cōcitatus loquitur.

Abi præſtrenue, ac fores aperi. San. cæterum hoc nihil facis.

Aeſ. I intrò nunc iam. San. at enim non ſinam. Aeſ. accede illuc Parmeno,

Propter, id eſt, iuxta.

Nimiū iſthoc abiſti, hic propter hunc aßiſte, San. hem, ſic uolo. Aeſ.

Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos,

Mala, id eſt, maxilla.

Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. San.

Iſthuc uolo ergo ipſum experiri. Aeſ. hem ſerua, omitte mulierem. San.

Exclamatio uapulantis.

O' facinus indignum. Aeſ. geminabit, niſi caues. San. hei miſero mihi. Aeſ.

Non innueram, uerum in iſtam partem potius peccato tamen,

I nunc iam. San. quid hoc rei eſt? regnum ne Aeſchine hic tu poßides? Aeſ.

†Id eſt, haberes præmia tuis peccatis digna. Nam olim reges honorē habebāt ijs, qui facinus aliquod præclarū edidiſſent.

Si poßiderem, ornatus eßes ex tuis uirtutibus. San.

Quid tibi rei mecum eſt? Aeſ. nihil. San. quid? noſtin' qui ſim? Aeſ. non deſidero. San.

Tetigin' tui quiq̃? Aeſ. ſi attigiſſes, ferres infortunium.

San. Qui tibi magis licet meam haberem, pro qua ego argentum dedi?

Reſponde. Aeſ. ante ædeis non feciße erit melius hoc cōuitium.

Nam ſi moleſtus pergis eße, iā intrò arripiere, atq; ibi

Vſque ad necem operiere loris. San. loris? liber. Aeſ. ſic erit. | † A` cõditio ne.

San. O` hominem impurum: hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus? Aeſ.

Si ſatis iam debacchatus es leno, audi ſi uis nũc iam. Sã. | Superbe con temnit dicta lenonis.

Egon' debacchatus ſum in te, an tu in me? Aeſch. omitte iſta, atq; ad rem redi. San.

Quam rem? quò redeã? Aeſ. iam ne me uis dicere quod ad te attinet? San.

Cupio, modo æqui aliquid. Aeſ. uah, leno iniqua me non uolt loqui. San. | Ironicos.

Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium, | † παρωμολόγησις digna lenone.

Periurus, peſtis, tamen tibi à me nulla orta eſt iniuria.

Aeſ. Nam hercle etiam id reſtat. San. illuc quæſo redi quò cœpiſti Aeſchine. Aeſ.

Minis uiginti tu illam emiſti, quæ res tibi uertat male. | Imprecatio.

Argenti tantum tibi dabitur. San. quid ſi ego tibi illam nolo uendere?

Coges me? Aeſ. minime. San. nanq; id metui. Aeſ. neque uendundam cenſeo | Stulte negat ſe uenditurũ quod perdidit.

Quæ libera 'ſt: nã ego illã liberali aſſero cauſa manu. | † A` fortuna.

Nũc uide utrum uis argentum accipere, an cauſam meditari tuam. | * Liberalis cauſa quæ cõtinet actionẽ libertatis.

Delibera hoc, dum ego redeo leno. San. proh ſupreme Iupiter,

Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria. | Tragica exclamatio.

Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meã. | † Leno ſecũ loquitur.

Ob malefacta hæc, tantidẽ emptã poſtulat ſibi tradier.

Homini miſero plus quingẽtos colaphos infregit mihi. | † Incremẽtũ.

Verũ em̃, quãdo bene promeruit, fiat, ſuũ ius poſtulat.
Age iam cupio, ſi modo argentum reddat, ſed ego hoc
ariolor,
Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet ilico
Vendidiſſe me, de argento ſomnium, mox cras redi.
Id quoq; poſsũ ferre, ſi modo reddat, q̃q̃ iniurium 'ſt:
Verum cogito id quod res eſt, quando eum quæſtum oc
ceperis,
Accipiũda et mũßitãda iniuria adoleſcentiũ 'ſt. (to.
Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecũ has rationes depu

Hic mira arte inſano conceditur.

Ariolor, id eſt, auguror.

† παροιμιακῶς.

Muſſitanda, eſt, diſſimulãter ferẽda.

PETRVS MARSVS.

Obſecro popula. &c.) Proterui adoleſcentis fidentia & impetus, hac ſcena exprimitur, qui ut libidinẽ animi ſui expleat, alterius miſeriæ, inopiæ, ac innocentiæ nullam habet rationem, & leges ciuiles tranſgreditur, quod malæ inſtitutionis ſignum eſt, & damnatur in primis, quoniam uiolatis legibus, uiolatur libertas quæ in legibus continetur, quas non ſolum tenere debet iuuenis bene inſtitutus, ſed ne cogitare quidem an recte ſint poſitæ. Plato libro primo de legibus, ſic ait: vna certe lex erit præclariſſima, quæ iubeat, ne quis iuuenum quærere audeat, recte an contra ſe leges habeant, ſed uno omnium ore, unaque uoce recte tanquam à dijs poſitas cõcedi præcipiat, nec ullo modo aliter pati quidquam à iuuenibus cogitari. Et non ſolum damnandus eſt qui iniuriam irrogat, ſed etiam qui non propulſat, ſi poteſt, iniuriam. Ideo Plato in quinto de republica, ſic ait: Honorandus certe eſt, qui nihil iniuriatur, qui uero nec alios id facere patitur, duplici honore, immo etiam magis honorandus eſt. Xenophon libro primo Inſtitutionum Cyri, ſic ait: Nihil eſt iuſtius quàm propulſare iniuriam, aut pulchrius, quàm amicis ſuccurrere. Seneca loquens de iuſtitia, ſic ait: Iuſtus ut ſis, non ſolum non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis, nam nihil nocere non eſt iuſtitia, ſed abſtinentia alieni. Cicero in libro primo de Officijs: Qui autem non defendit, nec obſiſtit ſi

Lex iuuenũ.

Iniuriæ propulſatio.

Iuſtus.

poteſt iniuriæ, tam eſt in uitio, quàm ſi parentes aut amicos aut patriam deſerat. Illam liberali aſſero, &c.) Aſſero, id eſt, uindico, & defendo eius libertatem ea actione quæ libertatem cõtinet. Eſt autem actio ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur, & hæc actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Manumiſſio eſt datio libertatis. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſubijcitur, & manumiſſus, liberatus eſt à poteſtate, quæ res à iure gentium ſumpſit exordium. Aſſerere. Manumiſſus

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic duorum inter ſe nequam hominum, ſpectanda quædam uiciſſim & doloſa captio continetur. Etiã in hac ſcena exemplum ſpectatur uitæ auarorũ, qui ſæpe in damnum ipſius cupiditatis, ſuiſmet rationibus ruunt.

# ACTVS II. SCENA II.

Tetrametri ſeptenarij & ſinarij.

SYRVS, SANNIO.

TAce, egomet conueniam ipſum, cupide accipiat ſaxo, atq; etiam
Bene dicat ſecũ eſſe actũ, quid iſthuc Sannio'ſt, quod te audio
Neſcio quid concertaſſe cum hero? San. nunquam uidi iniquius
Certationẽ comparatã, q̃ quæ hæc hodie inter nos fuit.
Ego uapulãdo, ille uerberãdo, uſq; ambo defeſſi ſumus,
Sy. Tua culpa. San. quid agerem? Sy. Adoleſcenti morem geſtum oportuit. San.
Quid potui melius, qui hodie uſq; os præbui? Sy. age ſcis quid loquar?
PECVNIAM in loco negligere, maximum interdum'ſt lucrum. San. hui. Sy.

* Cõſilia ſerui, quibus eludit lenonem, atq; cõmode ſubiecit ſtatim concertatiõi, quæ fuit cũ eo Aeſchino.

Polita locutio.

Sententia uera.

†Accuſatio.
Metuiſti, ſi nunc de tuo iure cõceßiſſes paululum, atq;
†παροιμία de incerto et in euentu poſito lucro.
Adoleſcẽti eßes morigeratus,hoĩm homo ſtultißime,
Ne nõ tibi iſthuc fœneraret. Sã. ego ſpẽ pretio nõ emo.
Sy. Nunq̃ rẽ facies,abi,neſcis ineſcare hoĩes Sannio.
Metaphora ab aucupib⁹.
San. Credo iſthuc melius eße:uerum ego nũquam adeo aſtutus fui,
Mos auarorum.
Quin quicqd poßẽ,mallẽ auferre potius in præſentia.
Sy. Age,noui tuum animum,quaſi iam uſquam tibi ſint uiginti minæ,
Dum huic obſequare,præterea autem te aiũt proficiſci Cyprum. San. hem.
Sy. Coëmiße hinc quæ illuc ueheres multa,nauem conductam,hoc ſcio,
Apoſiopeſis.
Animus tibi pendet,ubi illinc ſpero redieris,tamen hoc ages.
San. Nuſquam pedem, perij hercle,hac illi ſpe hoc incẽperunt. Sy. timet,
Metaphora à lapillis articulos urgentibus.
Inieci ſcrupulum homini. San. ô ſcelera illuc uide,
Vt in ipſo articulo oppreßit:emptæ mulieres
Complures,& item hinc alia quæ porto Cyprum:
Ni ſi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum 'ſt.
Prouerbiũ de rebus inanibus.
Nunc ſi hoc omittam, actum agam:ubi illinc rediero,
Nihil eſt,refrixerit res,nunc demum uenis?
Satius,id eſt melius.
Cur paßus?ubi eras?ut ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic manere tandiu, aut tum perſequi. Sy.
Cõploratio.
Iam ne enumeraſti quod ad te rediturum putes? San.
Hoccine illo dignum 'ſt?hoccine incipere Aeſchinum,
Id eſt,uincitur.
Per oppreßionem ut hanc mihi eripere poſtulet? Sy.
Labaſcit,unum hoc habeo,uide,ſi ſatis placet,

Potius quàm uenias in periculum Sannio,
Serues ne an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. San. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc uenio in dubium miſer.
Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi,
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defraudat? nuſquam abeo. Sy. ut lubet,
Nunquid uis quin abeã? San. imò hercle hoc quæſo Syre,
Vtut hæc ſunt facta, potius quàm lites ſequar,
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti empta 'ſt Syre.
Scio te non uſum antehac amicitia mea,
Memorem me dices eſſe & gratum. Sy. ſedulo
Faciam, ſed Ctheſiphonem uideo, lætus eſt
De amica. San. quid quod te oro? Sy. pauliſper mane.

†Id eſt, ſumma, cui extrinſecus acquiritur.
Nunc cõqueritur de iniuria, cum damnum quoq; ſentit.
Diuertit ſe tandem ad preces.
†Suaſoria oratio.

PETRVS MARSVS.

Tace, egomet, &c.) Veteratoris hominis uaframentum et dolos tantum poſſe docet hæc ſcena, ut illis interdum uiri etiam malitioſi circumueniantur, ut cauere ſit difficillimum, maxime cum inſidiæ lateant ſub ſimulatione illarum actionum, quæ utiles eſſe uidentur. Vnde Cicero in tertia actione in Verrem, ſic ait: Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latẽt in ſimulatione officij. Et Plinius in epiſtolis dicit magnas habere latebras uitam hominis, & altos receſſus. In ipſo articulo.) Id eſt, temporis puncto & anguſtijs. Hei mihi, etiam de ſorte.) Sors dicitur principale mutuum & pretium, cui quicquid accedit, dicitur uſura.

Paraſceue.
Fallit enim uitium.
Sors.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Aeſchini commendatio à fratre Ctheſiphone facta, continetur. Exinde gratiarum actio, i[illegible]ensq; gaudium de beneficio, quo eum Aeſchinus affecit, ſcilicet eripiendo illi amicam, eiuſq; cauſa ſubeundo famæ ſuæ periculum.

# ACTVS II. SCENA III.

Tetrametri iambici.

CTHESIPHO, SYRVS.

* Spargitur in perſonas Aeſchini factũ, id'q; iam Cthesipo prædicat, nempe ad quem fructus redit.

ABs quiuis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.
Verum enimuero id demum iuuat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit.
O' frater frater, quid ego nunc te laudẽ? ſatis certe ſcio,
Nũquam ita magnifice quicquam dicam, id uirtus quin ſuperet tua.
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror:

Summa fratris laudatio.

Fratrem, homini neminem eſſe primarum artium magis principem. Sy.

O, gaudẽtis ſunt.

O' Cthesipho. Cth. ô Syre, Aeſchinus ubi eſt? Sy. ellũ, te expectat domi. Cth. hem.

† Amplificatio.

Sy. Quid eſt? Cth. quid ſit? illius opera Syre nunc uiuo feſtiuum caput,

Veri fratris deſcriptio.

Qui omnia ſibi poſtputarit eſſe præ meo commodo.
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit:

Pote, id eſt, poteſt ſupra fieri ſcilicet aut dici.

Nihil pote ſuprà, ſed quiſnam foris crepuit? Sy. mane, ipſe exit foras.

PETRVS MARSVS.

Abs quiuis homine, &c.) Fratrem fratri adeſſe in primis debere, cum uſus uenerit, docet hæc ſcena. Eſt enim inter eos ea coniunctio, quæ alterum à parentibus requirit officium. Plus enim debemus fratri quàm nepoti, & ſic deſcendendo per gradus propinquitatis, quales etiam ſunt gradus officiorum, ut non omnibus eadem debeantur. Ariſtoteles octauo Ethicorum de amicitia, ſic ait: Eſt enim grauius, ſodali quàm ciui pecuniam auferre, & fra-

tri, quàm alienigenæ opem non ferre, & patrem, quàm quemuis alium pulſare. Creſcit autem & iuſtum cum amicitia ſimul, quippe cum ſint in eiſdem, & æque ſe extendant. Cyrus (ut eſt apud Xenophontem libro ultimo) Cambyſem filium natu maiorem ſic monuit: Homines ciues alienigenis præferendi, et qui unà ſunt alẽti, his qui contubernales non ſunt, & qui fratri prouidet, ſeipſum curat, & quem præterea turpius eſt non amare quàm fratrem?

Deſcripta ad exemplar Petri Marſi Romæ, M CCCC XC, die XIX. Iunij, qui in colligendis argumentis ſuperioribus hactenus duntaxat ſolicitus fuit.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic fratrum admirabile continetur colloquium, perſolutio lenonis, datis per Syrum pecunijs, deinde paraſitica de cœna paranda, & obſonio concluſio.

# ACTVS II. SCENA IIII.

Iambici tetrametri.

ASCHINVS, SANNIO, CTHESIPHO, SYRVS.

VBi eſt ille ſacrilegus? San. men' quærit? nũquid nam effert? occidi, — *Aeſchin' ſeruat aduerſus lenonẽ ſuperbiam.*
Nihil uideo. Aeſ. ehẽ opportune, te ipſum quæ rito, quid fit Cthesipho?
In tuto eſt omnis res, omitte uero triſtitiam tuam.
Cthe. Ego illam facile uero omitto, qui quidẽ te habeam fratrem:
O' mi Aeſchine, ò mi germane, ah uereor coram in os te laudare amplius, — *Blanditiæ.*
Ne id aſſentandi magis, quàm quod habeam gratum facere exiſtimes. — *Aſſentatores coram laudant.*
Aeſ. Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos Cthesipho.

Inſinuatio beneficij in periculo collati.
Sed hoc mihi dolet, nos penè ſero ſâße, & penè in eum locum
Rediße, ut ſi omnes cuperēt, nihil tibi poſſent auxiliarier. Cthe.

Extenuatio delicti.
Pudebat. Aeſc. ab ſtultitia'ſt iſthæc, non pudor, tam ob paruolam
Rem penè ex patria, turpe dictu, deos quæſo ut iſthæc prohibeant.

Mitis eſt, ex debacchante ſcilicet & auſtero.
Cthe. Peccaui. Aeſ. quid ait tandem nobis Sannio? Syr. iam mitis eſt. Aeſ.
Ego ad forum ibo, ut hunc abſoluam, tu intrò ad illam Cthesipho. San.

Inconſtanter à lenone dictum.
Syre, inſta. Sy. eamus, nanq; hic properat in Cyprum, San. ne tam quidem,
Quamuis etiam maneo otioſus hic. Sy. reddetur, ne time. San.
At ut omne reddat. Sy. omne reddet, tace modo, ac ſequere hac. San. ſequor. Cthe.

†Petitoria oratio.
Heus heus Syre. Sy. hem quid eſt? Cth. obſecro hercle hominem iſtum impuriſsimum

Impuriſſimū, id eſt, auariſſimum.
Quamprimum abſoluitote, ne ſi magis irritatus ſiet,
Aliqua ad patrē hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim.

†conſolatio. Honeſta in re turpi periphraſis.
Sy. Non fiet, bono animo eſto, tu cum illa te intus oblectà interim,
Et lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera.

Seruus magnifice loquitur.
Ego iam tranſacta re conuertā me domum cū obſonio.
Cth. Ita quæſo, quando hoc bene ſucceßit, hilarem hunc ſumamus diem.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic Soſtrata matrona unà cum nutrice introducitur compatiens filiæ ſuæ, quæ ex Aeſchino grauida facta iam parturiebat.*

# ACTVS III. SCENA I.

*Iambia, ut ſuperiores.*

SOSTRATA, CANTHARA.

*OBſecro mea nutrix, quid nunc fiet? Cantha. quid fiet rogas? recte*

*Aedepol ſpero. So. modo dolores mea tu occipiunt primulum. Cant.*

*Iam nunc times, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? So.*

*Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus, Geta autem hic non adeſt.*

*Nec quem ad obſtetricē mittā, nec qui accerſat Aeſchinum. Cant.*

*Pol is quidem iam hic aderit, nam nunquam unum intermittit diem,*

*Quin ſemper ueniat. So. ſolus mearum miſeriarum eſt remedium. Cant.*

*E're gnatæ melius fieri haud potuit q̄ factum eſt hera.*

*Quando uitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſsimum,*

*Talē, tali genere atq; animo, natū ex tanta familia. So.*

*Ita pol eſt ut dicis, ſaluos nobis, deos quæſo, ut ſiet.*

** Aliud periculū Aeſchini, nā palàm fit oppreſſam ab eo ingenuam, & mulierculæ ī metum conijciuntur propter raptam Pſaltriam.*

*Amatoris affectus.*

*Factum laudat ob conditionē nuptiarum.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena artificioſe exprimitur ſeruus fidelis, uehementer commotus, currensq; propere, ac mala Soſtratæ nuntians. Nam refert quomodo Aeſchinus alio amore captus, puellam lenoni eripuerit, deſerta ac ſpreta Attica uirgine, quam ea lege, ut*

*Ipſam uxorem duceret, ſtuprauerat. Poſtremo Soſtrata Hegioni Simulo familiari rem omnem enodandam cenſet.*

# ACTVS III. SCENA II.

*Tetrametri iambici, & dimeter unus.*

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

*Tragica cõquæſtio ſeruuli de iniuria Aeſchini uiam autẽ facit ad epitaſin.*

NVnc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atq; huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant,
Quod mihiq; heræq; filiæq; herili eſt, uæ miſero mihi,
Tot res repente circumuallant, unde emergi non poteſt,
Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.

*Seculũ accuſat, ut à tempore mores carpat.*

Hoccine ſeculum, ò ſcelera, ò genera ſacrilega, ò hominem impium. So.
Me miſeram, quidnam eſt quod ſic uideo timidũ & properantem Getam?

*†Incrementum.*

*Geta querimoniam proſequitur per exaggerationem.*

Ge. Quem neq; fides, neq; iuſiurandum, neq; illum miſericordia
Repreßit, neq; reflexit, neq; ꝙ partus inſtabat propè,
Cui miſeræ indigne per uim uitium obtulerat. So. non intelligo
Satis quæ loquatur. Can. propius obſecro accedamus Soſtrata. Ge. ah

*Cum pondere & ſtomacho pronuntianda, nam ira animum impedit.*

Me miſerũ, uix ſum compos animi, ita ardeo iracũdia.
Nihil eſt quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,
Vt iram hanc in eos euomã omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.

*† Metapho-*

Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos ulàſcar modo.
Seni animam primum extinguerem, ipſi, qui illud pro duxit ſcelus.
Tum autem Syrum impulſorem, uah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primum in
Vt cerebro diſpergat uiam. (terram ſtatuerem,
Adoleſcẽti ipſi eriperẽ oculos, poſthac præcipitẽ darẽ.
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, et proſternerem.
Sed ceſſo heram hoc malo impertiri propere. So. reuocemus, Geta. Ge.
Hem, quiſquis es, ſine me. Soſtra. ego ſum Soſtrata. Ge. ubi ea' ſt? teipſam quærito,
Te expecto, oppidò opportune te obtuliſti mihi obuiã
Hera. So. quid eſt? quid trepidas? Ge. hei mihi. So. quid feſtinas mi Geta?
Animum recipe. Ge. prorſus. Soſt. quid iſthuc prorſus ergo 'ſt? Ge. perimus,
Actum 'ſt. So. eloquere obſecro quid ſit. Ge. iam. Soſt. quid iam Geta? Ge.
Aeſchinus. So. quid ergo is? Ge. alienus eſt à noſtra familia. So. hem
Perij, quare? Ge. amare occepit aliã. So. uæ miſeræ mihi.
Ge. Neq; id occulte fert, à lenone ipſus eripuit palàm.
So. Satin' hoc certe? Ge. certe, hiſce oculis egomet uidi Soſtrata. So. ah
Me miſeram, quid credas iam? aut cui credas? noſtrum Aeſchinum,

ra ſumpta à ſerpentibus.
Sentẽtia iratis cõpetens.
* Hypotypoſis.
cum nutu et geſtu pronũtianda.
R litera canina, irã indicat.
† Ruerẽ actiuam ſignificationẽ habet, id ẽ, toto corpore uti ad impellendũ.
Præ iracundia uix tãdẽ cognoſcit heram.
Animum, id eſt, reſpirationem.
Interruptus ſermo ob indignationẽ.
Argumẽtum magni amoris.
† πλεονασμός.
Exclamatio.

Noſtram uitam omnium, in quo noſtræ ſpes, omneſq́;
opes ſitæ
Erant, qui ſine hac iurabat ſe unum nunq̃ uicturũ diẽ.
Qui ſe in ſui gremio poſiturũ puerũ dicebat, patrem
Ita obſecraturũ, ut liceret ſibi hanc uxorẽ ducere. Ge.
Hera, lachrumas mitte, ac potius quod ad hanc rẽ opus
eſt, porrò conſule:
Patiamur'ne, an narremus cuipiam? So. hauhau, mi ho
mo, ſanus'ne es?
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe uidetur? Ge. mi
hi quidem non placet.
Iam primum illum alieno animo à nobis eſſe res ipſa in
dicat.
Nũc ſi hoc palàm proferemus, ille inficias ibit ſat ſcio.
Tua fama, & gnatæ uita in dubium ueniet: tum ſi ma
xime
Fateatur, cum amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto celato eſt opus. So. ah mi
nime gentium,
Non faciam. Ge. quid agis? So. proferam. Ge. hem mea
Soſtrata, uide quam rem agas. So.
Peiore res loco non poteſt eſſe, q̃ in quo nunc ſita eſt.
Primum indotata eſt, tum præterea quæ ſecunda ei
dos erat,
Perijt: pro uirgine dari nuptum non poteſt, hoc reli
quum 'ſt,
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus quem amiſerat.
Poſtremo, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpã eſſe
hanc procul,

Apoſiopeſis amare flentis.
Exaggeratio.
Oratorie uehementius cu pitum poſtremo poſuit.
* Fruſtra in metum coniectæ muliercu læ, ut in fabula pluſculum eẽt turbarũ.
Inficias ibit, id eſt, negabit.
Getæ cõſiliũ.
† Gẽtium, ad ornatum potius orationis, q̃ neceſſitatẽ facit. Do.
Sententia de ſperatorum.
Perijt ob aliũ ſcilicet Aeſchini amorem.
† Confirmatio per exaggerationem.
Honeſta locutio.

Necq; pretium, neque rem ullam interceßiſſe, illam aut me indignam Geta experiar. Ge.
Quid iſthuc? accedo ut melius dicas. So. tu quantum po
Abi, atq; Hegioni cognato huius rem omnẽ nar- (tes
rato ordine.
Nã is noſtro Simulo fuit ſummus, et nos coluit maxime.
Ge. Namhercle alius nemo reſpicit nos. So. propera tu mea Canthara,
Curre, obſtetricem arceße, ut cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

Simulus Soſtratæ maritus, pater puellæ uitiatæ ab Aeſchino.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena oſtenditur quantum Demea ipſe commo uebitur, ut rem ipſam reſciuerit, cum ex tam paruæ rei ſuſpicione tantopere ſe affligat.

# ACTVS III. SCENA III.

Scnarij omnes.

DEMEA.

Diſperij, Cthesiphonem audiui filium
Vnà affuiße in raptione cum Aeſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt
Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam adducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò, perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum Syrum ire uideo, hinc ſcibo iam ubi ſiet.
Atq; hercle hic de grege illo eſt, ſi me ſenſerit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non oſtendam me id uelle.

Demea ſolus hæc ſecum.

Nequitiã, id eſt laſciuiã.

Grege, id ẽ, ſodalitio.

† παροιμιακῶς.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Syrus Cthesiphonem apud Demeam patrem commendat, Aeſchinum uero atq; Mitionem, qui illi ad ſcortandum ſumptum

Demeæ aſtutia.

*ſuppeditat, probro afficit ac uituperat, quod Demeæ magno eſt gaudio. Deinde Syrus in piſcibus parandis patinisq; curandis ſolicitum habet animum. Poſtremo Demea Hegionem contribulem ſuum magno deſiderio conuenire decreuit.*

# ACTVS III. SCENA IIII.

Eiuſdem numeri ſunt.

SYRVS, DEMEA.

* Mire faceto & callido cõmento eluditur Demea ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat.

OMnem rem modo ſeni
Quo pacto ſe haberet, enarramus ordine.
Nihil quicquam uidi lætius. De. proh Iupiter
Hominis ſtultitiam. Sy. collaudauit filium,
Mihi qui dediſſem conſilium, egit gratias. De.
Diſrumpor. Sy. argentum adnumerauit ilico.
Dedit præterea in ſumptum dimidium minæ,
Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. De. hem,
Huic mandes, ſi quid recte curatum uelis. Sy.
Ehem Demea, haud aſpexeram te, quid agitur? De.
Quid agatur? uoſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. Sy. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atq;
Abſurda, piſceis cæteros purga Dromo,
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Pauliſper: ubi ego uenero, exoſſabitur,
Prius nolo. De. hæccine flagitia? Sy. mihi quidẽ non placent,
Et clamo ſæpe: ſalſamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre. De. dij uoſtram fidem,
Vtrum ſtudio ne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? uæ miſero mihi,
Videre uideor iam diem illum, cum hinc egens

Prouerbiale ad ſeruos diligentes.

Exoſſ. i. deſquamabit.

* Macerare mollire, ſicut triticũ Columella mace-

Profugiet aliquò militatum. Sy. ô Demea,
Iſthuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo'ſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt
Proſpicere. De. quid iſthæc iam penes uos Pſaltria eſt?
Eſt iam intus. De. eho, an domi eſt habiturus? (Syr.
Sy. credo, ut eſt

rãdum dixit, & gẽmas aceto macerari Plinius, et pleraq; alia. Syrus Mitio nẽ uituperat.

Dementia. De. hæccine fieri flagitia? Sy. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. De. fratris me quidem
Pudet, pigetq;. Sy. nimium inter uos Demea,
(Ac nõ quia ades præſens, dico hoc) per nimiũ intereſt.

Piget ob damna, pudet ob turpia.

Tu quantuſquantus, nihil niſi ſapientia es:
Ille futilis, ſomnium, ſineres uero illum tuum
Facere hæc? De. ſinerẽ illũ? an nõ ſex totis menſibus
Prius olfeciſſem, q̃ ille quicq̃ cœperit? Sy.
Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. ſic ſiet
Modo, ut nũc eſt quæſo. Sy. ut quisq̃ ſuũ uolt eſſe, ita'ſt.

Senis uigilãtia.

De. Quid? eum uidiſtin' hodie? Sy. tuum ne filium? De.
Abigã hũc rus. Sy. iãdudũ aliquid ruri agere arbitror.
De. Satin' ſcis ibi eum eſſe? Sy. oh, qui egomet produxi.
De. optume eſt.

Laus filij diligentis.

Metui ne hæreret hic. Sy. atq; iratum admodum. De.
Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud forum
De Pſaltria iſthac. De. ain' uero? Sy uah, nihil reticuit.
Nam ut numerabatur fortè argentum, interuenit
Homo de improuiſo, cœpit clamare, Aeſchine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? De. oh, lachrumo gaudio. Sy.
Non tu hoc argentum perdis, ſed uitam tuam. De.
Saluos ſit, ſpero eſt ſimilis maiorũ ſuorũ. Sy. hui. De.

In profuſo gaudio lachrymæ erumpunt.

Syre, præceptorum plenus iſtorum ille. Sy.

*Pulcherrimũ institutum.*

Philoſophos domi habuit, unde diſceret? De. fit ſedulo.
Nihil prætermitto, conſuefacio, deniq;
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, uitas hominum
Iubeo, atq; ex alijs ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. Syr. recte ſanè. De. hoc fugito. Syr. callide.
Hoc laudi eſt. Sy. iſthæc res eſt. De. hoc uitio da- (De.
tur. Syr.

*Por. aut. Initium ulterioris orationis interruptæ per Syrum.*

Probiſſime. De. porrò autem. Sy. non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi, piſceis ex ſententia
Nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio 'ſt.
Nam id nobis flagitium 'ſt, quàm illa Demea
Facere uobis, quæ modo dixti, & quod queo,
Conſeruis ad eundem illis præcipio modum:

*Præcepta Demeæ ad coquinaria uſq; deludit. Iocularis irriſio dicti Demeæ.*

Hoc ſalſum 'ſt, hoc aduſtum 'ſt, hoc lautum 'ſt parum,
Illud recte, iterum ſic memento, ſedulo
Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia.
Poſtremo tanquam in ſpeculum, in patinas Demea
Inſpicere iubeo, & moneo quid facto uſus ſiet.
Inepta hæc eſſe nos quæ facimus ſentio.

*Gnatonica ſententia. Populare prouerbium.*

Verum quid facias? ut homo 'ſt, ita morem geras.
Nunquid uis? De. mentem uobis meliorem dari. Sy.
Tu rus hinc abis? De. recte. Sy. nam quid tu hic agas,
Vbi ſi quid bene præcipias, nemo obtemperat? De.
Ego uero hinc abeo, quãdo is quamobrẽ huc ueneram,
Rus abijt: illum curo unum, ille ad me attinet,

*Cauſa non diſcedẽdi, ut fabula confirmetur.*

Quando ita uolt frater, de iſthoc ipſe uiderit.
Sed quis illic eſt, quem procul uideo? eſt ne hic Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle 'ſt, uah homo

Amicus nobis iam inde à puero, dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria 'ſt, homo antiqua uirtute ac fide.
Haud mali quid ortum ex hoc ſit publice.
Quàm gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
Reſtare uideo? uah, uiuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem & colloquar.

† Encomiaſti con orationis genus eſt.
Antiqua, id eſt, probata.
Reliquiæ bonorũ Hegio.
† Laus hominum priſcorum.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc ſequens ſcena complectitur querimoniam Hegionis cognati Soſtratæ, dolentis eius filiam adeo iniquæ ab Aeſchino tractatam eſſe, ac tandem uitiatam. Nam putabant hanc deſertam ab eo eſſe, cum ita non ſit. Hoc multis conijciebant argumentis, quanq̃ falſis tamen. Hegio Demeæ rem omnẽ de Aeſchino & raptu Pſaltriæ aperit, quo ipſum admodum conturbatum reddit.

## ACTVS III. SCENA V.

Senarij omnes.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

PRoh dij immortales facinus indignum, Geta
Quid narras? Ge. ſic eſt factum. He. ex illan' familia
Tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Aeſchine,
Pol haud paternum iſthuc dediſti. De. uidelicet
De Pſaltria hac audiuit, id illi nunc dolet
Alieno, pater is nihili pendit, hei mihi,
Vtinam hic prope adeſſet alicubi, atq; audiret hæc. He,
Ni facient quæ illos æquum 'ſt, haud ſic auferent. Ge.
In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt,
Te ſolum habemus, tu es patronus, tu pater:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex.

*Epitaſis palàm facit Aeſchini peccatum.
† A' minori.
Mitio ſcilicet.
Ciuilis et matura cõminatio.
† Incremẽtũ.

*

Honeſta locutio. Si deſeris tu, perimus. He. caue dixeris,
Neq; faciam, neq; me ſatis pie poſſe arbitror. De.
Adibo, ſaluere Hegionem plurimum
Iubeo. He. te quærebam ipſum, ſalue Demea. De.
Quid autem? He. maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neq; boni,
Neq; liberalis functus eſt officium uiri. De.
Quid iſthuc? He. noſtrum amicum noras Simulum
Artificioſa expoſtulatio. Atq; æqualem? De. quid ni? He. filiam eius uirginem
Vitiauit. De. hem. He. mane, nondum audiſti Demea
Quod eſt grauiſſimum. De. an quicquam eſt etiam am plius? Heg.
Vero amplius: nam hoc quidẽ ferundũ aliquo modo 'ſt.
* Collatione amplificat. Perſuaſit nox, amor, uinum, adoleſcentia,
Humanum 'ſt, ubi ſic factum, ad matrem uirginis
* Narratio. Venit ipſus ultro, lachrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum.
Ignotum 'ſt, tacitum 'ſt, creditum 'ſt: uirgo ex eo
Compreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt.
Concluſio accuſatiõis per ironiam. Ille bonus uir nobis Pſaltriam (ſi dijs placet)
Parauit, qui cum uiuat, illam deſerat. De.
Pro certon' tu iſthæc dicis? He. mater uirginis
In medio eſt, ipſa uirgo, res ipſa, hic Geta
Getæ lau. Præterea, ut captus eſt ſeruulorum, non malus,
†cõfirmatio. Neq; iners, alit illas, ſolus omnem familiam
Suſtentat, hunc abduce, uinci, quære rem. Ge.
Geta fatet̃ ultro. Imò hercle extorque, niſi ita factum 'ſt Demea.
Poſtremo non negabit, coram ipſo cedo. De.
Pudet, nec quid agam, neq; quid huic reſpondeam

Scio. Ge. intus clamat Pamphila. Pam. miſerã me, diſ-
feror doloribus.
Iuno, Lucina, fer opem, ſerua me obſecro. He. hem,
Numnã illa quæſo parturit? Ge. certe Hegio. He. hem,
Illæc fidem nunc ueſtram implorat Demea.
Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.
Hæc primum ut fiant deos quæſo, ut uobis decet:
Sin aliter animus ueſter eſt, ego Demea
Summa ui hanc defendam atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat, unà à pueris paruoli
Sumus educati, unà ſemper militiæ & domi
Fuimus, paupertatem unà pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq;
Animam relinquam potius, quàm illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? De. fratrem conueniam Hegio,
Is quod mihi de hac re dederit conſiliũ, id exequar. He.
Sed Demea, hoc tu facito tecum animo cogites:
Quàm uos facillime agitis, quàm eſtis maxumi,
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume uos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi uos uoltis perhiberi probos. De.
Redito, fient quæ fieri æquum 'ſt omnia. He.
Decet te facere. Geta: duc me ad Soſtratam. De.
Non me indicente hæc fiunt: utinam hoc ſit modo
Defunctum, uerum nimia illæc licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomam. He.
Bono animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes
Conſolare: ego Mitionem (ſi apud forum 'ſt)

Pãphila parturiendo hæc dicit.

Argumẽtum à cõiecturis.

Cauſam reddit cur aduerſarius futur° ſit.

* Incrementum.

Dictum in potentes.

† Hortatio cordata.

Perſuaſio à laude probantis.

* Epiphonema.

† Licẽtia parentum perſtringitur.

Conueniam, atq; ut res geſta 'ſt, narrabo ordine
Si eſt, facturus ut ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, ut quid agam quamprimum ſciam.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic formidoloſus & uerecundus adoleſcens inducitur, qui patrem ſuum Demeam ruri diutius remanſurum exoptat, quo lætius interim genio indulgere poſſit. Deinde ſimplex ipſe Cteſipho, quid patri reſpōdeat, à callido Syro inſtruitur: qui paternū quoq; erga ipſum, credulum ac facilem animum, eidem Cteſiphoni nō ſine ſalibus exploratum reddit.

# ACTVS IIII. SCENA I.

Tetrametri iambici, trochaici mixti, dimeter unus.

CTHESIPHO, SYRVS.

Hic compendio oſtēditur quid iam dixerit ad Cteſiphonem.

AIn' patrem hinc abiſſe rus? Sy. iamdudū. Cht. dic ſodes. Sy. apud uillam 'ſt.
Nunc cum maxume operis aliquid facere credo. Cth. utinam quidem,
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit uelim.
Vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.
Sy. Ita fiat, & iſthoc ſi quid potis eſt rectius. Cth. (re.) ita, nam hunc diem

Miſere nimis, aſſeueratio comica.

Miſere nimis cupio, ut cœpi, ꝑpetuū in lætitia degere.
Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi, niſi quia
Prope 'ſt: quod ſi abeſſet longius,
Prius nox oppreſſiſſet illic, ꝗ huc reuerti poſſet iterū.

Solicitudinē paternā notat.

Nūc ubi me illic nō uidebit, iam huc recurret ſat ſcio,
Rogabit me ubi fuerim, quē ego hodie toto nō uidi die.
Quid dicā? Sy. nihil'ne in mēte 'ſt? Cth. nunquā quicꝗ.
Sy. tanto nequior.

Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt uobis? Cth. ſunt, quid po
Sy. Hiſce operá ut data ſit. Cthe. quæ non data (ſtea?
ſit? non poteſt fieri. Sy. poteſt. Cth.
Interdiu, ſed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam Syre?
Sy. Vah, quàm uellem etiam noctu amicis operam mos
eſſet dari.
Quin tu otioſus es, ego illius ſenſum pulchre calleo.
Cum feruit maxume, tam placidum quàm ouem reddo.
Cth. quomodo? Sy.
Laudarier te audit libenter, facio te apud illum deum,
Virtutes narro. Cth. meas? Sy. tuas, homini ilico lachru
mæ cadunt
Quaſi puero, gaudio. hem tibi autē. Cth. quidnam eſt?
Sy. LVPVS in fabula. Cth.
Pater eſt? Sy. ipſu'ſt. Cth. Syre, quid agimus? Sy. fuge
modo intrò, ego uidero.
Cth. Si quid rogabit, nuſquam tu me, audiſtin'? Sy. po-
tin' ut deſinas?

† Conſilium callidum.
Bonus adoleſcens mentiri nec ſcit, nec uult.
† ἀνασκευὴ cōſilij à poſſibili.
Hyperbole.
† ἐκ δυνατῶν probat.
Silentij prouerbium.
Eclipſis properanti apta.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena primum Demea de fratre non reperto conqueritur. Is deinde rurſum à Syro quamuerſute deluditur. Poſtremo idem ille Syrus, longis ambagibus locum in quo Demeæ germanus exiſtat, abſtruſe ac bifariam deſcribit. Hic exemplū quoque proponitur, neminem facilius, quàm optimum quenq; ac facilem ac ſimplicem, falli atq; deludi.*

## ACTVS IIII. SCENA II.

Pares ſuperioribus.

DEMEA, CTHESIPHO, SYRVS.

NAe ego homo ſum infelix, primum fratrem
nuſquam inuenio gentium,

Næ, id eſt, certe.
Nuſquam gētiū, magis ſonorā reddit orationem.

*Præterea autẽ dum illum quæro, à uilla mercenarium*
*Vidi, is filium negat eſſe ruri, nec quid agam ſcio. Cth.*
*Syre. Sy. quid ais? Cth. men' quærit? Sy.*
*Verum. Cth. perij. Sy. quin tu animo bono es. De.*

*Ridicula querela ſenis.

*Quid hoc malum infelicitatis? nequeo ſatis decernere,*
*Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs.*

† ἀναφορά. Obnuntiantur mala, annuntiãtur bona.

*Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia,*
*Primus porrò obnuntio, ægre ſolus, ſi quid fit, fero. Sy.*
*Rideo hunc, primum ait ſe ſcire, is ſolus neſcit oĩa. De.*
*Nunc redeo, ſi forte frater redierit uiſo. Cth. Syre*
*Obſecro, uide ne ille huc prorſus ſe irruat. Sy. etiã ta-*

† παράδοξον.

*Ego cauebo. Cth. nunq̃ hercle hodie ego iſthuc (ces?*
*committam tibi,*

Diffidentia Cthesiphonis ex pauore.

*Nam me in cellam aliquam cum illa concludam, id tu-*
*tiſſimum 'ſt. Sy.*
*Age, tamen ego nunc amouebo. De. ſed eccum ſcelera-*
*tum Syrum. Sy.*

*Eluditur Demea ne deprehendat Cthesiphonẽ.

*Non hercle hic quidẽ durare quiſq̃, ſi ſic fit, poteſt.*
*Scire equidem uolo quot mihi ſint domini: quæ hæc eſt*
*miſeria? De.*
*Quid ille gannit? quid uolt? quid ais bone uir? eſt frater*
*domi? Sy.*
*Quid malum bone uir mihi narras? equidem perij. De.*
*quid tibi eſt? Sy.*

Verſuta Syri fictio, qua ſenẽ eludit. Cauſa pulſationis.

*Rogitas? Cthesipho me pugnis miſerũ & iſtã Pſaltriã*
*Vſq; occidit. De. hem, quid narras? Sy. hem, uide ut di-*
*ſcidit labrum. De.*
*Quamobrem? Sy. me impulſore hanc emptam eſſe ait.*
*De, non tu eum*

Rus hinc modo produxe aiebas? Sy. factũ, uerũ uenit poſt inſaniens, | Callida inuentio.
Nihil pepercit: nõ puduiſſe uerberare hominem ſenem,
Quẽ ego modo puerũ tãtillũ in manibus geſtaui meis.
De. laudo Cthesipho, patriſſas, abi, uirum te iudico. Sy. | †Ecce ſenis ſtultitiam.
Laudas ne? ille continebit poſthac ſi ſapiet manus.
De. Fortiter. Sy. perquàm, quia miſerã mulierẽ & me ſeruulum. | Ironia.
Qui referire non audebã, uicit? hui, perfortiter. | Hui, cum geſtu ſeruili pronuntiandũ.
De. Nõ potuit melius: idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.
Sed eſt ne frater intus? Sy. non eſt. De. ubi illum quærã cogito. Sy. | Hoc dicit, ut auidius inueſtiget.
Scio ubi ſit, uerum hodie nunquam mõſtrabo. De. hem, quid ais? Sy.
Ita. De. diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Sy. at nomen neſcio | Hæc uerba indicant ſenem baculũ ſubleuaſſe.
Illius hominis, ſed locum noui ubi ſit. De. dic ergo locũ.
Sy. Noſtin' porticum apud macellũ hac deorſum? De. quid ni nouerim? Sy. | Perplexa deſcriptio.
Præterito hac recta platea ſurſum: ubi eò ueneris, | †Obſerua orationis proprietatem.
Cliuos deorſum uorſum eſt: hac te præcipitato, poſtea
Eſt ad hanc manũ ſacellum: ubi angiportũ propter eſt.
De. quonam? Sy. illic ubi etiam caprificus magna eſt, noſtin'? De. noui. Sy. hac pergito. | Caprificus eſt ficus ſylueſtris.
De. Id quidem angiportum non eſt peruium. Sy. uerũ hercle uah. | Callide mendacium ſimulando errorẽ palliat.
Cenſen' hominẽ me eſſe? erraui. in porticũ rurſum redi.
Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.

Scin' Cratini huius ditis ædeis? De. ſcio. Sy. ubi eas præ
terieris,

*Alia loci deſcriptio.*

Ad ſiniſtram hac recta platea, ubi ad Dianæ ueneris,
Ito ad dextrā priuſquam ad portā uenias, apud ipſum
lacum

*Piſtrilla diminutiuum à piſtrino.*

Eſt piſtrilla, & exaduorſum eſt fabrica, ibi eſt. Dem.
quid ibi facit? Sy.
Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit,

*Ironicos.*

Vbi potetis uos. De. ſanè bene, ſed ceſſo ad eum perge-
re. Sy.

*Silicernium. a. um, incuruus, & ſilices cernēs, quā & ſilicerniū cœnam uocant, quæ dijs manibus offert.*

I ſanè, ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicernium.
Aeſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur.
Ctheſipho autem in amore eſt totus, ego iam proſpi-
ciam mihi:
Nam iam adibo, atq; unum quicquid, quod quidem erit
belliſsimum,
Carpam: & cyathos ſorbillans, paulatim hunc produ
cam diem.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Mitio ſuſpicionem diluit, quem Hegio ad uirginis matrem hortatur accedere, atq; hæc eadem quæ ſibi dixit referre, ut illius dolores aliquantulum releuentur. Demum, egregia ab eodem ſentētia præmiſſa, perſuadet omnino Mitioni, ſeſe debere illis coram de ſuſpicione purgare.

# ACTVS IIII. SCENA III.

Iambicā tetrametri.

MITIO, HEGIO.

** Viam ſternit ad cataſtrophen.*

*Officium boni uiri.*

EGo in hac re nihil reperio, quamobrē lauder tan
Meum officiū facio, quod pecca (topere Hegio:
tum à nobis ortum'st corrigo.

Niſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, *Iniurioſorum mos.*
Sibi fieri iniuriam, ultro ſi quã fecere ipſi expoſtulant,
Et ultro accuſant, id qa nõ eſt à me factũ, agis gratias.
Heg. Ah minime, nunquam te aliter atq; es, in animum induxi meum. *Dictũ ab amicis uſurpatũ.*
Sed quæſo, ut unà mecum ad matrem uirginis Mitio, *† Petitoria oratio.*
Atq; iſthæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, & illam Pſaltriam. Mi. *Succinctim de re loquitur, eo quod ambo intelligebant.*
Si ita æquum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. He. bene facis.
Nam & illi animũ iã releuabis, quæ dolore ac miſeria *† A' commodis.*
Tabeſcit, et tuo officio fueris functus, ſed ſi aliter pu-
Egomet narrabo quæ mihi dixti. Mi. imò ego ibo. (tas, *† A' laudabili.*
Heg. bene facis.
OMNES quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo *Splendida ſententia.*
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis, *Omnes infortunati maxime ſunt ſuſpicioſi.*
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi:
Quapropter teipſum purgare ipſis coram placabilius (eſt.
Mi. Et recte, & uerum dicis. He. ſequere me
ergo hac intrò. Mi. maxume.

PAVLVS MALLEOLVS.

Aeſchinus hic ſuas effundit querimonias, mirum in modum dolens ſeſe eſſe ſuſpectũ Soſtratæ Pamphilæq; de amore Pſaltriæ, quam fratri obſequendo rapuerat. Veretur enim ne ob id cũ Pamphila nuptiæ ſibi impediantur.

# ACTVS IIII. SCENA IIII.

Tetrametri ſenarij mixti, et unus trochaicus catalecticus.

AESCHINVS.

†Querela tragica eſt.

DIſcrucior animi, hoccine de improuiſo mali mi
Tantum, ut neq; quid me faciã, neq; (hi obijci
quid agam certum ſiet?

Hæc uerba repentino nũtio Aeſchini animum perculſum indicant.

Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit,
Pectore conſiſtere nihil conſilij quit, uah,
Quomodo me ex hac expediam turba?

Cauſa ſtuporis Aeſchi.

†Suſpicio.

Tanta nunc ſuſpicio de me incidit, neq; ea immerito:
Soſtrata credit, mihi me Pſaltriam hanc emiſſe, id anus
mihi indicium fecit.
Nam (ut hinc forte ea ad obſtetricẽ erat miſſa) ubi eam
uidi, ilico

Amatoriæ interrogatiões de amica.

Accedo: rogito, Pãphila quid agat, iam partus adſiet,
Eo'ne obſtetricem accerſat, illa exclamat, abi abi iam
Aeſchine,
Satis diu uerba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrata'ſt fides.

Valeas, ſic in Andria: Valeant qui inter, &c.

Hem quid iſthuc obſecro inquam'ſt? ualeas, habeas illam quæ placet.
Senſi ilico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,

Garrulæ, anuis, ſcilicet inſtar.

Ne quid de fratre garrulæ illi dicerẽ, ac fieret palàm.
Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc, quod minime'ſt opus

Vt credãt id eſt, ne credant.

Vſq̃ efferri? age mitto, fieri potis eſt, ut ne qua exeat.
Ipſum id metuo ut credant, tot cõcurrunt ueriſimilia:

Suſpiciones à ueriſimili.

Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum, ad me abducta eſt domum.

Hæc adeo mea culpa fateor fieri, non me hanc rē patri
Vt erat geſta, indicaſſe: exoraſſem ut eam ducerem.
Ceſſatum uſq; adhuc eſt, nunc iam porrò Aſchine ex- pergiſcere.
Nunc hoc primum eſt, ad illas ibo, ut purgem me, acce dam ad fores.
Peri, horreſco ſemper, ubi pultare haſce occipio fores.
Heus, heus, Aeſchinus ego ſum, aperite aliquis actutum oſtium.
Prodit neſcio quis, concedam huc.

Exhortatur ſeipſum.

Horreſco, ſatis amatorie.

Aperite aliquis, uim pluralem habet aliquis, ſed raro.

Iſte uerſus connectitur ſequenti.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena facete luditur Aeſchinus à patre Mitione, qui uarijs modis Pamphilam oſtendit ab alio in uxorem ductum iri. Qua de re non paruo dolore concutitur Aeſchinus, qui eam ſummopere deperibat, quod anxie patrem celauerat. Tandem illum eundem pater miro explet gaudio, recipiens, id eſt, promittens eidem eam puellam quamprimum uxorem datum iri.

# ACTVS IIII. SCENA V.

Tetrametri & trimetri mixti, iambici & trochaici.

MITIO, AESCHINVS.

ITa ut dixti Soſtrata
Facito, ego Aeſchinum cōueniam, ut quomodo acta hæc ſint ſciat.
Sed quis oſtium hoc pultauit? Aeſ. pater hercle eſt, perij. Mi. Aeſchine. Aeſ.
Quid huic hic negoti' ſt? Mi. tu ne has pepuliſti fores?
Tacet, cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt,
Quandoquidem hoc nunq̃ mihi ipſe uoluit credere.

* Cataſtrophe cœpta ē, ſed eā priuſq̃ abſoluat, mire faceto cōmēto nouum metū Aeſchino incutit pater, quod tamen quia nō habet ſeriam querelā, breuiter tractat, & ſine tragicis ſchematibus.

Nihil mihi reſpondes? Aeſchin. nõ equidem iſtas, quòd
ſciam. Mi.
Itan'? nam mirabar quid hic negoti eßet tibi.
Erubuit, ſalua res eſt. Aeſ. dic ſodes pater,
Tibi uero quid iſthic eſt rei? Mi. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me à foro abduxit modo
Huc aduocatum ſibi. Aeſ. quid? Mi. ego dicam tibi:
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,
Vt opinor, has non noße te, & certe ſcio:
Neq; enim diu huc cõmigrarunt. Aeſ. quid tum poſtea?
Mi. Virgo eſt cum matre. Aeſ. perge. Mi. hæc uirgo or-
ba'ſt patre.
Hic meus amicus illi genere eſt proximus:
Huic leges cogũt nubere hãc. Aeſ. perij. Mi. qd eſt? Aeſ.
Nihil, recte, perge. Mi. is uenit, ut ſecum aduehat:
Nam habitat Mileti. Aeſ. hem, uirginẽ ut ſecũ aduehat?
Mi. Sic eſt. Aeſ. Miletum uſq; obſecro? Mi. ita. Aeſ. ani
mo male'ſt.
Quid ipſæ? quid aiunt? Mi. quid iſtas cẽſes? nihil enim.
Commenta mater eſt, eſſe ex alio uiro,
Neſcio quo, puerum natum, neq; eum nominat:
Priorem eße illum, non oportere huic dari. Aeſ.
Eho, nonne hæc iuſta tibi uidentur poſtea? Mi.
Non. Aeſ. obſecro nõ? an illam hinc abducet pater? Mi.
Quid ni illam abducat? Aeſ. factum à uobis duriter,
Immiſericorditerq;, atq; etiam (ſi eſt pater
Dicendum magis aperte) illiberaliter. Mi.
Quamobrem? Aeſ. rogas me? quid illi tandẽ creditis
Fore animi miſero, qui cum illa conſueuit prius?

Eclipſis.

Incipit figmẽtum uero admixtum.

Cum abiectione pronunciãdũ, ut nuptiarũ ſpem adimat.

† Hanc legẽ in Phormione cõperies.

Vehemẽtius hoc cõmouet.

Eclipſis.

Ex alio. tangit Aeſchinũ

Non? uultuoſe legendum.

Immiſericorditer aduerbium multarum ſyllaba-

Qu' infelix (haud ſcio an illam nunc miſere amat)
Cum hanc ſibi uidebit præſens præſenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
Mi. Qua ratione iſthuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui quando nupſit? autor ijs rebus qui eſt?
Cur duxit alienam? Aeſ. an ſedere oportuit
Domi uirginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc ueniret, expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere. Mi.
Ridiculum, aduorſum'ne illum cauſam dicerem
Cui ueneram aduocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra? aut quid nobis cum illis? abeamus, quid eſt?
Quid lachrymas? Aeſ. pater, obſecro auſculta. Mi. Ae-
ſchine, audiui omnia,
Et ſcio: nã te amo, quo magis quæ agis curæ ſunt mihi.
Aeſ. Ita uelim me promerentẽ ames, dũ uiuas mi pater,
Vt me hoc delictun admiſiſſe in me, id mihi uehemen-
ter dolet:
Et me tui pudet. Mi. credo hercle, nam ingeniũ noui tuũ
Liberale, ſed uereor ne indiligens nimium ſies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uitiaſti, quam te ius non erat tangere.
Iam id peccatum primum magnum, at humanũ tamẽ,
Fecere alij ſæpe, item boni, at poſtq̃ id euenit, cedo,
Nunquid circũſpexti? aut nunquid tute proſpexti tibi,
Quid fieret? qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,
Qua reſciſcerẽ, hæc dum dubitas, mẽſes abierũt decẽ.
Prodidiſti & te, & illam miſerã, & gnatum, quod qui
dem in te fuit.

rum indigna
tioni aptum.
† αὔξησις.
Clam hic pa
ter obiurga-
tur, quod fue
rit conſcius.
† πῦσμα.
† Virgines
grãdes locan
dæ ſunt.
Amatorie &
pueriliter.
Hæc ultima
Deſperatio co
git Aeſchinũ
fateri uerũ.
† Purgatio.
Amica et le-
nis obiurga-
tio ex arte, à
loco, à facto.
† ἀνθυποφο
ρά.
At hu. t. Te-
rentius ſum-
ma arte indu
cit Mitionẽ
leniter accu-
ſantem, De-
meam aſpere
blandiẽtem.

† Sic Liuius: An de cœlo deos deuolaturos putatis.

Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductū domū?
Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo.

Mitis & faceta obiurgatio.

Bono animo es, duces uxorem hanc. Aeſ. hem. Mi. bono animo es inquam. Aeſ. pater.
Obſecro num ludis tu nūc me? Mi. ego te? quamobrem? Aeſ. neſcio,

Timor ex cupiditate.

Niſi quia tam miſere hoc eſſe cupio uerum, eo uereor magis. Mi.

† Ex hoc loco diſcim⁹ olim et puellas nupturas, & uiros uxores ducturos, deos precari ſolitos.

Abi domū, ac deos cōprecare, ut uxorē accerſas, abi.
Aeſ. Quid iam ne uxorem? Mi. iam. Aeſ. iam? Mi. iam quantum potes. Aeſ. dij me pater
Omnes oderint, ni magis te, q̃ oculos nunc amo meos.
Mi. Quid? quàm illam? Aeſ. æque. Mi. perbenigne. Aeſ. quid? ille ubi eſt Mileſius? Mi.
Abijt, perijt, nauē aſcēdit, ſed cur ceſſas? Aeſ. abi pater,

Blanditur patri.

Tu potius deos comprecare, nam tibi eos certe ſcio,
Quo uir melior multo es q̃ ego, obtēperaturos magis.

Adhuc aliquantulū formidat.

Mi. Ego eo intrò, ut quæ opus ſunt, parētur: tu fac, ut dixi, ſi ſapis. Aeſ.

Nam peccatores de⁹ nō exaudit.

Quid hoc eſt negoti? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filium eſſe.
Si frater aut ſodalis eſſet, qui magis morem gereret?

* Epiphonema.

Hic nō amandus? hiccine non geſtādus in ſinu 'ſt? hem.

* Paternæ libertatis exaggeratio.

Itaq; adeo magnā mihi iniecit ſua cōmoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit, ſciens cauebo.
Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptijs egomet ſiem.

Bonæ indolis adoleſcens.

PAVLVS MALLEOLVS.

Demea quem inſtituerat Syrus ut fratrem quæreret, per ur-

bem totus fatigatus hic conqueritur de Syro, quod non ſignificate & plane, in quo loco eſſet frater deſcripſerit.

# ACTVS IIII. SCENA VI.

Senarij omnes.

DEMEA.

DEfeſſus ſum ambulando, ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui uſq; omne oppidũ, ad portã, ad lacum,
Quò nõ? neq; illic fabrica ulla erat, et neq; fratrẽ homo
Vidiße ſe aiebat quiſquam, nunc uero domi
Certum obſidere eſt, uſq; donec redierit.

Anhelans ſolus hæc ſecũ loquitur.

Perreptaui, aptum ſeni uerbum.

Quo non? quaſi diceret, oĩa perluſtraui.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena exemplum eſt intẽpeſtiuæ obiurgationis Demeæ aduerſum Mitionem, proindeq; admodum ridicula. Nanq; noua et inaudita Mitioni referre ſtuduit, omnia prius melius ipſo Demea nouit, quem profecto rotundis ſalibus quàm feſtiue, urbaniter, & facete irridet. Cæterum in calce ſtomachoſa Demeæ in Mitionis mores exclamatio continetur.

# ACTVS IIII. SCENA VII.

Senarij.

MITIO, DEMEA.

IBo, illis dicam nullam eſſe in nobis moram. De.
Sed eccum ipſum, te iamdudum quæro Mitio. Mi.
Quidnam? De. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adoleſcentis. Mi. ecce autem. De. noua,
Capitalia. Mit. ohe, iam. De. neſcis qui uir ſit? Mit. ſcio,
Demea:
Ah ſtulte, tu de Pſaltria me ſomnias agere:
Hoc peccatum eſt in uirginem ciuem. Mi. ſcio. De.
Eho, ſcis & patere? Mi. quid ni patiar? De. dic mihi,

* Demea de nuptijs reſciſcit, is fingit ĩã tumultuari, uerum poſtea placatĩ.

Ironia.

† Durũ Demeæ ingeniũ eſt.

Eho, iraſcẽtis eſt.

Non clamas?non inſanis?Mi.non malim quidem.

Di.be.u.mitis reſponſio cum depreca tione.

De. Puer natus eſt. Mi.dij bene uortant. De.uirgo nihil habet.Mi.
Audiui.De.& ducenda indotata'ſt?Mi.ſcilicet.De.

†Mire Mitionis ingeniū.

Quid nūc futurum'ſt? Mi. id enim quod res ipſa fert:
Illinc huc transferetur uirgo.De.ô Iupiter,

Exclamatio tragica.

Iſthoccine pacto oportet? Mi. quid faciā amplius?De.
Quid facias rogitas?ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,

Sētētia amarulenta.

Simulare certe eſt hominis. Mi.quin iam uirginem
Deſpondi,res compoſita eſt,fiunt nuptiæ.
Dēpſi metū omnē,hæc magis ſunt hominis. De.cæterū
Placet tibi factum Mitio?Mi.non,ſi queam

Sententia feſtiua & phyſica,mira,ac concinna.

Mutare:nunc cum non queo,æquo animo fero.
ITA VITA'ſt hominum,quaſi cum ludas teſſeris:
Si illud quod eſt maxume opus iactu,non cadit,
Illud quod cecidit forte,id arte ut corrigas.De.

Corrector,indignationem īndicat.

Corrector?nempe tua arte uiginti minæ
Pro Pſaltria periere,quæ quantum poteſt,
Aliquò abijcienda eſt,ſi non pretio,at gratis.Mi.

Nō uult cithe ſiphonē prodere.

Neq; eſt,neq; illam ſanè ſtudeo uendere.De.
Quid igitur facies? Mi. domi erit. De.proh diuū fidē,
Meretrix,& materfamilias erit unà in domo?Mi.

Stomachātis exclamatio.

Cur nō?De. ſanū'ne te credis eſſe?Mi.equidē arbitror.
De.Ita me dij ament,ut uideo ego tuam ineptiam,

Qui cū,id ē, cum qua.

Facturum credo,ut habeas qui cum cantites.Mi.
Cur nō?De.et noua nupta eadē hæc diſcet?Mi. ſcilicet.

Reſtem,atiē de locum reconditum.

De.Tu inter eas reſtim ductans,ſaltabis.Mi.probe,
Et tu nobiſcum unà ſi opus ſit.De.hei mihi.
Non te hæc pudent?Mi.iam uero omitte Demea

Tuam iſthanc iracundiam, atq; ita uti decet
Hilarem ac lubentem fac te in gnati nuptijs.
Ego hos conueniam, pòſt huc redeo. De. ò Iupiter,
Hanccine uitam? hoſcine mores? hanc dementiam?
Vxor ſine dote ueniet, intus Pſaltria eſt,
Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus,
Senex delirans, ipſa ſi cupiat Salus,
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

Vrbanitas.

Exclamatio in uitam & mores.

Prouerbium ſummæ deſperationis.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Syrus egregie compotus inducitur, exultans ſe laute oppipareq; cœnatum eſſe, quem Demea ob temulentiã mordaciter impetit & obiurgat. Attendatur hic etiam exemplum licentiæ ſeruorum ſub miti domino degentium.

# ACTVS V. SCENA I.

Senarij itidem ut ſuperiores.

SYRVS, DEMEA.

AEdepol Syriſce, te curaſti molliter,
Lauteq; munus adminiſtraſti tuum.
Abi, ſed poſtquam intus ſum omniũ rerũ ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. De. illud ſis uide
Exemplum diſciplinæ. Sy. ecce autem hic adeſt ſenex
Noſter, quid fit? quid tu es triſtis? De. ohe ſcelus. Sy.
Eho, iam tu uerba fundis hic ſapientia. De.
Tun' ſi meus eſſes. Sy. dijs quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes. De. exemplum omnibus
Curarem ut eſſes. Sy. quamobrem? quid feci? De. rogas?
In ipſa turba, atq; in peccato maxumo,
Quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus, quaſi
Re bene geſta. Sy. ſanè nollem hunc exitum.

† Seruulorũ licẽtia in hac ſcena oſtẽdit ſyrus ebrius, Syriſcũ ſe nominat.

Prodeambulare, tarditatem, molliciẽ et delicias indicat.

Apoſiopeſis minantis.

† παράδοξον

Importunus Demea pompoſis uerbis cum ebrio litigat.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena, interuentu cuiuſdam paraſiti, ſeu commeſſatoris, Cthesipho adoleſcens à patre ſuo Demea deprehenſus eſſe oſtenditur.*

## ACTVS V. SCENA II.

*Senarij.*

DROMO, SYRVS, DEMEA.

*Reſciſcit Cthesiphonis peccatum, ea extrema pars eſt epitaſeos.*

HEus heus Syre, rogat te Cthesipho ut redeas. Sy. abi.
De. Quid Cthesiphonem hic narrat? Sy. nihil. De. eho carnufex,
Eſt Cthesipho intus? Sy. non eſt. De. cur hic nominat?
Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus, (Sy.
Noſtin'? De. iam ſcibo. Sy. quid agis? quò abis? De. mitte me.
Sy. Noli inquam. De. non manum abſtines maſtigia?
An tibi mauis cerebrum diſpergi hic? Sy. abijt.
Aedepol comeſſatorem haud ſane commodum,
Præſertim Cthesiphoni, quid ego nunc agam?
Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli, ſic agam.

*Paraſitaſter imitator paraſitorum.*

*Hoc dicẽs baculo minat.*

*Edormiſcam id eſt, dormiendo exhalẽ.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*Demea ubi reſciuit rem de amore Cthesiphonis, ſumma cum indignatione in exclamationem prorupit. Hunc Mitio utcunque poteſt placabilem reddere nititur, pollicens ſe ſumptum utrique Cthesiphoni & Aeſchino ſuppeditaturum. Deinde modeſte auaritiam ſenilẽ carpit. Poſtremo Demea aſpere Pſaltriã rus abſtracturum comminatur ad æſtum ac laborẽ duriter perpetrandum.*

## ACTVS V. SCENA III.

*Senarij omnes.*

# ACTVS V.

## MITIO, DEMEA.

PAratà à nobis ſunt (ita ut dixi) Soſtrata,
Vbi uis, quiſnam à me pepulit tã grauiter fores?
De. hei mihi, quid faciã? quid clamẽ, aut querar?
O' cœlum, ò terra, ò maria, Neptuni. Mi. hem tibi.
Reſciuit omnem rem, id nunc clamat ſcilicet,
Paratæ lites, ſuccurrendum 'ſt. De. eccum adeſt
Communis corruptela noſtrum liberum. Mi.
Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi. De.
Repreſſi, redij, mitto maledicta omnia,
Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo eſt ortum, ne tu curares meum,
Ne'ue ego tuum: reſponde. Mi. factum eſt, nõ nego. De.
Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam Mitio? num quid minus
Mihi idem ius æquum 'ſt eſſe, quàm mecum 'ſt tibi?
Quando ego tuum non curo, nec cura meũ. Mi.
Non æquum dicis. De. non? Mi. nam uetus uerbum hoc quidem 'ſt,
COMMVNIA eſſe amicorum inter ſe omnia. De.
Facete nunc demum iſthæc nata oratio 'ſt. Mi.
Auſculta paucis (niſi moleſtum 'ſt) Demea:
Principio, ſi id te mordet, ſumptum filij
Quem faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum, eandem illam rationem antiquam obtine:
Conſerua, quære, parce, fac quamplurimum

* Placatĩ Demea tũ Aeſchino, tum Cteſiphoni. Miro labore poëta decorũ perſonarũ obſeruauit.

Demeæ perſpicax ratiocinatio.

* Crimen.

* Cõfutatio. Non, uultuoſe legendum.

Prouerbiũ. † τὰ τῶν φίλων κοινά.

Figurata locutio.

Auaritiã Demeæ notat.

Illis relinquas, gloriam tu iſtam obtine:
Mea, quæ præter ſpem euenere, utantur ſine.
De ſumma nihil decedet, quod hinc acceßerit,
Id de lucro putato eſſe, omnia hæc ſi uoles
In animo uere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam. De.
Mitto rem, conſuetudinem ipſorum. Mi. mane,
Scio, iſthuc ibam, multa in homine Demea
Signa inſunt, ex quibus coniectura facile fit:
Duo cum idem faciunt, ſæpe ut poßis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quod dißimilis res ſit, ſed quod is qui facit.
Quæ ego eſſe in illis uideo, ut confidam fore ita
Vt uolumus: uideo ſapere, intelligere eos in loco,
Vereri, inter ſe amare, ſcire eſt liberum
Ingenium atq; animum, quouis illos tu die
Reducas, at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omißiores paulo, ò noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius,
Solum unum hoc uitium affert ſenectus hominibus:
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt,
Quod illos ſat ætas acuet. De. ne nimium modo
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquos ſubuortant. Mi. tace,
Non fiet, mitte iam iſthæc, da te hodie mihi,
Exporge frontem. De. ſcilicet, ita tempus fert,
Faciundum 'ſt, cæterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc. Mi. imò de nocte cenſeo,
Hodie modo hilarum fac te. De. & iſtam Pſaltriam

† Archaiſmos.
Mitionis liberalitas.
Ab utili et honeſto.
Eclipſis.
Moralis & blanda correptio.
† Pulcher locus. Eadē res nō eoſdem decet.
Obſcura ratiocinatio.
Magna de filijs ſpes.
Laus filiorū à uirtutibus.
Oratorie obijcit.
Sententia feſtiua.
Auaritia ſenilis.
Acuet. i. docebit, metaphoricos à cote.
Ex fron. Mirus ornatus cō tractæ ad ſeueritatē frō-

Vnà illuc mecum hinc abſtraham. Mi. pugnaueris,
Eo pacto prorſum illic alligaris filium,
Modo facito ut illam ſerues. De. ego iſthuc uidero.
Atq; illi fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo & molendo: præter hæc,
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat.
Tam excoctā reddam atq; atrā, q̃ carbo 'ſt. Mi. placet,
Nunc mihi uidere ſapere: atq; equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogas ut cum illa unà cubet. De.
Derides? fortunatus qui iſthoc animo ſies.
Ego ſentio. Mi. ah pergis' ne? De. iamiam deſino. Mi.
I ergo intrò, & cui opus eſt rei, ei rei hilarem hunc ſumamus diem.

tis cum geſtu explicandæ.

Agreſtis & aſpera cōpoſitio ex arte.

Sæuus orationis ruſticanæ finis.

Apoſiopeſis.

Rei, ſcilicet nuptijs.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena exemplum proponitur hominum, qui uirtutem tædio affecti deſerunt, ob contemptum eius. Nam ſeuerum eſſe in filios, apud omnes fermè uitio datur. & Terentius adeo fauet clementioribus & mitiſſimis patribus, ut hunc quoq; Demeam ſæuum adducat in Mitionis ſententiam. Non tamen ita fieri debere ſentit poëta, ſed ex communi uſu loquitur, uolens naturalem ineſſe ueris patribus acrimoniam, quæ profecto ſemper inuiſa eſt & odioſa adoleſcentibus.

## ACTVS V. SCENA IIII.

Tetrametri.

DEMEA.

NVnq̃ ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitam fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, ut illa quæ te ſcire credas, neſcias:

* Vt appareat placari Demeā, res in perſonas ſpargit, ade-

Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi nunc euenit: nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc,
Prope iam excurſo ſpatio, mitto, id quãobrem? re ipſa reperi,
Facilitate nihil homini eſſe melius neq; clementia.
Id eſſe uerum, ex me atq; ex fratre, cuiuis facile 'ſt noſcere:
Ille ſuam ſemper egit uitam in otio, in conuiuijs,
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus:
Sibi uixit, ſibi ſumptum fecit: omnes bene dicunt, amãt.
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculẽtus, tenax:
Duxi uxorem, quam ibi miſeriam uidi? nati filij,
Alia cura, porrò aũt dum ſtudeo illis ut q̃plurimum
Facerem, cõtriui in quærundo uitam atq; ætatẽ meam:
Nunc exacta ætate, hoc fructi de labore ab his fero
Odium, ille alter ſine labore patria potitur commoda,
Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia,
Illum diligũt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum:
Illum ut uiuat optant, meam autem mortem expectãt, ſcilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu? miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nũc experiamur contra hæc quid ego poſſiem
Blande dicere, aut benigne facere: quando eò prouocat,
Ego quoq; à meis me amari & magnipendi poſtulo:
Si id fit dando atq; obſequendo, non poſteriores ferã.
Deerit? id mea minume refert, qui ſum natu maximus.

*…q; ipſe producitur ſolus in ſcenã. Exordiũ à gnome traductũ eſt, ſequitur deim narratio.*

*Sententia.*

*† cõfirmatio.*

*Mitionis deſcriptio.*

*† Collatio uitæ urbanæ et ruſticæ.*

*Demeæ deſcriptio.*

*Auxeſis.*

*† Fructi, more ueterum.*

*Collatio duorum ſenum.*

*Locus à contrarijs.*

*Cõtentio, color rhetoricus hic eſt.*

*His rebus cõciliatur beneuolentia.*

** Redit ad ingeniũ Demea.*

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena poëta oſtēdit q̄ abſurde Demea contra ingenium ſuū conetur eſſe blandus, q̄q̄ immodica ſit repētina largitas, ubi animus à nimia parcitate in profuſionis uitiū decurrit. Apparet etiam iam crapulā omnem Syrum edormiuiſſe ac deſpumaſſe.

# ACTVS V. SCENA V.

Trimetri.

SYRVS, DEMEA.

HEus Demea, rogat frater ne abeas longius.
De. Quis homo? ô Syre noſter, ſalue, quid fit? quid agitur? Sy.
Recte. De. optime'ſt, iam nunc hæc tria primū addidi
Præter naturam, ô noſter, quid fit, quid agitur.
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. Sy. gratiam habeo. De. atqui Syre
Hoc uerum'ſt, et ipſa re experiere propediem.

* Demeæ noua & ſimulata comitas ſpargitur in perſonas.
Ruſtica blandimenta.
Faxim, id eſt faciam.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Demea obuium Getam præter conſuetudinem blande nititur compellare, & eius inſulſe laudibus inſiſtit, pollicendo ei ſe bene facturum.

# ACTVS V. SCENA VI.

Eiuſdem rationis.

GETA, DEMEA.

HEra, ego hinc ad hos prouiſam, q̄ mox uirginē
Accerſant, ſed eccum Demeam: ſaluos ſies. De.
Oh, qui uocare? Ge. Geta, De. maxumi
Pretij eſſe te hominem iudicaui animo meo hodie:
Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt, ita ut tibi ſenſi Geta.

Prouiſam, id eſt, procedā ad uidendū.
Inepta blanditio.
Spectatus, id eſt, probat⁹.

Et tibi ob eam rem, ſi quid uſus uenerit,
Lubens bene faxim, meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit. Ge. bonus es, cum hæc exiſtimas. De.
Paulatim plebem primulum facio meam.

Metaphora ab ambitioſis candidatis.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Aeſchinus de nuptiarum mora ob apparatum & ritum conqueritur. Huic deinde Demea paulo urbanius blanditur, ex quo lepidum ſe uocari geſtit, ſimulq; parietem intermedium, quo commodius puerpera inducatur, dirui iubet. Hic quoq; Aeſchinus & Demea inter ſe affabiles, indicio ſunt & quàm dulcis ſit iunioribus aſſentatio, & quàm ingrata cenſura.

# ACTVS V. SCENA VII.

Eiuſdem numeri.

AESCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

Occidũt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias
Studẽt facere, in apparãdo conſumũt diẽ. De.
Quid agitur Aeſchine? Aeſ. hem pater mi, tu
hic eras?
De. Tuus hercle uero & animo & natura pater,
Qui te amat plus q̃ hoſce oculos, ſed cur non domum
Vxorem accerſis? Aeſ. cupio, uerũ hoc mihi mora eſt,
Tibicina, & hymenæum qui cantent. De. eho,
Vin' tu huic ſeni auſcultare? Aeſ. quid? De. miſſa hæc face,
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:
Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum poteſt, hac transfer, unam fac domum:
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Aeſc. placet
Pater lepidiſſime. De. euge, iam lepidus uocor.

Amantis affectus exprimitur.

Hoc comicũ et blãdũ eſt.

†Hyperbole.

Hymenæus nuptiarum deus.

Omnia de ritu nuptiarũ.

Profligus ex auaro.

* Vide ſenis

Fratris ædes fient peruiæ, turbam domum adducet,
Et ſumptum admittet, multa, quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam, iube nunc iam
Dinumeret Babylo ille uiginti minas.
Syre, ceßas ire ac facere? Sy. quid ago? De. dirue
Tu illas, abi & traduce. Ge. dij tibi Demea
Bene faciant, cum te uideo noſtræ familiæ
Tam ex animo factum uelle. De. dignos arbitror.
Quid tu ais? Aeſ. ſic opinor. De. multo rectius eſt,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotam. Aeſ. nihil enim uidi melius mi pater. De.
Sic ſoleo, ſed eccum Mitio egreditur foras.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena uarijs rationibus perſuadetur Mitioni, ut Soſtratam uxorem ducat. Attende etiam, quòd Mitio uidēs Syrum diruere maceriam, quæſierat cur nam id faceret, cui reſpondiſſe Syrus intelligitur, fratrem ſuum Demeam ita iuſſiſſe: proindeq; ſic incipit Mitio: Iubet frater? &c.*

# ACTVS V · SCENA VIII ·

Trimetri & tetrametri mixti.

MITIO, DEMEA, AESCHINVS.

IVbet frater? ubi is eſt? tu'ne iubes hoc Demea?
De. Ego uero iubeo, et in hac re, & alijs omnibus
Quàm maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Aeſ. ita quæſo pater,
Haud aliter cenſeo. De. imò hercle ita nobis decet.
Primũ huius uxoris eſt mater. Mi. eſt, quid poſtea? De.
Proba et modeſta. Mi. ita aiunt. De. natu grandior. Mi.
Scio. De. parere iamdiu per annos hæc non poteſt.

*ingeniũ, non enim poteſt ſe diſſimulare, iuxta prouerbium: naturam expellas furca tamen uſq; recurret.*

*Bona precatur.*

*Laudat ſenis ſententiã.*

*Sic ſoleo, uel ironice, uel captioſe & ficte.*

*† Demea in hac ſcena ſe ridendũ propinat, cũ præter naturam facilis et clemens eſſe ſtudet.*

*Iubet frater? ſcilicet dirui parietem.*

*Quæſo blandientis.*

*Inſinuatio oratoria latẽtis perſuaſionis.*

*a Noua turba, in qua mire declarat facilitatē ſuā Mitio.*

Nec qui eam reſpiciat, quiſquam eſt, ſola eſt. Mi. quam
  hic rem agit? De.
Hanc te æquum eſt ducere, & te operam ut fiat, dare.
Mi. Me ducere autem? De. te. Mi. me? De. te inquam. Mi.
  ineptis. De. ſi
Tu ſis homo, hic faciet. Aeſ. mi pater. Mi. quid? tu

*Aptum grandi ac ſtolido conuitium.*

Huic aſine auſcultas? De. nihil agis, fieri aliter
Non poteſt. Mi. deliras. Aeſ. ſine te exorem mi pater.
  Mitio:

*Vultuoſe proferēdum.*

Inſanis? aufer te. De. age, da ueniam filio. Mi. ſatin' ſa-
  nus es? ego

*† ἀνακοινῶ ab ætate.*

Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam, atq; anum decrepitam ducam? id ne eſtis autores

*Autores, id eſt, perſuaſores.*

  mihi? Aeſ.
Fac, promiſi ego illis. Mi. promiſti autem? de te largi-

*Autem indignantis.*

  tor puer. Aeſ.
Age, quid ſi quid te maius oret? Mi. quaſi hoc non ſit ma

*Prius age, blandientis, poſterius corripientis eſt.*

  xumum. De.
Age, da ueniam. Aeſ. ne grauare. De. fac, promitte. Mi.
  non omittis?
Aeſc. Non, niſi exorem. Mi. uis eſt hæc quidem. De. age
  prolixe Mitio.

*Tandem conſentit.*

Mi. Et ſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum, atque
  alienum à uita mea

*Factum approbat.*

Videatur, ſi uos tantopere iſthuc uultis, fiat. Aeſ. bene
  facis,
Merito te amo. De. uerum quid ego dicam? hoc confit
  quod uolo.

*Hegionis cō-*

Quid nūc qđ reſtat? Hegio his eſt cognatus proximus,

*Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid ſacere illi decet.* | mentatio à
*Mit. Quid facere? De. agelli hic ſub urbe eſt paululum* | perſona.
*quod locitas foris.* | Agelli, deſpe
*Huic demus qui fruatur. Mi. paululum id autem? De. ſi* | cte pronun-
*multum ſit,* | tianda.
*Faciũdum eſt, pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt,* | † Petitoria
*recte datur.* | oratio.
*Poſtremo, non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio* | Facti neceſſi
*Bene & ſapienter dixti dudum,* VITIVM COM | tatẽ indicat.
MVNE *omnium eſt,* | † Ab honeſta
*Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc* | te.
*maculam nos decet* | Verbum, id
*Effugere, dictum eſt uere, & re ipſa fieri oportet. Mi.* | eſt, dictum.
*Quid iſthuc? dabitur quidem, quando hic uolt. Aeſ.* | Mitio ſuo
*Mi pater. De. nunc tu mihi es germanus pariter* | ipſius dicto
*Corpore & animo. Mi. gaudeo. De. ſuo ſibi hũc gladio* | impetitur.
*iugulo.* | Quando, id eſt, quoniã. Prouerbiũ.

Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid ſacere illi decet.
Mit. Quid facere? De. agelli hic ſub urbe eſt paululum quod locitas foris.
Huic demus qui fruatur. Mi. paululum id autem? De. ſi multum ſit,
Faciũdum eſt, pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, recte datur.
Poſtremo, non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio
Bene & ſapienter dixti dudum, VITIVM COMMVNE omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet
Effugere, dictum eſt uere, & re ipſa fieri oportet. Mi.
Quid iſthuc? dabitur quidem, quando hic uolt. Aeſ.
Mi pater. De. nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore & animo. Mi. gaudeo. De. ſuo ſibi hũc gladio iugulo.

Margin notes: mentatio à perſona. Agelli, deſpecte pronuntianda. † Petitoria oratio. Facti neceſſitatẽ indicat. † Ab honeſtate. Verbum, id eſt, dictum. Mitio ſuo ipſius dicto impetitur. Quando, id eſt, quoniã. Prouerbiũ.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ultima ſcena, omnia iucundo clauduntur fine, ubi et ſeruis libertas elargitur, & filijs ambobus uxores optatæ conceduntur. Cauſam etiam Mitioni refert Demea, cur tam repente mores mutauerit, ubi & ſeculum corruptum & cõſuetudinem aſpernandam carpit. Demum filijs ſedulam poſt hac operam ſuam pollicetur.*

# ACTVS V. SCENA VIIII.

*Tetrametri mixti.*

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS.

†Ridicula prodigalitatis Demeæ exempla proponuntur.

FActum eſt quod iuſti Demea. De.
Frugi homo es, ædepol hodie mea quidē ſentētia
Iudico Syrum fieri eſſe æquum liber. Mi. iſthunc liberum?

†Suaſoria oratio.

Quodnam ob factum? De. multa. Sy. ò noſter Demea, ædepol uir bonus es.

Commendatio à diligentia ſua.

Ego iſtos uobis uſq; à pueris curaui ambos ſedulo:
Docui, monui, bene præcepi ſemper quæ potui oīa. De.
Res apparet: & quidem porrò hæc, obſonare, cū fide

* De die, apud Plautū in Aſinaria.

Scortum adducere, apparare de die conuiuium,
Non mediocris hominis hæc ſunt officia. Syr. ò lepidū caput.

Ita deridet, ut ſerio agere uideatur.

De. Poſtremo, hodie in Pſaltria iſta emunda, hic adiutor fuit,
Hic curauit, prodeſſe æquum eſt, alij meliores erunt.

Deniq; hic, ſcilicet Aeſchinus.

Denique hic uult fieri. Mi. uin' tu hoc fieri? Aeſ. cupio. Mi. ſiquidem

†Exemplum manumiſſionis ſerui.

Tu uis, Syre eho accedo huc ad me, liber eſto. Syr. bene facis.
Omnibus gratiā habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea.

Perpetuū id eſt, ſolidum.

De. Gaudeo. Aeſ. & ego. Sy. credo, utinam hoc perpetuum fiat gaudium,

huius, Aeſchini ſcilicet.

Phrygiam ut uxorē meam unà mecum uideā liberam.
De. Optumam quidem mulierem. Sy. equidem tuo nepoti huius filio

*Ironia.

Hodie primā mām̄am dedit hæc. De. hercle uero ſerio,
Siquidem prima dedit, haud dubiū quin emitti æquum ſiet. Mi.

Ob eam rem? De. ob eam, poſtremo à me argentum quã ti eſt ſumito. Sy. | †Manumitti tur ancilla.

Dij tibi Demea oro omnes ſemper oĩa optata offerant. | Omnes, vet° & figurata elegantia.

Mi. Syre, proceßiſti hodie pulchre. De. ſi qd porro Mi

Tu tuũ officium facies, atq; huic aliquid paululũ (tio præ manu

Dederis, unde utatur. reddet tibi cito. Mi. iſthoc uilius. | Vtatur, id eſt, uiuat.

Ae. Frugi homo eſt. Sy. reddã hercle, da mõ. Ae. age pater. Mi. pòſt conſulam. De.

Faciet. Sy. ô uir optime. Ae. ò mi pater feſtiuißime. Mi. | Blandimẽta.

Quid iſthuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?

Quod proluuium? quæ iſthæc ſubito eſt largitas? De. dicam tibi, | *Redit Demea ad ingenium.

Vt id oſtenderem, q̃ te iſti facilem & feſtiuũ putãt,

Id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex æquo & bono, | Mores & uitam aſſentatoriã notat.

Sed ex aßentando, indulgendo, & largiendo Mitio.

Nũc adeo ſi ob eã rẽ uobis mea uita inuiſa ẽ Aeſchine,

Quia nõ iſta prorſus iniuſta omnia omnino obſequor, | Apoſtrophe ad filios.

Mißa facio, effundite, emittite, facite quod uobis lubet.

Sed ſi id uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam | Oblatio patris.

Minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſulitis parũ,

Hæc reprehendere & corrigere me, & obſecundare in loco,

Ecce me, qui id faciã uobis. Aeſ. tibi pater permittimus, | Obſequentes filij.

Plus ſcis qd facto opus eſt, ſed de fratre qd fiet? De. ſi=

Habeat, in iſthac finẽ faciat. Aeſ. iſthuc recte. (no,

CALLIOPIVS.

Plaudite.

Adelphorum finis.

# ARGVMENTVM HECYRAE PER PHILIPpum Melanchthonem.

VXorem duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur, ut duobus menſibus uxorem ne attingeret quidem. Poſtea per conſuetudinem animus uictus eſt, cœpit placere uxor. Porrò cum ipſe peregre abeſſet, illa domum redit ad matrem, atq; ibi parit, menſe ſeptimo poſtquam nupſiſſet Pamphilo, eam rem celat & affines et patrem anus. Vbi Pamphilus redit, comperit peperiſſe. Hic grauiter adeo commouetur, cum alium de concepiſſe exiſtimaret. Et cum per ſeſe dolent res Pamphilo, amabat enim mulierculã, tum moleſtũ eſt ab ea diuelli, neq; enim honeſtum erat reducere. Periclitatur itaq; Pamphilus, quomodo honeſte dimittat uxorem, ne' ue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ protaſis eſt.

## EPITASIS.

Inſtant pater & ſocer inſcij quid accidiſſet, ut domum reducat, præſertim cum nec ſocrus nec mater, id quod ſenes falſo ſuſpicati fuerant, obſtarent. Quanquam autem permoueri non poſſet Pamphilus ut reduceret, tamen cauſam conſtantiſſime diſſimulat. Itur eo, ut putent Bacchidis amore deuinctum, alieno ab uxore animo eſſe.

## CATASTROPHE.

Bacchis accerſita, fidem facit nihil ſibi cum Pamphilo rei eſſe. Hic autem prodendum peccatum uxoris fuit, aut reducenda, uerum caſu periculum diſcutitur. Forte enim Philumenæ anulum ſocrus in digito Bacchidis conſpexit, quem olim Pamphilus ſtupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is anulus teſtatur ex Pãphilo puerũ ſuſceptum eſſe. Ita redit in gratiã cum uxore Pãphilus.

Iucũda eſt cum uxoribus ſenum cõcertatio, quæ monet ſæpe errore & falſis ſuſpicionibus fieri, ut diſſentiant coniuges. In primis aũt inſignis eſt humanitas, & fides Pamphili in hac fabula

FABVLAE PERSONAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| PHILOTIS | *meretrix.* | SYRA | *anus.* |
| PARMENO | *ſeruus.* | LACHES | *ſenex.* |
| PAMPHILVS | *adoleſcens.* | SOSTRATA | *mulier.* |
| PHIDIPVS | *ſenex.* | MYRRHINA | *mulier.* |
| SOSIA | *ſeruus.* | BACCHIS | *meretrix.* |

# P. TERENTII HECYRA.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS.

*Sex.* Iulio, *Cn.* Cornelio Dolobella *ædilibus curulib.* Modos *fecit* Flaccus Claudij *tibijs paribus.* Tota *Græca Menandru facta eſt. Acta primo ſine* prologo, *data ſecundo, Cn. Octauio,* T. Manlio COSS. Relata *eſt* L. Aemilio Paulo *ludis funeralibus.* Non *eſt* placita. Tertio relata, Q. Fuluio, L. Marco *ædilib. curulibus.* Egit L. Ambiuius, L. Sergius Turpio. PLACVIT.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

*Senarij.*

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorãs uirgini uitium obtulit.

Eiuſq; per uim quem detraxit anulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ.
Dein profectus in Imbrum eſt, nuptam haud attigit,
Hanc mater utero grauidam comperit,
Vt ægram ad ſe transfert, reuenit Phamphilus,
Deprehendit, partum celat, uxorem tamen
Recipere non uolt, pater incuſat Bacchidis
Amorem, dum ſe purgat Bacchis, anulum
Mater uitiatæ forte agnoſcit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Præſens hic prologus uarius eſt, & rhetoricorum obſeruantiſſimus præceptorum. Nempe hæc comœdia ſæpenumero alieni populi ſtudio intercepta, diligẽtiſſima defenſione indigebat, proindeq; hic loquitur L. Ambiuius, qui poëtæ partes ſedulo defendere, & popularem auram fauoremq; ſpectatorum locis oratorijs multifariam captare nititur, ſimulq; & beneuolos in primis, & maximopere attentos auditores reddere conatur. L. Ambiuius & L. Turpio hiſtriones hanc fabulam egerunt.*

PROLOGVS.

Eiuſdem rationis.

* Propoſitio, qua petit exploſam antea cognoſci.

HEcyra eſt huic nomẽ fabulæ: hæc cum data eſt
Noua, nouum interuenit uitium & calamitas,
Vt neq; ſpectari, neq; cognoſci potuerit:
Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo
Animum occuparat, nunc hæc plane eſt pro noua,
Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem uoluit
Iterum referre, ut iterum poſſit uendere.
Alias cognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.
Orator ad uos uenio ornatu prologi:

† Mire fauorẽ captat ex

Sinite exorator ſim, eodem ut iure uti ſenem
Liceat, quo iure ſim uſus adoleſcentior.
Nouas qui exactas feci ut inueteraſcerent,
Ne cum poëta ſcriptura euaneſceret.
In his quas primum Cæcili didici nouas,
Partim ſum earum exactus, partim uix ſteti:
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere cœpi, ut ab eodem alias diſcerem
Nouas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci ut ſpectarentur: ubi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt, ita poëtam reſtitui in locum,
Prope iam remotum iniuria aduerſarium
Ab ſtudio, atq; ab labore, atq; ab arte muſica,
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,
Et in deterrendo uoluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet potius quàm in negotio,
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam mea cauſa æquo animo attendite:
Hecyram ad uos refero, quam mihi per ſilentium
Nunquā agere licitū eſt, ita eam oppreſſit calamitas.
Eam calamitatem ueſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ.
Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem acceſſit expectatio,
Comitū conuentus, ſtrepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi uti conſuetudine,
In experiundo ut eſſem, refero denuo:

comœdijs q̃ ſpectatoribus ĩſpectæ erãt

* Confirmatio ab exemplis.

† Ab honeſto.

Perfeci, diligentiã et difficultatẽ indicat.

† Ab indignatione.

Ars mira.

† Ab incommodo.

* Redit ad propoſitionẽ, et amplificat per querelã, quod antea fuerit exploſa.

Cur exploſa ſit.

Noua ſcilicet comœdia.

Altera exploſio. | Primo actu placeo, cum interea rumor uenit
Datum iri gladiatores. populus conuolat,
Locum, faceta repetitio. | Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
† Ab occaſione. | Nunc turba nulla eſt, otium & ſilentium eſt,
Agendi tempus mihi datum eſt, uobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos:
* Argumentum ab arte, à meritis. | Nolite ſinere per uos artem muſicam
Recidere ad paucos, facite ut ueſtra autoritas
Meæ autoritati fautrix, adiutrixq́; ſit.
Attentos & beneuolos reddit. | Si nunquam auare ſtatui pretium arti meæ,
Et cum eſſe quæſtum in animum induxi meum,
Quàm maxume ſeruire uoſtris commodis,
Qui, ſcilicet poëta. | Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in ueſtram commiſit fidem,
Peroratio. | Ne eum circumuentum iniqui irrideant.
† A' ſua perſona. | Mea cauſa cauſam hanc accipite, & date ſilentium,
Vt libeat ſcribere alijs, mihiq́; ut diſcere
Nouas expediat poſt hac pretio emptas meo.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Philotis & Syra indignantur Pamphilum adhæſiſſe uxori, & Bacchidem meretricem quam amare uidebatur reliquiſſe. Exemplum quoque hic proponitur uerſutæ & nequitioſæ lenæ, meretricem bonam quæ talis contra uulgatum morem inducitur, à leui ac benigno inſtituto dehortantis, et ad aſperitatem & exactionem amatorum ſuorum perſuadentis. Attende quòd Philotis & Syra protaticæ ſunt perſonæ, extra fabulæ argumentum inductæ.

# ACTVS I. SCENA I.

Senarij.

PHILOTIS *meretrix*, SYRA *anus*.

PErpol, quàm paucos reperias meretricibus
Fideleis euenire amatores Syra:
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi?
Quàm ſanctè? ut quiuis facile poſſet credere,
Nunquam illa uiua ducturum uxorem domum.
Hem duxit. Sy. ergo propterea te ſedulo
Et moneo, et hortor, ne cuiuſquam te miſereat,
Quin ſpolies, mutiles, laceres quenquam nacta ſis. Ph.
Vt in eximium neminem habeam? Sy. neminem.
Nam nemo illorum quiſquam ſcito ad te uenit,
Quin ita paret ſeſe, abs te ut blanditijs ſuis
Quàm minimo pretio ſuam uoluptatem expleat.
Hiſcine tu amabo non contrà inſidiabere? Phi.
Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt. Sy.
Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios?
Ac qua uia captant te illi, eadem ipſos capi?
Eheu me miſeram, cur non aut iſthæc mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

* Philotis ꝓſtatica perſona, ut ſit occaſio commemorandi argumenti et occaſionis reliquæ fabulæ.

Audax ad mala perſuaſio.

† Scito, uerbum illorum eſt, qui familiares corrigunt.

† Querela pathetica.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Parmeno ſeruus occaſionem nactus eſt Philotim peregre redeuntem alloquendi, cum tamen Pamphilo ad portum obuiam ire ſtatuiſſet. Itaque ex uerbis Bacchidis inſtigata Philotis, ex Parmenone de Pamphili nuptijs percontatur. Cui certe Parmeno rem omnem, atq; totius comœdiæ argumentum ordine narrat.

Animaduerte ſingularem in hac ſcena poëtæ artem, q̃ egregie & oratorios locos & decorum perſonarum obſeruarit.

# ACTVS I. SCENA II.

*Senarij.*

PARMENO *ſeruus*, PHILOTIS, SYRA.

SEnex ſi quæret me, modo iſse dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin' quid dicam Syre? ſi quæret me, uti
Tum dicas: ſi non quæret, nullus dixeris,
Alias ut uti poſsim cauſa hac integra.
† Cum quodam contemptu. Sed uideon' ego Philotim? unde hæc aduenit?
Philotis: ſalue multum. Phi. ô ſalue Parmeno. Sy.
Salue mecaſtor Parmeno. Par. & tu ædepol Syra.
Dic mihi Philotis, ubi te oblectaſti tandiu? Phi.
Minime equidem me oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſsimo:
Biennium ibi perpetuum miſera illum pertuli. Par.
Aedepol te deſiderium Athenarum arbitror
Philotim cepiſse ſæpe, & te tuum
Conſilium contempſiſse. Phi. non dici poteſt
Quàm cupida erã huc redeundi, & abeundi à milite.
Voſq; hic uidendi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem inter uos libere conuiuium.
† Ex præſcripto loqui. Nam illic haud licebat niſi præfinito loqui,
Quæ illi placerent. Par. haud opinor commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem. Phi.
Sed quid hoc negoti'ſt? modo quæ hæc narrauit mihi?
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut hac ille uiua poſset animum inducere
Vxorem habere. Par. habere autem? Phi. eho tu, an nõ habet? Par.
* Senſim ad Habet, ſed firmæ hæ uereor ut ſint nuptiæ, Phi.

Ita dij deæq; faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.
Sed qui iſthuc credam ita eſſe? dic mihi Parmeno. Par.
Non eſt opus prolato, hoc percontarier
Deſiſte. Phi. nempe ea cauſa ut ne id fiat palàm.
Ita me dij bene ament, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, ſed ut tacita mecum gaudeam. Par.
Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. Phi. ah noli Parmeno,
Quaſi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quàm ego quæ percõter ſare. Par. uera hæc prædicat,
Et illud mihi maxumum uitium'ſt ſi mihi fidem
Das te tacituram, dicam. Phi. ad ingenium redis.
Fidem do, loquere. Par. auſculta. Phi. iſthic ſum. Par. hanc Bacchidem
Amabat ut cum maxime tum Pamphilus,
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit:
Et hæc communia omnium quæ ſunt patrum,
Se ſenem eſſe dicere, illum autem eſſe unicum
Præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ,
Ille primo ſe negare, ſed poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret,
Pudori an ne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atq; odio deniq; effecit ſenex,
Deſpondit ei gnatam huius uicini proximi.
Vſq; illud uiſum eſt Pamphilo neutiquam graue,
Donec iam in ipſis nuptijs, poſtquam uidet
Paratas, nec moram ullam quin ducat dari,
Ibi demum ita ægre tulit, ut ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo eius commiſereſceret.

narrationem accedit.
Varijs uerbis morales facetias interne-ctit.
Facetia ſeruilis.
Seruile pathos.
Seruorum uitium loquacitas.
* Narratio, quæ occaſionem fabulæ continet.
Cõmunes patrum perſuaſiones.
Latens excuſatiõis ratio.
Amatoris affectus in nuptias.
Hypbolicos.
†Sic Verg.

Vel Priamo miſeranda δραματικὸν ϗ, διηγηματικὸν orationis genus.

Vbicunq; datum erat ſpatium ſolitudinis,
Vt conloqui mecum unà poßet: Parmeno,
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre: Parmeno, perij miſer. Phi.
At te dij deæ'q; perdiūt cum iſthoc odio Laches. Par.

Apoſtrophe & imprecatio ad abſentem.

Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domum,
Nocte illa prima uirginem non attigit,
Quæ conſecuta 'ſt nox, eam nihilo magis. Ph.
Quid ais? cum uirgine unà adoleſcens cubuerit,

Affectus meretricius.

Plus potis ſe illa abſtinere ut potuerit?

Confutatio meretricia.

Non ueriſimile dicis, nec uerum arbitror. Par.
Credo ita uideri tibi, nam nemo ad te uenit,
Niſi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat. Phi.

Iactantia ſerui de familiaritate domini.

Quid deinde fit? Par. diebus ſanè pauculis
Pòſt Pamphilus me ſolum ſeducit foras,
Narrat'q;, ut uirgo à ſe integra etiam tum ſiet,
Se'q; anteꝗuam eam uxorem duxißet domum,
Speraße eas tolerare poße nuptias.
Sed quam decrerim me non poße diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à ſuis,
Neq; honeſtum mihi, neq; utile ipſi uirgini eſt. Ph.

Hoc ego, etc. proſequitur Parmeno ipſa Pāphili uerba.

Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Par.
Hoc ego proferre, incommodum eße mihi arbitror,
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uiti',
Superbum eſt, ſed illam ſpero, ubi hoc cognouerit
Non poße ſe mecum eße, abituram deniq;. Phi.

Philotis geſtit cætera audire.

Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Par. quotidie,
Sed (ut fit) poſtquam hunc alienum ab ſeſe uidet,

Maligna multo, & magis procax facta ilico eſt. Phi.
Non ædepol mirum. Par. atqui ea res multo maxime
Diſiunxit illum ab illa, poſtquam & ipſe ſeſe,
Et illam, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans,
Hæc ita uti liberali eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta, incommoda atq; iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias:
Hic animus partim uxoris miſericordia
Deuinctus, partim uictus huiuſce iniurijs,
Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit
Amorem, poſtquam par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum: ad hos redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic uxorem, nam ſenex
Rus abdidit ſeſe, huc raro in urbem commeat. Phi.
Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? Par.
Nunc audies: primum dies compluſculos
Bene conueniebat ſanè inter eas: interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam:
Neq; lites ullæ inter eas, poſtulatio
Nũquam. Phi. quid igitur? Par. ſi quãdo ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere è conſpectu ilico,
Videre nolle: deniq; ubi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rem diuinam, abijt.
Vbi illic dies eſt complures, accerſi iubet.
Dixere cauſam tunc neſcio quam, iterum iubet,

† Illam, Bacchidem: hãc, uxorem.
Defendit herum ſeruus.
† Honeſtæ uxoris dotes.
Vis amoris his uerbis exprimitur.
Senex, nam iuuenis alicui⁹ mors nõ conuenit comœdiæ.
Firmum matrimoniũ eſt, qđ inter pares copulat.
Quid ad. Subtriſtis hoc dicit.
Miris modis, id eſt, uehementer.
Parmeno odio aſcripſit quod pudoris erat.
Abijt propriè non mittitur.
Neſcio ꝗ.

la eſt, futile. Nemo remiſit. poſtquam accerſiuit ſæpius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem, noſtra ilico
Admiſit, etiã pronuntiatio iniurioſa uidetur. It uiſere ad eam, admiſit nemo, hoc ubi ſenex
Reſciuit, heri ea cauſa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Reliquũ argumẽti actoribus reſeruat, per quod ſuſpenſum et attentũ reddit ſpectatorem. Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
Niſi ſane curæ eſt quorſum euenturum hoc ſiet.
Habes omnem rem, pergam quò cœpi hoc iter. Phi.
Et quidem ego: nam conſtitui cum quodam hoſpite
Me eſſe illum conuenturam. Par. dij uortant bene
Quod agas. Phi. uale. Par. & tu bene uale Philotis.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Laches omnes ſocrus odij in nurus inſimulat, mulieresq; omnes aduerſantes uiris commemorat. Deinde diuerſis coniecturis Soſtratam uxorem, Philumenæ ſocrum coarguit, quòd nurum ſuam, utpote eandem illam Philumenã Pamphili uxorem duriſſimis ſuis moribus & intolerabilibus è domo expulerit, coëgeritq; ad matrem remigrare. Socrus uero econtrario contendit, nihil ſe in perniciem nurus attentaſſe.

# ACTVS II. SCENA I.

Tetrametri, ſenarij, & ſeptenarij nonnulli.

LACHES, SOSTRATA.

Senex difficilis et iratus ab exclamatione ordit. *Exclamatio ſenilis in mulierum moroſitatem. Eſtq; id exordium orationis.

PRoh deum atq; hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc coniuratio,
Vt omnes mulieres eadem æque ſtudeãt, nolintq; omnia,
Neq; declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?
Itaq; adeo uno animo omnes ſocrus oderunt nurus.
Viris eẽ aduorſas, æque ſtudiũ eſt, ſimilis pertinacia eſt.

In eodē omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam,
Et ei ludo (ſi ullus eſt) magiſtrā hāc eſſe ſatis certo ſcio.
Soſt. Me miſeram, quæ nunc quamobrem accuſer neſcio. La. hem. — Exclamatio ad miſericordiam commouendam.
Tu neſcis? So. non, ita me dij bene ament mi Laches,
Itaq; unà inter nos agere ætatem liceat. Lac. dij mala prohibeant. So.
Meq; abs te immeritò eſſe accuſatam poſtmodum reſciſces. La. ſcio,
Te immeritò? an quicquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt?
Quæ me & te & familiā dedecoras, filio luctū paras, — Exaggeratio & amplificatio.
Tum aūt ex amicis, inimici ut ſint nobis affines facis.
Qui illū decrerunt dignū, ſuos cui liberos cōmitterēt.
Tu ſola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia. So. ego'ne? La.
Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas. — Mulier, emphaſim habet.
An quia ruri eſſe crebrò ſoleo, neſcire arbitramini — Tollit opinionem ſuſpicionis.
Quo quiſq; pacto hic uitam ueſtrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, q̄ illic ubi ſum aſſidue ſcio. — † πρόληψις.
Ideo quia ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Iampridē equidē audiui cepiſſe odiū tui Philumenam. — * Propoſitio querelæ.
Minimeq; adeo mirū, et ni id feciſſet, magis mirū foret.
Sed nō credidi adeo, ut etiā totā hanc odiſſet domū: — Cōminatio eiectionis.
Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret potius, tu hinc iſſes foras.
At uide quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Soſtrata:

Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei ſeruiens,
Sumptus ueſtros, otium'q; ut noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens, præter æquum atq; ætatem meam.
Nō te pro his curaſſe rebus, ne quid ægre eēt mihi? So.
Nō mea opera, neq; pol culpa euenit. La. imò maxime.
Sola hic fuiſti, in te omnis hæret culpa ſola Soſtrata.
Quæ hic erant curares, cum ego uos ſolui curis cæteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factū? Soſt. haud equidem dico mi Laches. La.
Gaudeo (ita me dij ament) gnati cauſa, nam de te quidē
Satis ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt. Soſt.
Qui ſcis an ea cauſa mi uir me odiſſe aſſimularit,
Vt cū matre unà plus eſſet? La. qd ais? nō ſigni ſat eſt,
Quod heri nemo uoluit uiſentē te ad eā intromittere?
Soſt. Eam lapſam oppidò tum aiebant, eò ad eam non admiſſa ſum. La.
Tuos eſſe illi mores morbum magis, quàm ullam aliam rem arbitror,
Et merito adeo, nā ueſtrarū nulla eſt, quin gnatū uelit
Ducere uxorē: & quæ uobis placita cōditio eſt, datur.
Vbi duxere impulſu ueſtro, ueſtro impulſu eaſdem exigunt.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena, Laches Pamphili pater, Phidippum Philumenæ parentem conuenit ſuper reditu ſuæ nurus, quam certe Phidippus negat apud ſocerum abſente Pamphilo perdurare poſſe. In primis autem Phidippus filiam alloquitur, qui mitiſſimus eſſe pater oſtenditur, eo quòd multum de ſuo iure remittat.

* Exaggerat indignitatem à ſuis meritis
Opera ſcientes, culpa neſcientes lædimus.
† A circūſtātijs quia ſola erat.
Defenſionem præuenit.
† Ab inæqualitate ætatis.
Dicteriū, hoc eſt, non potes fieri peior.
† Defendit ſe Soſtrata à deriuatione cauſæ.
Obiectio.
† Infirma defenſio.
Socrus moroſa accuſat.
† Argumentatio eſt, quæ dicitur, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους.
Exigunt, id eſt, excludūt

# ACTVS II. SCENA II.

Tetrametri quadrati.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

ET ſi ſcio Philumena meum ius eſſe, ut te cogam
Quæ ego imperem facere, ego tamẽ patrio animo uictus, faciam
Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduerſabor. La.
Atq; eccum Phidippum optime uideo, ex hoc iam ſcribo quid ſiet.
Phidippe, etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequentem,
Sed non adeo, ut facilitas mea illorũ corrũpat animos.
Quod ſi tu idem faceres, magis in rem & noſtram & uoſtram id eſſet.
Nunc uideo in illarũ poteſtate eſſe te. Ph. eia uero. La.
Adij te heri de filia: ut ueni, itidem incertum amiſiſti.
Haud ita decet, ſi perpetuam uis eſſe affinitatem hanc,
Celare te iras: ſi quid eſt peccatum à nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando uobis corrigemus
Te iudice ipſo: ſin ea 'ſt cauſa retinendi apud uos,
Quia ægra eſt, te mihi iniuriã facere arbitror Phidippe,
Si metuis, ſatis ne ut meæ domi curetur diligenter.
At (ita me dij ament) haud tibi hoc concedo, & ſi illi pater es,
Vt tu illam ſaluam magis uelis quàm ego: id adeo gnati cauſa,
Quẽ ego intellexi illã haud minus quàm ſeipſum magnificare.

Philumena patri multa prælocuta fuit, cui ita reſpondet.
Libido dicit quæ uis uoluntas temere ſuſcepta.
* Eadem ſententia, quæ ſuperioris ſcenæ, ſed eſt ſparſa in perſonas.
Eia uero, aduerbiũ corripientis.
† Narratio.
Refellit qui negat: purgat, qui fatetur, & tũ defendit.
Amicorũ officiũ.
Id adeo, pia & honeſta ratio.

Neq; adeo me clàm eſt, quàm eſſe eum grauiter læturum credam,
Hoc ſi reſciuerit, eo domum ſtudeo hæc prius quàm ille huc redeat. Phi.
Laches, & diligentiam ueſtram & benignitatem
Noui: & quæ dicis, omnia eſſe ut dicis, animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere, illã ad uos redire ſtudeo,
Si facere poſſim ullo modo. Lach. quæ res te facere id prohibet?
Eho, nunquidnam accuſat uirũ? Phi. minime, nam poſtquam attendi
Magis, & ui cœpi cogere ut rediret, ſancte adiurat
Non poſſe apud uos, Pamphilo abſente, perdurare.
Aliud fortaſſe alijs uitij eſt, ego ſum animo leni natus,
Non poſſum aduorſari meis. La. hem Soſtrata. So. heu me miſeram.
La. Certum'ne eſt iſthuc? Phi. nunc quidem ut uidetur, ſed nunc quid uis?
Nam eſt quod me forum tranſire iam oportet. Lac. eo tecum unà.

Subtiliter oneratur culpa nurus recedentis.

Principium laudationis à perſonis.

Eho, cum geſtu deprope ſecreto inquirentis.

Paterna lenitas.

Eclipſis.

† Hoc dicit Phidipp⁹, ne laches dicere poſſet: Coge ut redeat.

Vis, ſcilicet aliud,

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena introducitur Soſtrata ſecum loquens, conquerendo de ſuſpicione, quam contraxerant in omnes mulieres uiri. Ex quo facile colligi poteſt animus mitis, atq; compoſiti illius anus mores.

# ACTVS II. SCENA III.

Similes ſuperioribus.

SOSTRATA.

AEdepol næ nos mulieres ſumus æque oẽs inuiſæ uiris,
Propter paucas, quæ omnes faciũt dignæ ut uideamur malo.
Nam(ita me dij ament)quod me accuſat nunc uir, ſum extra noxam.
Sed nõ facile eſt expurgatu, ita animum induxerunt, ſocrus
Omnes eſſe iniquas, haud pol me quidẽ:nam nunq̃ ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata, nec qui hoc mihi eueniat ſcio,
Niſi pol filiũ multis modis iã expecto ut redeat domũ.

* Querela. Sententia defenſoria contra accuſationem generis totius.

Elegans locutio.

Dicterium.

Filiũ ex quo ſcilicet omnia reſciſcam.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic eſt alloquutio per conqueſtionem ipſius Pamphili, qui bene non ſe amatoribus, uerum infelicibus quoq; amatoribus comparauit, ubi accepit uxorem à ſuis diſceſſiſſe. Parmeno deinde oſtendit, uel leuiſſima interdum cauſa inter mulieres(quas pueris comparat)inimicitias exoriri.

# ACTVS III. SCENA I.

Tetrametri ſenarij, & dimeter unus.

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

NEmini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini unquam oblata
Quàm mihi, heu me infelicem, hancine ego uitam parſi perdere?
Hacine cauſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat præſtabilius, ubiuis gentium agere ætatem

* Viam ſternit ad epitaſin, Pamphili enim iam tandem innoteſcit incõmodum, ad quẽ maxime pertimebat.

Magna loci deteſtatio. Quàm huc redire, atq; hæc ita eſſe miſerum me reſciſcere?

Nā nos oēs, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos,

Sententia in aduerſis uſurpata. Omne quod eſt interea tēpus, prius quàm id reſcitū eſt, lucro eſt. Par.

At ſic citius, qui te expedias his ærumnis, reperias:

Sententia contraria. Si non rediſſes, hæ iræ factæ eßent multo ampliores:

Sed nunc aduentū tuū ambas Pāphile ſcio reueritur as.

† Conſolatur Parmeno Pāphilum. Rē cognoſces, irā expedies, rurſum in gratiā reſtitues.

Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animū induxti tuum. Pam.

Cōſolatio à quantitate. Quid conſolare me? an quiſquam uſquam gentium eſt æque miſer?

Amatores cōſolatio angit, non lenit. Priusq̄ hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:

* Narratio Iam in hac re ut taceam, cuiuis facile ſcitu quàm fuerim miſer,

Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.

Obtrudit, pro obtrudebat, energiā habet. Vix me illinc abſtraxi, atq; impeditum in ea expediui animum meum,

† ἀναφορά. Implicatio cōtinuarū miſeriarum. Vix' que huc contulerā. hem noua res orta'ſt. porro ab hac quæ me abſtrahat.

Tum matrem ex ea re, aut me uxorem in culpa inuenturum arbitror.

A' iuſto & decenti. Quod cum ita eſſe inuenero, quid reſtat porro, niſi ut fiam miſer?

Ab honeſto & congruo. Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:

Tū uxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio ptulit,

Tot meas iniurias, quæ nunquam ullo patefecit loco:
Sed magnū, neſcio quid, neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
Par. Haud quidem hercle parum 'ſt, ſi uis uero ueram rationem exequi,
Nō maxumas, quæ maxumæ ſunt interdū iræ, iniurias
Faciunt, nā ſæpe eſt, in quibus rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadē cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe q̄ pro leuibus noxis iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt fermè ut pueri leui ſentētia.
Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc cō ciuerit. Pam.
Abi Parmeno intrò, ac me ueniſſe nuntia. Par. hē quid hoc eſt? Pam. tace,
Trepidari ſentio, curſari ſurſum, prorſum, agedum ad fores.
Accede propius. Par. hē, ſenſiſtin'? Pā. noli fabularier.
Proh Iupiter, clamorē audio. Par. tute loqueris, me ue= (tas?
Myr. Tace obſecro mea gnata. Pam. matris uox uiſa 'ſt Philumenæ.
Nullus ſum. Par. quidum? Pam. quia perij. Par.
Quamobrem? Pam. neſcio quod magnum malum
Profecto Parmeno me celas. Par. uxorem Philumenā
Pauitare neſcio quid dixerūt: id ſi forte eſt, neſcio. Pā.
Interij, cur mihi id non dixti? Par. quia non poteram unà omnia. Pam.

Suſpicio ingentis mali.
Serui reſponſio ad ultimā tantum partem.

Sententia uera.

† A' ſimili argumentū. ſententia philoſophica.
Argumentū à ſimili.
† παροιμία ἄνω κ, κάτω
Agedū, hortantis celere.
Hic non ſolū Lucina nō inuocatur, uerum ſilentiū quoq; ob fur.iuum cōceptū indicitur.
Pauitare, id eſt, ægrotare † ἔκλυψις eſt uerbi dicere.

*Neſcio, inepta & ſeruilis eiuſdẽ uerbi repetitio.*

Quid morbi eſt? Par. neſcio. Pam. quid? nemon' medicum adduxit? Par. neſcio. Pam.
Ceſſo hinc ire intrò, ut hoc quamprimum quicquid eſt, certum ſciam?
Quonã modo Philumena mea nunc te offendã affectã?

*Amatoria locutio.*

Nam ſi periculũ ullum in te eſt, periſſe me unà haud dubium eſt. Par.
Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intrò ſequi:
Nam inuiſos omnes nos eſſe illis ſentio.

*Argumentũ loci.*
*†αἰτιολογία. arguta.*

Heri nemo uoluit Soſtratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſanè nolim, maxume heri cauſa mei,
Seruom ilico introiſſe dicent Soſtratæ,
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,

*Capiti, id eſt, uitæ.*

Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus ſiet,
Hera in crimen ueniet, ego uero in magnum malum.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena, triſtis continetur egreſſus Pamphili ex domo ſocrus, ubi repentino & improuiſo aduentu furtiuum deprehẽdit uxoris partum, quem tamen ut modeſtum decet celare quàm maxime poteſt ac tegere conatur. Hic quoq; eſt quaſi deliberatio quædam, ſuaſionis ac diſſuaſionis partes continens, quas in ſubditis conſiderare licet, nam admodum uicini ſunt.*

# ACTVS III. SCENA II.

Quadrati, & ſeptenarij, penultima longa.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

*Magis laborat Terentiꝰ ut bonã ſocrũ*

NEſcio qd iãdudũ hic audio tumultuari miſera.
Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat.

Quod te Aeſculapi, & te Salus, ne quid ſit huius oro.
Nunc ad eam uiſam. Par. heus Soſtrata. So. hem. Par. iterum iſthinc excludere. So.
Ehem Parmeno, tute hic eras? perij, quid faciã miſera?
Nõ uiſam uxorẽ Pãphili, cũ in proximo hic ſit ægra?
Par. Nõ uiſas, nec mittas quidẽ uiſendi cauſa quenq̃.
Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte dico,
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.
Tum autem filius introijt uidere ut uenit, quid agat.
Soſt. Quid ais? an uenit Pamphilus? Par. uenit. Soſt. dijs habeo gratias.
Hem, iſthoc uerbo animus mihi redijt, & cura ex corde exceſſit. Par.
Iam ea te cauſa maxime huc nunc introire nolo:
Nam ſi remittent quidpiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit ſcio continuo ſola ſoli,
Quæ inter uos interuenit, unde ortum 'ſt initium iræ.
Atq; eccum uideo ipſum egredi, quàm triſtis eſt? Soſt. ô mi gnate. Pam.
Mea mater, ſalue. So. gaudeo ueniße ſaluum, ſaluan'
Philumena eſt? Pam. meliuſcula eſt. So. utinam iſthuc ita dij faxint.
Quid tu igitur lachrymas? quid es nunc tam triſtis? Pam. recte mater. So.
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuaſit?
Pam. Ita factum 'ſt. So. quid morbi eſt? Pam. febris. So. quotidiana? Pam. ita aiunt.
I ſodes intrò, cõſequar iam te mea mater. So. fiat. Pam.
Tu pueris curre Parmeno obuiã, atq; his onera adiuta.

faciat q̃ bonã meretricem. Iterũ iſthinc me morituer dixit.
† Deliberatio.
Diſſuaſio à ſententia morali.
† Confirmatio.
Cauſa ab euentu.
Soſtrata affectum ſequitur.
† Ab occaſione.
Quàm triſtis, quàm admiratiue.
Caute, reſpõdet partũ celans, & mendaciũ fingẽs.
Recte, uerbum aliquid celantis.
† Archaiſmos
Ita aiunt. Religioſe mendaciũ ad ru-

morem retulit. Par. Quid? non ſciunt ipſi uiam, domum qua redeant? Pam. ceſſas?

ἐπιῤῥηματικῶς.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic quæſtio eſt ad deliberationẽ deſcendens, an recipiat Pamphilus an repudiet uxorem. In qua tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans, amatoria magis quàm maritalis eſt. Nam aliter non perueniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, niſi adoleſcens furtiuum uxoris conceptum & partum, aliquanto lenius quàm coniugalis dolor expetit toleraſſet.

## ACTVS III. SCENA III.

Tetrametri & ſeptenarij, penultima longa, & ſenarij pauci.

PAMPHILVS.

* Epitaſis. Graue principiũ, ut oſtẽdãtur multæ & magnæ ærumnæ. Hei mi. Exclamatio artificioſa. Derepẽte, id eſt, ex improuiſo.

NEqueo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intrò ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me uiſurum affectam, ac ſenſi eſſe uxorem, hei mihi,
Poſtq̃ me aſpexere ancillæ aduenisse, ilico oẽs ſimul
Lætæ exclamant, VENIT, id quod me derepente aſpexerant.
Sed continuo uoltum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tã incõmode illis fors obtulerat aduẽtum meum.
Vna illarũ forte interea propere præcurrit nuntians
Me ueniſſe, ego eius uidendi cupidus, rectà conſequor,

* Egregia querela Pamphili. Eſt'que hæc proprie fabulæ protaſis.

Poſtq̃ introij, extemplo eius morbum cognoui miſer.
Nam neq; ut celari poſſet, tempus ſpatiũ ullum dabat.
Neq; uoce alia, ac res monebat ipſa, poterat conqueri,
Poſtquam aſpexi ô facinus indignum inquam, & corripui ilico
Me inde lachrumãs, incredibili re atq; atroci percitus.
Mater cõſequitur: iã ut ad limen exirẽ, ad genua accidit
Lachrumãs miſera, miſertum 'ſt: profecto hoc ſic eſt ut puto,
Omnibus nobis, VT RES DANT ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum à principio inſtituit:
O` mi Pãphile, abs te quãobrẽ hæc abierit, cauſã uides.
Nã uitiũ eſt oblatũ uirgini olim ab neſcio quo improbo.
Nũc huc cõfugit, te atq; alios partum ut celaret ſuum.
Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lachrumẽ miſer.
Quæq; fors fortuna, inquit, nobis quæ hodie obtulit,
Per eam te obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, uti
Aduorſa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes ſient,
Si unq̃ erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam mi Pamphile,
Sine labore hãc gratiã te uti ſibi des pro illa nũc rogat.
Cæterum de reducenda id facias, quod in rem ſit tuam.
Parturire eam, neque grauidã eſſe ex te, ſolus cõſcius.
Nam aiunt tecũ poſt duobus concubuiſſe eam mẽſibus.
Tum poſtq̃ ad te uenit, menſis iam hic agitur ſeptimus,
Quod te ſcire ipſa indicat res, nũc ſi potis eſt Pãphile,
Maxime uolo, doq; operã ut clã partus eueniat patrẽ;

† Narratio.
Hæc exclamatio ad uitij autorem refertur.
Oſtendit affectum miſericordiæ ſuæ
Sententia uera.
O` mi. A` nomine & blandimẽto ſecreta confitetur.
† Vtitur ſtatu ueniali in quo confeſſio eſt precatio.
Fors fortuna id eſt, ſubita incerta.
Ab anteacta uita.
Tẽtat etiam hoc, ſed uerecunde.
† oratorie et admodũ callide tentat perſuadere, ut reducat uxorem;

*Abortū eſſe, rōnabiliter, menſe. ſ. ſeptimo.*
*† A` uериſimili.*
*† A` nullo incōmodorū timore.*
*cōcluſio per eneruationē.*

Atq; adeo comes, ſed ſi non poteſt id fieri quin ſentiant
Dicam abortū eſſe, ſcio nemini aliter ſuſpectū fore,
Quin quod uериſimile eſt, ex te recte eum natū putēt.
Cōtinuo exponetur, hic tibi nihil eſt quiq̄, incommodi,
Et illi miſere indigne factā iniuriā contexeris.
Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certū 'ſt qđ dixi, fidē.
Nā de reducēda, id uero neutiq̄ honeſtū eſſe arbitror,
Nec faciā, & ſi me amor grauiter cōſuetudoq́; tenet.
Lachrumo, quæ poſt hac futura ſit uita, cum in mētem
uenit

*Exclamatio in fortunā lubricam.*

Solitudoq́;. ô fortuna, ut nunq̄ perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hāc rem excitatū me reddidit,
Quem ego tum cōſilio miſſum feci, idem nunc huic operam dabo.
Adeſt Parmeno cum pueris, hunc minime 'ſt opus
In hac re adeſſe, nam olim ſoli credidi

*Quia & ſcire oīa uult, & nihil tacere.*

Ea me abſtinuiſſe in principio cum data eſt.
Vereor ſi clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat, aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic pergens in incepto ſermone Parmeno introducitur, percontans à Soſia de pelagi periclis. Deinde à Pamphilo in arcem mittitur, ne Philumenam parere interim percipiat.

# ACTVS III. SCENA IIII.

*Hic poëta oſtendit incōmoda nauigationis.*

*Senarij.*

PARMENO, SOSIA ſeruus, PAMPHILVS.

An' tu tibi hoc incōmodum eueniſſe iter? SO.
Non hercle Parmeno uerbis dici poteſt

Tantum, q̃ re ipſa nauigare incommodum'ſt. Par. Prouerbiũ periclitantium.
Ita'ne eſt? So. O' FORTVNATE, neſcis qd mali
Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc uide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui, Tẽpeſtas.
Quum interea ſemper mortem expectabam miſer,
Ita uſq; aduorſa tempeſtate uſi ſumus. Par.
Odioſum. So. haud clã me eſt, deniq; hercle aufugerim Dictũ in fugitiuũ ſeruũ.
Potius quàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſaam. Par.
Olim te quidem cauſæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, ut faceres Soſia.
Sed Pamphilum ipſum uideo ſtare ante oſtium.
Ite intrò, ego hunc adibo ſi quid me uelit.
Here, etiam tununc hic ſtas? Pam. & quidem te expecto. Par. quid eſt? Pam.
In arcẽ trãſcurſo opus ẽ. Par. cui homini? Pã. tibi. Par.
In arcem? quid eò? Pam. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum unà aductus eſt, conueni. Par.
Perij, nouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum
Rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet. Pam.
Quid ceſſas? Par. quid uis dicã? an conueniã modo? Pã.
Imò quod conſtitui me hodie conuẽturum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet, uola. Par.
At non noui hominis faciẽ. Pam. at faciam ut noueris:
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Par.
Cadauaroſa facies, dij illum perdiunt.
Quid? ſi non ueniet, maneam ne uſq; ad ueſperũ? Pam.
Maneto, curre. Par. non queo, ita defeſſus ſum. Pam.
Ille abijt. quid agam infelix? prorſus neſcio

* Pamphilus callido conſilio ſeruulum ablegat, uſq; adeo cauet, qua emanet negotium.
Vola, celeritatem impoſuit, ne quid audiat.
† De his coloribꝰ uide Gelliũ lib. II. ca. XXVI.
Ita def. hoc magis in geſtu exprimit.

Pamphili pietas. Quo pacto hoc celem quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum, nam miſeret mulieris.
Pamphili honeſtas. Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam:
Nam me parenti potius quàm amori obſequi
Oportet. atat eccum Phidippum, & patrem
Video, horſum pergunt. quid dicā hiſce, incertus ſum.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Pamphilus eligit potius matrem defendere, Philumenam uero incuſare apud ſenes, quàm amori obtemperare: adeo, ut à conſpectu Phidippi ſoceri tandem diſcedat, ea lege & animo, ut non ſit Philumenam eius filiam tanquam uxorem reducturus. Quod Phidippus cauſam ignorans, ægre & indigne tulit.

# ACTVS III. SCENA V.

Octonarij, ſenarij, et trochaici admixti.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

Viam ad epitaſin facit. Senes enim impellūt ad reducendam.

Dixtin' dudū, dixiſſe illā ſe expectare filiū? Ph.
Factum. La. ueniſſe aiunt, redeat. Pamp. quam cauſam dicam patri,
Quamobrem non reducam, neſcio. La. quē ego hic audiui loqui? Pam.

Vt, ſcilicet matri potius ꝙ amori obſequatur.

Certū obfirmare eſt uiā me quā decreui perſequi. La.
Ipſus eſt de quo hoc agebā tecū. Pā. ſalue mi pater. La.
Gnate mi ſalue. Phi. benefactū, te aduenisse Pamphile,

Auxeſis ad ſalutem.

Atq; adeo quod maximum 'ſt, ſaluum atque ualidum. Pam. creditur.

Aut auarus, aut iactabundus hæc dicit.

La. Aduenis modo? Pam. admodum. Lac. cedo, quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? Pam. ſanè hercle homo uoluptati obſequens

Fuit dum uixit: & qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant.

Sibi uero hãc laudẽ reliquit, uixit dum uixit, bene. La. Laus prodigorum.

Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus unà ſententia. Pã.

Quicquid eſt id quod reliquit, profuit. La. imò obfuit. † παροιμία, in eos q molliter & ſuauiter uiuunt.

Nam illum uiuum & ſaluum uellẽ. Pam. impune optare iſthuc licet,

Ille reuiuiſcet iam nunq̃, & tamen utrum malis ſcio. Patris auarĩtiam notat.

Lac. Heri Philumenam ad ſe accerſi hic iuſsit, dic iuſ= ſiſse te. Phi. Heri, huc tẽdebat tota oratio.

Noli fodere, iuſsi. Lach. ſed iam remittet eam. Phi. ſci= licet. Pam.

Omnem rem ſcio, ut ſit geſta, adueniens audiui omnia.

Lach. At iſtos inuidos dij perdant, qui hæc libẽter nun tiant. Pam. Imprecatio in rumigerulos.

Ego ſcio me cauiſse, ne ulla merito contumelia

Fieri à uobis poſset: idq́; ſi nunc memorare hic uelim,

Quàm fideli animo & benigno in illam et clemẽti fui,

Vere poſsim, ni te ex ipſa id magis uelim reſciſcere: Argumẽtum fortiſſimum.

Nãq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,

Cum illa quæ nũc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit. Confirmatio cum proteſtatione.

Neq; culpa hoc eueniſse diſsidiũ mea, id teſtor deos.

Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,

Cui concedat, cuiuſq; mores toleret ſua modeſtia, Ex deliberatione concluſionem colligit.

Neq; alio pacto componi poteſt inter eas gratia,

Segregãda aut mater ẽ à me Phidippe, aut Philumena:

Nũc me pietas matris potius cõmodũ ſuadet ſequi. La. †Oẽs poſtputãdæ res præ parẽte ſunt.

Pãphile, ad aures haud inuito ſermo mihi acceſsit tuus,

Cum poſtputaſse omnes res te præ parente intellego.

Verum uide ne impulſus ira, praue inſiſtas Pamphile.
Pam. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim?
Quæ nunq̃ quicq̃ erga me commerita'ſt pater
Quod nollem, & ſæpe quod uellem meritam ſcio.
Amoq; & laudo, & uehementer deſidero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio expertus ſum:
Illiq; exopto, ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui ſit fortunatior,
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas. Phi.
Tibi id in manu eſt ne fiat. La. ſi ſanus es,
Iube illam redire. Pam. non eſt conſilium pater,
Matris ſeruibo commodis. La. quò abis? mane,
Mane inquã, quò abis? Phi. quæ eſt hæc pertinacia? La.
Dixin' Phidippe hanc rem ægre laturum eſſe eum?
Quamobrem te orabam ut filiam remitteres. Phi.
Non credidi ædepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt ut uelit reducere uxorem, licet:
Sin alio eſt animo, renumeret dotem, huc eat. La.
Ecce autem, tu quoq; proterue iracundus es. Phi.
Percontumax rediſti huc nobis Pamphile. La.
Decedet iam ira hæc, & ſi merito iratus eſt. Phi.
Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi adſunt. La. etiam mecum litigas? Phi.
Deliberet, renuntietq; hodie mihi,
Velit ne an non, ut alij (ſi huic non ſit) ſiet. La.
Phidippe, ades, audi paucis. abijt, quid mea?
Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi ut lubet,
Quando nec gnatus, neq; hic mihi quicq̃ obtemperant:

Amoq;. Totũ hoc facit ad cataſtrophen ut auidius reducatur.
Excuſatio repudij à neceſſitate.
Lenis recuſatio.
Inuidioſe in Phidippum.
E' duobus alterũ eligat.
† Terrorẽ mẽtione dotis incutit.
Proterue, id eſt, ſuperbe.
Diſtorto uultu proferendum.
Iratus hæc.
Præ ira noluit neq; audire, neq; reſpondere.

Quæ dico, paruipendunt, porto hic iurgium
Ad uxorem, cuius fiunt hæc conſilio omnia:
Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre'ſt, euomam. † Quaſi magni aliquid. Nam ægros releuat uomitus.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena, uehemens iurgium continetur Phidippi aduerſus Myrrhinam uxorem, de celato ſibi filiæ partu. Quod factum uxor excuſare conatur, tegēdo uirginis in tenebris oppreſſionem. Verum mirandum in modum anxia eſt, & maxime uerecur, ne Phidippus hoc ita factum alicunde reſciſcat.*

# ACTVS IIII. SCENA I.

Trimetri, tetrametri, & duo dimetri.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

PErij, quid agam? quò me uortā? quid meo uiro reſpondebo
Miſera? nā audiſſe uocē pueri uiſus eſt uagientis. *Reſciſcit de puero Phidippus. Id etiam ad augendū tumultum facit, & ut Pāphilus cogatur reducere
Ita corrupuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.
Quod ſi reſciuerit peperiſſe eam, id qua cauſa clam me habuiſſe
Dicam, non ædepol ſcio.
Sed oſtium concrepuit, credo ipſum ad me exire, nulla (ſum. Ad me. ſ. litigaturus.
Phi. Vxor ubi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras, atq; eccam
Video. quid agis Myrrhina? heus, tibi dico. Myr. mihi ne mi uir? Phi. Heus, oſtēdit eū cogitabundum de filia.
Vir ego tuus ſum? tu uirum me aut hominē deputas adeo eſſe? †obiurgatio.
Nam ſi utrumuis horum mulier unq̄ tibi uiſus forem,
Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Myr. quibus? Phi. at rogitas? Quibus, callida mulieris

interrogatio. Peperit filia? hem taces?

Ex quo? Myr. iſthuc patrem rogare eſt æquum? perij, ex quo cenſes,

†Intentio criminis. Niſi ex illo, cui data eſt nuptum obſecro? Phi.

Credo, neq; adeo arbitrari patris eſt aliter. ſed demiror

† Accuſatio. Quid ſit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare uolueris

†Exclamatio cum exaggeratione. Partũ, præſertim cum & recte & tẽpore ſuo peperit.

Adeon' peruicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire,

Puerũ, inuidia ab infantis ætate. Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires,

Potius quàm aduerſus animi tui libidinem eſſe cum illo nupta?

Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi, quæ te 'ſt penes. Myr.

Optat ei miſeriam. Miſera ſum. Phi. utinam ſciam ita eſſe iſthuc. ſed nunc mihi in mentem uenit,

Sed nũc. Argumentum à prius dictis. Ex hac re quod locuta es olim, cũ illũ generũ cepimus:

Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati

Pernoctare, uerbũ Terẽtio peculiare. Cũ eo, qui meretricẽ amaret, et qui pernoctaret foris.

Myr. Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm ipſam ueram uolo. Phi.

†Confutatio à non uero. Multo prius ſciui ꝙ tu, illum amicã habere Myrrhina.

Verum id uitium nunꝙ decreui eſſe ego adoleſcentiæ,

Leniter profertur. Nam id omnibus innatum 'ſt. at pol iam aderit, ſe quoque cum oderit.

Accuſatio à perſeuerantia. Sed ut olim te oſtendiſti, eadem eſſe nihil ceſſauiſti uſq; adhuc,

Vt filiam ab eo abduceres, neu quod ego egiſſem eſſet ratum.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum uolueris.
Myr. Adeon' me eſſe peruicacē cenſes, cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo, ſi ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium? Phi.
Tun' proſpicere aut iudicare noſtram in rem quod ſit potes?
Audiſtin' ex aliquo fortaſſe, qui uidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntē ad amicā? quid tum poſtea?
Si modeſte ac raro hoc fecit, nonne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quàm dare operā id ſcire qui nos oderit?
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe repente auellere,
Qua cū tot conſueſſet annos, nō eum hominē ducerem,
Nec uirum ſatis firmum gnatæ. Myr. mitte adoleſcentem obſecro,
Et quæ me peccaſſe ais. abi, ſolum ſolus conueni,
Roga uelit ne an non uxorem. ſi eſt ut dicat uelle ſe,
Redde: ſin eſt autem ut nolit, recte conſului meæ. Phi.
Siqdē ille ipſe nō uolt, et tu ſenſiſti eē in eo Myrrhina
Peccatum, aderā cuius conſilio ea par fuerat proſpici.
Quamobrem incēdor ira, te eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo.
Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerū uſquam uelis.
Sed ego ſtultior, meis dictis parere hanc qui poſtulem.
Ibo intrò, atq; edicam ſeruis, ne quoquā efferri ſinant. Myr.

Cui ma. Argumentum à ueriſimili, et à perſona idonea.

Oratorie autoritatem indicibus adimit.

Nā ſi. laudat hoc ipſum quo accuſatus eſt Pamphilus.

His uerbis cō mentitia argumenta contemnit.

Hic eo accuſat eam, quo ſe ipſa tutari credit.

Edicimus qđ iubemus, interdicim' qđ uetamus.

† Querela. vt, id eſt qua liter aut quo modo.

† A' minori. Nam tunc et rabie agitare tur.

Nullam pol credo mulierem me miſeriorem uiuere.
Nā ut hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rē ut ſiet reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt, cum hoc quod leuius ſit, tam animo iracundo tulit.
Nec qua uia ſententia eius mutari poſsit ſcio.
Hoc mihi unū ex plurimis miſerijs reliquū fuerat malū,
Si puerū ut tollā cogit, cuius nos qui ſit neſcimus pater.
Nam cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt,

Quita, antique dictum.

Neq; detractum ei tum quicquam eſt, qui pòſt poſsit noſcier qui ſiet.
Ipſe eripuit ui, in digito quē habuit, uirgini abiēs anulū.
Simul uereor Pāphilū, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena, Soſtrata filio ſe purgat de Philumenæ uxoris abſceſſu, ſimul'q; ſe rus abituram pollicetur, ne obſtet reliquis ſua moroſitate, ne'ue quo minus Philumena ad Pamphilum redeat, impedimento ſit. Pamphilus uero contra ne id faciat obnixe diſſuadere conatur.*

# ACTVS IIII. SCENA II.

Tetrametri.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

† Soſtrata excuſat, Myrrhina paulo poſt accuſabitur, donec palā ſiet, utrāq; uacare culpa

NOn clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulo.
Verū ita me dij amēt, itaq; obtingāt ex te quæ opto mihi,
Vt nunquam ſciens commerui, merito ut caperet odium illa mei.

Teq; anteq̃ me ualde amare rebar, ei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto me habueris
Præpoſitam amori tuo: nunc tibi me certum eſt contrà gratiam
Referre, et apud me præmiũ eſſe poſitũ pietatis ſüas.
Mi Pamphile, hoc uobis & meæ commodum famæ eſſe arbitror:
Ego rus abiturã hinc cũ tuo me eẽ certo decreui patre,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſa ulla reſtet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. Pamphi. quæſo quid iſthuc conſilij eſt?
Illius ſtultitia uicta, ex urbe tu rus habitatum migres?
Haud facies, neq; ſinam, ut qui nobis mater maledictũ uelit,
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te et cognatas deſerere, et feſtos dies
Mea cauſa nolo. Soſt. nihil iam mihi iſthæc res uoluptatis afferunt,
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum, ſatias me iam tenet
Studiorum iſtorum: hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortem'ue exoptet meam.
Hic uideo me eẽ inuiſam immerito, tẽpus eſt cõcedere.
Sic optime (ut ego opinor) oẽs cauſas præcidã omnib⁹,
Et me hac ſuſpicione exoluam, & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, uolgus quod male audit mulierum. Pam.

Firmaſti, id eſt, probationem attribuiſti.
A' iuſto & honeſto.
Verbis præmollit rẽ duram quam dictura eſt.
Indignanter hæc.
† Ab utili.
Diſſuaſio à perſona, à cauſa, à loco, à facto.
Omnia Pamphili argumẽta refellit.
Inuiſam, quia & ſocrus, & quia anus.
Mores notat detractorũ.

† Quod abſq; hoc eſſet, in Captiuis Plautus, & infra in Phormione.

Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſq; una hæc foret:
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. So. obſecro mi Pamphile,
Non tute rem incommodam, ut quæq; eſt, in animũ indũcas pati.

Dura patienter ferenda ſunt.

Si cætera ſunt ita ut tu uis, itaq; ut eſſe ego illã exiſtimo.
Mi gnate, da ueniã hanc mihi, reduc illam. Pam. uæ miſero mihi. So.

Polita locutio.

Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male habet, quàm te gnate mi.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena colloquium eſt, in quo reconciliatio uirĩ atq; uxoris poſt frequens iurgium continetur. Deinde diſputatio & conſilium Pamphili de non reducenda uxore.*

# ACTVS IIII. SCENA III.

Octonarij, & quidam quadrati.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

† Redeunt in gratiã ſenes poſt iurgiũ, mouetur Pãphilus ut uxorẽ reducat.

QVem cũ iſthoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi uxor:
Iſthuc eſt ſapere, qui ubicunq; opus ſit, animum poſſis flectere,

Laches audierat uerba Soſtratæ ad filiũ habita.

Quod faciundũ fortaſſe ſit pòſt, idẽ hoc nũc ſi feceris.
So. Fors fuat pol. La. abi rus ergo hinc, ibi ego te, et tu me feres.

Præclara ſententia.

So. Spero ecaſtor. La. I ergo intrò, & compone quæ ſimul tecum

Fors, bona fortuna eſt.

Ferantur, dixi. So. ita ut iubes faciam. Pam. pater. La.

Dixi, perorationis uerbũ.

Quid uis Pamphile? Pam. hinc abire matrem? minime.
La. quid ita iſthuc uis?

Pam. Quia de uxore incertus ſum etiã quid ſim factu-
rus. La. quid eſt? Stomachoſe proferendũ.

Quid uis facere, niſi reducere? Pam. equidem cupio, et
uix contineo:

Sed non minuam meum conſilium, ex uſu quod eſt, id
perſequar.

Credo ea gratia cõcordes magis, ſi nõ reducã fore. La. Ingenioſe dicit.

Neſcias, uerum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,

Quãdo hæc abierit, odioſa hæc eſt ætas adoleſcẽtulis.

E medio æquum eſt excedere, poſtremo iam nos fabu-
læ ſumus cum gemitu pronũtiãda.

Pamphile ſenex atq; anus, ſed uideo Phidippũ per tẽ-
pus egredi, Per tẽpus, id eſt, opportune.

Accedamus.

Coniungitur cum eo quod ſequitur.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequẽti ſcena ultimus error eſt, uicinus & uarius. Nam omnes tres hic aliqua in re errant. Laches reſciſcens natum puerum, Myrrhinam taciturnitatis incuſat, Phidippus itidem confirmat. Inde ambo uehementer Pamphilum ad uxoris reductionem inſtigant, quod conſtanter hic & pertinaciter renuit. Qui à ſenibus fermè cõuictus ob puerum natum, ne prorſus ſuccumbat, abſcedit. Hi uero ob meretriceum amorem eum id facere ſuſpicantes, Bacchidem ſtomachabundi conuenire decernunt.

## ACTVS IIII. SCENA IIII.

Senarij.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

Tibi quoq; ædepol ſum iratus Philumena * Transfertur culpa in alterã anum.

Grauiter quidem, nam hercle abs te factum 'ſt
turpiter.

Oſtēditur et matri & ſocrui eſſe iratum, quòd filia à marito diſceſſerit.

Pamphilus oſtēdit ſibi ſimulādū eſſe.

Traductio criminis.

Ego, grauis orationis initium.

Acc. pue. nā liberi patrem ſequuntur.

Gaudet & gratulatur.

Reprehenſio cum cōtēptu.

Placet pro diſplicet.

Aliter ſenes ac Pampilus ſentiunt.

* Vrgetur Pāphilus pueri mentione.

Etſi tibi cauſa eſt de hac re mater quæ te impulit,
Huic uero nulla eſt. La. opportune te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. Phi. quid eſt? Pam.
Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam? La.
Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam,
Ne reueratur, minus iam quo redeat domum. Ph. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua,
A' Myrrhina hæc ſunt mea uxore exorta omnia.
Mutatio fit, ea nos perturbat Laches. Pam.
Dum ne reducam, turbent porrò q̄ uelint. Phi.
Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſanè perpetuam uolo:
Sin eſt ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. Pam. ſenſit peperiſſe, occidi. La.
Puerum? quem puerum? Phi. natus eſt nobis nepos.
Nam abducta à uobis prægnans fuerat filia,
Neq; fuiſſe prægnantem unq̄ ante hanc ſciui diem. La.
Bene (ita me dij ament) nuntias, & gaudeo
Natum illum, & illam ſaluam. ſed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tamdiu? nequeo ſatis
Quàm hoc mihi uidetur factum praue, proloqui. Phi.
Non tibi illud factū minus placet, q̄ mihi Laches. Pā.
Etſi iamdudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non eſt, cū eam iam cōſequitur alienus puer. La.
Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio 'ſt Pam.
Perij. Lac. hunc uidere ſæpe optabamus diem,
Cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.
Euenit, habeo gratiam dijs. Pam. nullus ſum. La.

*Reduc uxorem, ac noli aduorſari mihi.* Pam.
*Pater, ſi illa ex me liberos uellet ſibi,*
*Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certo ſcio,*
*Non me clam haberet, quæ celaſſe intellego.*
*Nunc cum eius alienum eſſe à me animum ſentiam,*
*Nec conuenturum inter nos poſthac arbitror,*
*Quamobrem reducam?* La. *mater quod ſuaſit ſua,*
*Adoleſcens mulier fecit, mirandum ne id eſt?*
*Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem,*
*Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri?* Phi.
*Voſmet uidet iam Laches & tu Pamphile,*
*Remiſſan' opus ſit uobis, an reducta domum.*
*Vxor quid faciat, in manu non eſt mea:*
*Neutra in re uobis difficultas à me erit.*
*Sed quid faciemus puero?* La. *ridicule rogas,*
*Quicquid futurum 'ſt, huic reddas ſuum, ſcilicet*
*Vt alamus noſtrum.* Pam. *quem ipſe neglexerit pater*
*Ego alam?* La. *quid dixti? eho an nõ alemus Pamphile?*
*Prodemus quæſo potius? quæ hæc amentia eſt?*
*Enimuero prorſus iam tacere nequeo,*
*Nam cogis ea quæ nolo, ut præſente hoc loquar:*
*Ignarum cenſes tuarum lachrumarum eſſe me?*
*Aut quid ſit id, quod ſolicitare ad hunc modum?*
*Primum, ubi hanc dixti cauſam, te propter tuam*
*Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi,*
*Pollicita eſt ea, ſe conceſſuram ex ædibus:*
*Nunc, poſtq̄ ademptam quoq; hanc tibi cauſam uides,*
*Puer quia clàm natus eſt, nactus alteram es.*
*Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas.*

*Tandem aliã diſſidij cauſam commentus eſt.*
†*Cur nõ reducere uelit.*
*Mater à deriuatione cauſæ.*
†*Excuſat uxorem Pamphili, à translatione criminis.*
*Promittit facilitatẽ ſuã.*
*Prodemus, id eſt, exponemus.*
*Tua lach. id eſt, meretricis.*
†*Status deliberatiu⁹, ſuadetur enim Pãphilo ut reducat uxorẽ.*
**Extrema cõflictatio epitaſeos.*

*Ab anteactis*

Aliquando tamen huc animum ut adiungas tuum?
Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli?

*Agit, qui inſtãter petit: orat, qui demiſſe precatur.*

Egi, atq; oraui te, uxorem ut duceres,
Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſti meo.
Quæ tum obſecutus mihi, feciſti ut decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum,
Cui tu obſecutus, facis huic adeo iniuriam.

*Dictum in recidiuos.*

Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video eſſe. Pam. me'ne? La. teipſum, et facis iniuriam,
Cum fingis falſas cauſas ad diſcordiam,

*Teſtẽ uocat non impeditricem.*

Vt cum illa uiuas, teſtem hanc cum abs te amoueris.
Senſitq; adeo uxor, nam ei alia cauſa quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret? Phi. planè hic diuinat, nam
id eſt. Pam.

*Diuinat, id ẽ uerum dicit.*

Dabo iuſiurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi. La. ah,

*Relicta quæſtione, ad rẽ redit.*

Reduc uxorem, aut quamobrem nõ opus ſit cedo. Pam.
Non eſt nũc tempus. La. puerũ accipias, nam is quidem
In culpa non eſt, pòſt de matre uidero. Pam.

*Faceta irriſio Lachetis irati.*

Omnibus modis miſer ſum, nec quid agam ſcio:
Tot nunc me rebus miſerum concludit pater.

*Anxius Pamphilus abſceſſit, ne rẽ aperire cogatur.*

Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniuſſu non tollent meo,
Præſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix ſocrus. La.
Fugis hem? nec quicquam certi reſpondes mihi?

*Num tibi, tã quã præ amore inſaniat.*

Num tibi uidetur eſſe apud ſeſe? ſine
Puerum Phidippe, mihi cedo, ego alam. Phi. maximè,
Non mirum fecit uxor mea, ſi hoc ægre tulit.

*Hæc, pellica*

Amaræ mulieres ſunt, non facile hæc ferunt,

Propterea hæc ira 'ſt, nam ipſa narrauit mihi, — *tū ſcilicet & adulterium.*
Id ego præſente hoc nolebam dicere,
Neq; illi credebam primo, nunc uero palàm eſt.
Nam omnino abhorrere animū huic uideo nuptijs. La. — *Poëta feſtinat ad rerū cognitionem.*
Quid ergo agam Phidippe? quid das conſili? Phi.
Quid agas? meretricē hanc primum adeundā cenſeo.
Oremus, accuſemus grauius, deniq; minitemur ſi cū illo habuerit rem poſtea. La.
Faciam ut mones, eho puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam noſtram, huc euoca uerbis meis. — *Vicinā, honeſte dixit, ut ſeni congruit.*
Et te oro porrò, in hac re adiutor ſis mihi. Phi. ah,
Iamdudum dixi, idemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos uolo,
Si ullo modo eſt ut poſſit, quod ſpero fore. — *Poſſit, manere ſcilicet.*
Sed uis me adeſſe unà dum iſtam conuenis?
La. Imò uero abi, aliquam puero nutricem para.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena colloquium continetur Bacchidis meretricis & Lachetis patris Pamphili, qui ſe in cauſa coniecturali exercent. Nam ſenex eam accuſat de miſſione ad ſe, ac receptione Pamphili filij, illa contra conſtanter admodū inficiatur et negat.*

# ACTVS V. SCENA I.

*Octonarij, & unus dimeter catalecticus.*

BACCHIS, LACHES.

NOn hoc de nihilo 'ſt, quod Laches nunc me conuentam eſſe expetit: — ** Occaſio cataſtrophes.*
Nec pol me multū fallit, quin quod ſuſpicor ſit
Videndū eſt, ne minus propter iram (quod uelit. Lā. hanc impetrem q̃ poſſiem: — *Videndū, id eſt, pro-*

Aut ne q̄d faciã plus, quod pòſt me nõ feciſſe ſatius ſit.
Aggrediamur. Bacchis ſalue. Bac. ſalue Laches. La. credo ædepol te
Nonnihil mirari Bacchis, quid ſit quapropter te huc foras puerum euocari iuſſi.
Bac. Ego pol quoq; etiam timida ſum, cum uenit mihi in mentem quæ ſim,
Ne nomẽ quæſtus mihi obſtet, nã mores facile tutor. La.
Si uera dicis, nihil tibi pericli eſt à me mulier: nam
Iam ea ætate ſum, ut non ſit peccato mihi ignoſci æquũ:
Quo magis omnes res cautius ne temere faciã accuro.
Nam ſi id nunc facis, facturá ue es, bonas quod par eſt facere, inſcitum
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum eſt. Bac.
Eſt magna ecaſtor gratia de hac re quã tibi habeam.
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.
Sed quid iſthuc eſt? La. meum receptas filium ad te Pãphilum. Bac. ah. La.
Sine dicam: uxorem hãc priuſquam duxit, uoſtrũ amorem pertuli.
Mane, nondum etiam dixi id quod uolui: hic nunc uxorem habet.
Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt.
Nam neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadem iſthac ætate. Bac.
Quis id ait? La. ſocrus. Bac. me ne? La. teipſam, & filiam abduxit ſuam,

uidẽdum, cauendum.
Lene & molle prooemiũ.
Quoq; etiã, parelcon tertium.
Quæſtus, meretricij ſcilicet.
Ambiguitas.
†Peccatum pro peccãte.
Cautio Lachetis.
Inſciũ, id eſt inelegãs eſt.
Nota.
Propoſitio accuſationis.
†Status coniecturalis.
Parabat abitum Bacchis.
Permutatio rerum.
Superciliose pronuntiandum.

Puerũq; ob eã rẽ clàm uoluit, qui natus eſt, extinguere.
Bac. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud uos poſ=
ſiem fidem,
Sanctius q̃ iuſiurandum, id pollicerer tibi Laches,
Me ſegregatũ habuiſſe, uxorẽ ut duxit, à me Pãphilũ.
Lac. Lepida es. ſed ſcin' quid uolo potius ſodes facias?
Bac. quid uis? cedo.
La. Eas ad mulieres huc intro, atq; iſthoc iuſiurandum
idem
Polliceare illis: exple animũ his, te'q; hoc crimine ex-
Bac. Faciam, quod pol ſi eſſet alia ex hoc quæ= (pedi.
ſtu, haud faceret ſcio,
Vt de tali cauſa nuptæ mulieri ſe oſtenderet.
Sed eſſe falſa fama nolo gnatum ſuſpectum tuum,
Nec leuiorem uobis, quibus eſt minime æquum uiderier
Immerito. nam meritus de me eſt, quod queam illi ut cõ
modem. La.
Facilẽ, beneuolum'q; lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ, ego quoq; hoc etiam
credidi.
Nunc autem cum ego te eſſe præter noſtrã opinionem
comperi,
Fac eadem ut ſis: porrò noſtra utere amicitia ut uoles.
Aliter ſi facias. ſed reprimam me, ne ægre quicquã ex
me audias.
Verum te hoc moneo unum, qualis ſim amicus, aut quid
poſſiem,
Potius q̃ inimicus, periculum facias. Bac. faciam ſedulo.

† Coniecturã tollit iureiurando.
Cõmendatio à perſona.
Vt, id eſt, poſtquam.
Ab utili.
Ab honeſto.
Bona meretrix cõtra cõſuetudinẽ facit.
Meretrix Pãphilo gratat.
Suſpicionem ſuã fatetur.
Fac, hoc eſt perſeueres.
Apoſiopeſis irati.
Comminatio pollicitationẽ admiſta.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic Bacchis eadem Phidippo quoque earum rerum incredulo pollicetur, quæ priori ſcena Lacheti promiſerat, utpote ſe ituram ad mulieres, expleturam animum earum, & ſe à crimine obiecto purgaturam. Quod admodum graue uidetur, pellex ut amatoris uxorem de mutuo amore leniter alloquatur.*

ADDITIO.

*Ad illud uerbum Bacchidis intelligendum: Quod ſi perficio, &c.) multa Terentius feliciter auſus eſt, ſingulari ſua arte fretus, quæ reliquis comicis non licent. Nam & ſocrus bonas, & meretrices honeſti cupidas, præter uulgatam aliorum cõſuetudinem facit. Sed tanta uigilantia & cauſarum & rationum momenta ſubiungit, ut ei ſoli merito uideatur licere. Quod profecto contra illud eſt quod in Eunuchi prologo ait: commune eſſe omnibus comicis bonas matronas facere, meretrices uero malas.*

# ACTVS V. SCENA II.

*Septenarij, catalectici quidam, & unus dimeter catalecticus.*

*Poſt uaria nutricis poſcētis uerba, Phidippus ad generalē promiſſionem ſe cōfert, dicēs: Nihil apud &c.*

*† Officiū nutricis.*

*Noſter, blandientis eſt.*

*Meretrices irreligioſæ.*

*Firmius argumentum.*

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

Nihil apud me tibi defieri patiar, quin qđ opus
Benigne præbeatur. (ſit,
Sed cum tu ſatura atque ebria eris, puer ut ſatur ſit facito.
Lac. Noſter ſocer uideo uenit, puero nutricem adduxit.
Phidippe, Bacchis deierat perſancte. Ph. hæccine ea' ſtõ
La. hæc eſt.
Phi. Nec pol iſtæ metuūt deos, neq; has reſpicere deos opinor. Bac.
Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,
Licet hæc res hic agitur, Pamphilo me facere ut redeat uxor

Oportet, quod ſi perficio, non pœnitet me famæ, | Pœnitet, id eſt, parũ uidetur.
Solã feciſſe id quod aliæ meretrices facere fugitant.
La. Phidippe, noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſò | †Liptote eſt. ſuſpectas, nõ de adulterio, ſed de nurus diſceſſu.
Nobis in re ipſa inuenimus. porrò hãc nũc expiamur:
Nam ſi comperit crimini tua ſe falſo uxor crediſiſſe,
Miſſã irã faciet. ſin aũt eſt ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clàm, id leue eſt, cito ab eo hæc ira abſcedet.
Profectò in hac re nihil mali eſt, qđ ſit diſſidio dignũ. | Poſt diſcuſſionem hoc infert.
Phi. Velim quidem hercle. La. exquire, adeſt, quod ſatis ſit faciet. Bac. faciam.
Phi. Quid iſthæc mihi narras? an quia non tute ipſe audiſti dudum | Correptio.
De hac re animus meus ut ſit Laches? illis modo exple animum. | Exple animum, id eſt, perſuade.
La. Quæſo ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute ut ſerues. Bac.
Ob eam rem uis ut ego introëam? Lac. I, itaq; exple animum his, ut credant. Bac. | Vis, oſtendit difficultatẽ.
Eo, & ſi ſcio pol his fore meũ conſpectũ inuiſum hodie:
Nã nupta meretrici hoſtis eſt, à uiro ubi ſegregata eſt. | Dictũ uerũ.
La. At hæ amicæ erunt, ubi quamobrem aduẽneris, reſciſcent. Phi.
At eaſdẽ amicas fore tibi promitto, rẽ ubi cognouerint: | Aliæ perſuadendi rationes.
Nam illas errore, & te ſimul ſuſpicione exolues. Bac.
Perij. pudet Philumenæ. ſequimini me intrò huc ambæ. | Pudet ſcilicet conſciẽtia criminis.
Quid eſt quod mihi malim, quàm quod huic intellego euenire? (La.
Vt gratiã ineat ſine ſuo diſpẽdio, & mihi unà proſit. | Oſtendit cõmune bonum

utriq; euentu rum. Nam ſi eſt, ut hæc nūc Pāphilum uere ab ſe ſegregārit.
Rem, ex amicitia ſenis: gloriā, ex facto ſingulari. Scit ſibi nobilitatē ex eo, & rem natā, & gloriā eſſe,
Referetq; gratiā ei, unaq; nos ſibi opera amicos iūget.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena conuerſio eſt fabulæ: nam in ea Bacchidis interuentu errores deprehenduntur, nempe per anuli cognitionem Philumena à Pamphilo compreſſa reſciſcitur. Exindeq; natum ſibi puerum liquido cognoſcitur. Inſuper Bacchis ipſa lōgo ac perpolito ſermone beneficia ſua, & in Pamphilū & in uniuerſam eius familiā, citra meretriciū morem abunde collata cōmemorat.*

ADDITIO.

*Animaduerte Parmenonem ſeruum in hac tota fabula perpigrum & perquam curioſum induci, ita tamen, ut nihil quicquam ei ex ſententia procedat.*

# ACTVS V. SCENA III.

*Septenarij.*

PARMENO, BACCHIS.

Hoc à ſtomachāte dicitur ſeruo, tanquā ab hero deſolatus ſit. AEdepol næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij,
Qui ob rem nullam miſit fruſtra, ubi totum deſedi diem.
Myconium hoſpitē dum expecto in arce Callidemidē.
Moraliter in ep°ti addidit curioſus ſeruus. Itaq; ineptus hodie dum illic ſedeo, ut quiſq; uenerat,
Accedebā: adoleſcens, dicdum quæſo, es tu Myconius?
Non ſum. at Callidemides? nō. hoſpitē ecquē Pamphilū
Seruilis percontatio. Hic habes? oēs negabāt. neq; enim quenq̄ eſſe arbitror.
Deniq; hercle iam pudebat, abij. ſed quid Bacchidem
Διαλογισμός. Ab noſtro affine exeuntem uideo? quid huic eſt hic rei?
Bac. Parmeno, opportune te offers, propere curre ad
Noſtro, Pam Pamphilum. Par.

Quid eò? Bac. dic me orare ut ueniat. Par. ad te? Bac. imò ad Philumenam. Par.
Quid rei eſt? Bac. tua quod nihil refert, percontari deſinas.
Par. Nihil aliud dicã? Bac. etiam cognoſſe anulum illum Myrrhinam
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſus mihi olim dederat. Par. ſcio.
Tantum'ne eſt? Bac. tantum, aderit continuo, hæc ubi ex te audierit.
Sed ceſſas? Par. minime equidem, nam hodie mihi poteſtas haud data'ſt,
Ita curſando atq; ambulãdo totũ hũc cõtriui diẽ. Bac.
Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo
Hodie? quot cõmodas res attuli? quot aũt ademi curas?
Gnatũ ei reſtituo, qui penè harũ ipſius'q; opera periјt.
Vxorẽ, quã nunq̃ eſt ratus poſthac ſe habiturũ, reddo.
Qua re ſuſpectus ſuo patri & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nã memini, ab hinc mẽſes decẽ ferè ad me nocte prima
Confugere anhelantẽ domum, ſine comite, uini plenum,
Cũ hoc anulo. extimui ilico: mi Pãphile inquã amabo,
Quid examinat⁹ es obſecro? aut unde anulũ iſtũ nact⁹?
Dic mihi. ille alias res agere ſe ſimulare. poſtq̃ id uideo,
Neſcioquid ſuſpicarier, magis cœpi inſtare ut dicat.
Homo ſe fatet' ui in uia uirginẽ neſcio quã cõpreſſiſſe:
Dicit'q; ſe illi anulum, dum luctat' detraxiſſe.
Eũ hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habẽtẽ,
Rogat unde ſit, narro oĩa hæc. inde'ſt cognitio facta,
Philumenã eſſe cõpreſſam ab eo, et filiũ inde hũc natũ.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor,

philiſcilicet familiariter.
Parmenoni iterũ currendum eſt.
Prouerbiũ in curioſos percontatores.
Tantum, eclipſis.
Mini. equid. Quaſi dicat, currere nequeo.
† Gloriabunda Bacchis meretrix.
Hic reliquam argumenti partem Bacchis ſola ſecũ memorat.
Anulus fabulæ nodum ſoluit.
Blandimẽta muliebria.
Suſpicarier, id eſt, trepidare.
Inde, ab anulo & narratione.

concludit fabulæ narrationem. Etſi hoc meretrices aliæ nolūt. neq; enī eſt in rē noſtrā,
Vt quiſquam amator nuptijs lætetur. uerum ecaſtor,
Nunq̄ animū quæſti gratia ad malas adducam partes.
Honeſta meretrix. Ego dū illo licitum 'ſt uſa ſum benigno, et lepido, et co-
Incommode mihi nuptijs euenit factum, fateor. (mi.
At pol me feciſſe arbitror, ne merito mihi eueniret.
Sententia moralis. Multa ex quo fuerint commoda, eius incōmoda æquum eſt ferre.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ultima ſcena Pamphilus tanto ex rerum geſtarum renuntiatione perfunditur gaudio, ut præ nimio affectu à Parmenone tam opportuna nuntiante, neutiquam ad credendum perſuaderi potuerit, niſi eadem illa Bacchis quoq; eius amica quamblande confirmaret. Hæc deinde Pamphili uxorem mirifice laudat, ſimul'q; conſuetudinem illam frequentem, ultro citro'que habitam, omnibus uſq; celandam eſſe uterq; cenſet. Poſtremo per facetam & iucundam Parmenonis ſententiam, comœdiæ finis imponitur.*

ADDITIO EIVSDEM MALLEOLI.

*Equidem plus ho. &c.) Donatus & alij hoc dictum, meretricis abeuntis potius quàm Parmenonis eſſe cenſent, quod nobis minime quidem uidetur conuenire, cum alias ob cauſas, tum quòd paulo ſuperius Parmeno ex Pamphilo percontatur, liceat ne ſibi ſcire quidnam ſit, ſi quid boni fecerit. Ex quo liquido conſtat, ipſum hoc imprudentem feciſſe, præterea hic ſeruus per totam comœdiam, tāetſi curioſus, omniū tamē rerū gerendarū ignarus introducitur.*

## ACTVS V. SCENA IIII.

Tetrametri & trimetri.

Quod miſere cupit Pamphilus, tardi⁹ ob affectum credere poteſt.

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

Vide mi Parmeno etiam ſodes, ut mihi hæc certa & clara attuleris,
Ne me in breue hoc cōijcias tēpus, gaudio hoc falſo frui.

Par. Viſum eſt. Pam. certon'? Par. certe. Pã. deus ſum,
ſi hoc ita 'ſt. Par. uerum reperies. Pam.
Manedũ ſodes, timeo ne aliud credã, atq; aliud nũties.
Par. Maneo. Pã. ſic te dixiße opinor, inueniße Myrrhi
Bacchidem anulum ſuum habere. Par. factum. (nam
Pam. eum, quem olim ei dedi:
Eaq; hoc te mihi nuntiare iußit. ita'ne eſt factum? Par.
Pam. Quis me 'ſt fortunatior, uenuſtatisq; (ita inquã.
adeo plenior? ego' ne te
Pro nũtio hoc quid donẽ? qcquid neſcio. Par. at ego ſcio.
Pam. Quid? Par. nihil enim, nam neq; in nuntio, nec in
meipſo boni quid ſit ſcio. Pam.
Egon', qui ab Orco mortuũ me reducẽ in lucem feceris,
Sinã ſine munere abire? ah nimiũ me ingratũ putas.
Sed Bacchidem eccam uideo ſtare ante oſtium,
Me expectat credo, adibo. Bac. ſalue Pamphile. Pam.
O' Bacchis, ò mea Bacchis, ſeruatrix mea. Bac.
Benefactũ, & uolupe 'ſt. Pam. factis ut credam facis,
Antiquamq; adeo tuam uenuſtatem obtines,
Vt uoluptati obitus, ſermo, aduentus tuus, quocunq; ad
ueneris,
Semper ſiet. Bac. at tu ecaſtor morem antiquum atque
ingenium obtines,
Vt unus hoĩm homo te uiuat nunq̃ quisq̃ blandior. Pam.
Ah, ah, he, tun' mihi iſthuc? Bac. recte amaſti Pamphi
le uxorem tuam,
Nã nunq̃ ante hũc diẽ meis oculis eã, q̃ noßẽ, uideram,
Perliberalis uiſa 'ſt. Pam. dic uerũ. Bac. ita me dij amẽt
Pamphile. Pam.

† Hyperbole. Sic fit in rebus ſubitis.
Amphibologicos ex affectu.
Ita inquam, quaſi faſtiditus & obtuſus.
† Exclamatio.
Quid? deliberantis eſt.
† Amplificatio beneficij.
Reducẽ, id ẽ, incolumem.
Blanda & amatoria exclamatio.
† ἐγκωμιαστικὸν orationis genus.
Laus Bacchidis.
Interiectio ridentis.
† Laus uxoris Pamphili.
Aemula formam laudat.

Harũ rerũ, de conſuetudine ſcilicet noſtra.
Vt in comœ. Quaſi hic comœdia non ſit, ſed ueritas.
Quum tamẽ peierarem.
Splendida locutio.
Sciẽtiam rei geſtæ magis ingrũ quàm mercedem.
†Exaggeratio eſt beneficij.
Hoc auget beneficij meritum.
†Epiphonema.
Iactantia ſeruilis.
†Antitheton.
Lepidum dictum.

Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iam patri? Bac. nihil. Pam. neq; opus eſt
Adeo mutito, placet non fieri hoc itidẽ ut in comœdijs,
Omnia omnes ubi reſciſcũt: hi, quos par fuerat, reſciſcere,
Sciunt: quos non autem ſcire æquum 'ſt, neq; reſciſcent, neq; ſcient. Bac.
Imò etiam hoc qui occultari poſſe facilius credas, dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurando meo
Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatũ. Pam. optume 'ſt,
Spero'q; hanc rem euenturam nobis ex ſententia. Par.
Here, licet ne me ſcire ex te, hodie quid ſit quod feci bo(ni?
Aut quid iſthuc eſt, quod uos agitis? Pam. nõ licet.
Par. tamen ſuſpicor.
Egon' hunc ab Orco mortuum? quo pacto? Pam. neſcis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærũna me extraxeris. Par.
Imò uero ſcio, neq; hoc imprudens feci. Pam. ego iſthuc ſatis ſcio. Par.
An temere quicquam Parmenonem prætereat, quod facto uſus ſit? Pam.
Sequere me intrò Parmeno. Pam. ſequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem unquam.

CALLIOPIVS.

Plaudite.

HECYRAE FINIS.

# ARGVMENTVM PHORMIONIS PER PHILIPpum Melanchthonem.

## PROTASIS.

CVm Antipho abſente patre in puellam quandam unice deperiret, nec poſſet ea potiri, niſi uxorem duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confectæ ſunt technis ſycophantæ cuiuſdam Phormionis. Is enim ex compoſito diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei cognatam eſſe, neq; quenquam alium propiorem cui nubat. Facile eſt uincere non repugnantem, ita legibus ducere cogitur Antipho.

## EPITASIS.

Non probatur auaro patri, ubi rediit, factum: ut qui malebat filio opulentam aliquam & dotatam obtrudere. Quare cum Phormione expoſtulat, cur in has nuptias ſe abſente filium coniecerit. Tādem paciſcuntur etiam mercedē, minas triginta, ſi receperit ad ſeſe puellam. Ibi uero & Antipho in diſcrimen uenit, ne per eam conditionem, ipſe unice charā & iucundam coniugem amitteret.

## CATASTROPHE.

Interea domū redit et patruus Antiphonis, hic fidem facit puellam Antiphoni nuptam, ex ſe in Lemno ſuſceptam eſſe, ubi cum muliercula quadam conſueuerit, gaudetq; ita caſu cecidiſſe, ſe abſente ut is duceret, quem maxime ipſe generum cuperet, & pauloante ambibat. Ita fit, ut & Antipho retineat uxorem, & nuptiæ patri probentur.

## SECVNDA CATASTROPHES PARS.

Porrò triginta minæ quos ludos redderent? Has extorſerat Phormio, q̄q̄ diſſimularet dandas alteri adoleſcenti Phædriæ, qui citharistriam mercaretur, & iam perierat pecunia quam cum repoſcunt ſenes, ſycophanta prodit Chremetem apud uxorem, et docet conſueſſe cum alia quadam peregre, ſimul'q; impetrat, ut Phædriæ id argentum cōdonetur. Eſtq; ridicula admodū cataſtrophes pars, ubi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei ſuæ.

# PHORMIONIS PERSONAE.

PHORMIO *paraſitus.* CHREMES *ſenex.*
DEMIPHO *ſenex.* PHAEDRIA *adoleſcēs.*
ANTIPHO *adoleſcēs.* DAVVS *ſeruus*
GETA *ſeruus.* SOPRONA *nutrix.*
DORIO *leno.* NAVISTRATA *matrona.*
HEGIO, CRATINVS, CRITO *aduocati.*

# P. TERENTII PHORMIO.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTHVmio Albino, L. Cornelio Merula ædilib. curulib. Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Præneſtinus. Modos fecit Flaccus Claudij tibijs imparibus. Tota Græca Apollodoru. Epidicazomenos facta quarto, Cn. Fannio, M. Valerio COSS.

C. Sulpitij Apollinaris periocha.
Senarij.

*Chremes qui et Stilpho dicebatur apud Lemnum.*

CHremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clàm habebat Lemni uxorem et filiā,
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fidicinam. mater è Lemno aduenit
Athenas, moritur, uirgo ſola, aberat Chremes,
Funus procurat. ibi eam uiſam Antipho
Cum amaret, opera paraſiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reuerſi fremere, dein minas

Triginta dant paraſito,ut illam coniugem
Haberet ipſe.argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnatam.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic prologus concitatus eſt, utpote qui in Lucium Lauinium poëtæ æmulum inuehitur: à quo grauiter laceſſitus, paria referre molitur. Eſtq; hic initium ſpectatorem prouocans in odium perſonæ aduerſarij, coniunctum cum inſinuatione ad beneuolentiam perſonæ Terentianæ conciliandam.

PROLOGVS.

Senarij.

POſtquam poëta uetus poëtam non poteſt — *Recriminatio.
Retrahere à ſtudio, et tradere hominẽ in otium,
Maledictis deterrere ne ſcribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas, — Accuſatio à ſtylo leui.
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui,
Quia nuſquam ſcripſit inſanum adoleſcentulum — Accuſatorẽ accuſatus accuſat.
Ceruam uidere, fugere, & ſectari canes,
Et eam plorare, orare ut ſubueniat ſibi.
Quod ſi intelligeret, cum ſtetit olim noua, — †ἀνθυποφορά.
Actoris opera magis ſtetiſſe quàm ſua,
Minus multo audacter quàm nunc lædit, læderet:
Et magis placerent quas feciſſet fabulas.
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet: — *Occupatio excuſat neceſſitatem.
Vetus ſi poëta non laceſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret,
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus — Palma, præmium certaminis.
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere,

Hic reſpondere uoluit, non laceßere.
Benedictis ſi certaßet, audißet bene.
Quod ab ipſo allatum 'ſt, ſibi eße id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid uelim animum attendite: apporto nouam
Epidicazomenon, quam uocant comediam
Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maxime.
Voluntas ueſtra ſi ad poëtam acceßerit,
Date operam, adeſte æquo animo per ſilentium,
Ne ſimili utamur fortuna atq; uſi ſumus.
Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt.
Quem actoris uirtus nobis reſtituit locum,
Bonitas'q; ueſtra adiutans atq; æquanimitas.

Audiſ. bene, i. est, laudatus eſſet. * ἐπιδικαζόμενος, agẽs de poſſeſſione rei, ſeu uĩdiciarũ, ἐπιδικασία lis uindiciarũ. * φόρμιον tegiculũ, quo pauimentũ inſternitur. Inde Phormio ſeruile nomẽ. Per hoc apparet Hecyrã ante Phormionẽ actã.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Daui perſona extrinſeca introducitur, cui Geta Demiphonis ſeruus argumentum narrat, eo tamen animo Getam conuenisſe uidetur, ut mutuum repetat quod dandum erat Antiphonis uxori, abſente patre ſuo Chremete ſuperinductæ. Hæc perſona inſtruendi ſpectatoris cauſa ita mire inducitur, ut lepores, facetias, & ſales comicos ab artificioſo poëta ſub argumenti narrationem exquiſiſſe uideatur.

ADDITIO.

Attende quòd garrulos & ſentẽtioſos ſeruos amat comœdia, tragœdia contrà, triſtes & parce loquentes.

# ACTVS I. SCENA I.

*Senarij.*

DAVVS.

AMicus ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me uenit. erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem, confeci, affero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem, ei credo munus hoc corraditur.
Quàm inique comparatum 'ſt, hi qui minus habent,
Vt ſemper aliquid addant ditioribus?
Quod ille unciatim uix dimenſo ſuo,
Suum defraudans genium comparſit miſer,
Id illa uniuerſum abripiet, haud exiſtimans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:
Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt. omne hoc mater auferet,
Puer cauſa erit mittundi. ſed uideon' Getam?

Dauus hic pꝛotatica perſona eſt, nihil ad argumentum comœdiæ ſpectans. †Opportuna μείωσις in re ſeruili. †Ephexegeſis. Scitum dictum. †Epiphonema. Incōmoda ab uxore. Feritur munere, non qui recipit, ſed q dat præſertim inuitus.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſcena deuenitur ad argumenti narrationem, nacta Daui oportunitate illud à Geta ipſo auditurí. Rite ergo poëta deſideratum ipſi Getæ Dauum proponit, quem ea fidutia alloquitur ut ſibi argentum ab eo reddi(ita ut fit) ſperet.

# ACTVS I. SCENA II.

Trimetri iambici.

GETA, DAVVS.

SI quis me quæret rufus. Da. præſto 'ſt. deſine. Ge.
At ego obuiam conabar tibi Daue. Da. acci- (oh,
pe, hem
Lectum 'ſt, conueniet numerus quantum debui. Ge.
Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam. Da.

✱ Dauum protatica perſona, cui Geta exponit occaſionem fabulæ.

Præſertim ut nunc ſunt mores,adeo res redit,
Si quis quid reddit,magna habenda'ſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? Ge. ego'ne?neſcis quo in metu, &
Quanto in periculo ſim?Da. quid iſthuc eſt?Ge.ſcies,
Modo ut tacere poßis.Da.abi ſis inſciens.
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere uerba ei credere?ubi quid mihi lucri eſt
Te fallere?Ge.ergo auſculta.Da.hanc operam tibi di–
Senis noſtri Daue fratrem maiorē Chremem (co.Ge.
Noſtin'?Da.quid ni? Ge.quid?eius gnatū Phædriā?Da.
Tanquam te.Ge.euenit ſenibus ambobus ſimul
Iter,illi in Lemnum ut eßet,noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquom,is ſenem per epiſtolas
Pellexit,modo non monteis auri pollicens.Da.
Cui tanta erat res,& ſupererat?Ge.deſinas,
Sic eſt ingenium.Da.o h regem me eße oportuit.Ge.
Abeuntes ambo hinc tum ſenes,me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum . Da. ô Geta,prouinciam
Cepiſti duram.Ge.mihi uſu uenit hoc ſcio.
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduorſari primò.quid uerbis opu'ſt?
Seni fidelis dum ſum,ſcapulas perdidi.Da.
Venere in mentem iſthæc mihi.nam quæ inſcitia'ſt
Aduorſum ſtimuium calces?Ge.cœpi his omnia
Facere,obſequi quæ uellent.Da.ſciſti uti foro.Ge.
Noſter mali nihil quicquam primo.hic Phædria
Continuo quandam nactus eſt puellullam
Cithariſtriam,hanc amare cœpit perdite.
Ea ſeruiebat lenoni impurißimo.

† Corripit mores ſui ſeculi poëta.
Gemina perturbatio à cupiis.
Argumētum à maiore.
Miræ narrationis cōpendium per interrogationē
Modo nō, id eſt, nō modo.
† Neceſſaria eſt ad fabulæ περίστασιν auaritia Demiphonis, ut maiore periculo illo abſente, filius uxorem indotatā ducat.
Prouinciam, id eſt, onus, curam, negotium.
Ornata locutio.
† αὔξησις in uerbo perdidi.

Neq; quod daretur, quicquam: id curarent patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere.
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc diſcebat ludo, ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam, hic ſolebamus ferè
Plerunq; eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus illic, interuenit
Adoleſcens quidam lachrumans. nos mirarier,
Rogamus quid ſit. nũquam æque (inquit) ac modo
Paupertas mihi onus uiſum 'ſt & miſerum & graue.
Modo quandam uidi uirginem huic uiciniæ
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea ſita erat ex aduorſo: neq; illi beneuolens,
Neq; notus, neq; cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus. miſertum 'ſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid uerbis opu' ſt?
Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus uiſere? alius, cenſeo,
Eamus, duc nos ſodes. imus, uenimus,
Videmus, uirgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus paßus, nudus pes, ipſa horrida,
Lachrumæ, ueſtitus turpis: ut ni uis boni
In ipſa ineßet forma, hæc formam extinguerent.
Ille qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis inquit ſcita 'ſt, noſter uero. Da. iam ſcio,
Amare cœpit. Ge. ſcin' quam? quò euadat uide.
Poſtridie ad anum recta pergit, obſecrat

† σύλληψις.
Ocul. paſce. id eſt, oblectare.

Opperiri, id eſt, expectare.
† μίμησις.
Sententia uera.

Miſerum, ob affectum ſcilicet.
Auxeſis. nam res minuuntur, ſententia augetur.
Laus à forma.
Occaſio qua Antipho amare cœpit.
Mira genuinæ formæ deſcriptio.
† πλεονὴ eſt.
Scita, id eſt, bella, modeſta.

*Laus à loco, à perſona, à maioribus.*

Vt ſibi eius faciat copiam: illa enim ſe negat,
Neq; eum æquum ait facere, illam ciuem eſſe Atticam,
Bonam, bonis prognatam. ſi uxorem uelit,
Lege id licere facere: ſin aliter, negat.

*Neſcire, id ẽ neſciebat.*

Noſter quid ageret neſcire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem. Da.
Non ſi rediſſet pater ei ueniam daret? Ge.
Ille ne indotatam uirginem atq; ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. Da. quid fit deniq;? Ge.

*Alia cauſa litis futuræ.*
*† Conſilium.*
*Attica lex.*
*Phormionis fictũ cõſiliũ.*
*† Δίκη Græcis accuſationum actionẽ ſignificat. Cicero in IIII. Ver. Scribit Heraclito dica.*

Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui illum dij omnes perdiunt. Da.
Quid is fecit? Ge. hoc conſilium quod dicam dedit:
Lex eſt, ut orbæ qui ſint genere proximi
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, et tibi ſcribam dicam,
Paternum amicum me aſſimulabo uirginis,
Ad iudices ueniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi ſit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum atq; commodum.
Cum tu horum nihil refelles, uincam ſcilicet.
Pater aderit, mihi paratæ lites, quid mea?

*Lepidiſſimũ cõpendium.*
** Gradus.*
*† Aſyntheton.*
*Sententia moralis.*
*Conſolatio laudatoria.*
*Oratio pre-*

Illa quidem noſtra erit. Da iocularem audaciam. Ge.
Perſuaſit homini, factum 'ſt, uentum 'ſt, uincimur,
Duxit. Da. quid narras? Ge. quod hoc audis. Da. ô Geta,
Quid te futurum 'ſt? Ge. neſcio hercle, unum hoc ſcio,
Quod ſors feret, feremus æquo animo. Da. placet.
Hem, iſthinc uiri eſt officium. Ge. in me omnis ſpes eſt mihi. Da.
Laudo, Ge, ad precatorem abeam credo, qui mihi

Sic oret, nūc omitte quæſo hunc, cæterum
Poſthac ſi quicquam, nihil precor, tantummodo
Non addit, ubi ego hinc abiero, uel occidito. Da.
Quid ille pædagogus qui citharistriam,
Quid rei gerit? Ge. ſic tenuiter. Da. non multum habet
Quod det fortaße. Ge. imò nihil, niſi ſpem meram. Da.
Pater eius redit an non? Ge. nondum. Da. quid? ſenem
Quoad expectatis ueſtrum? Ge. non certum ſcio,
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo,
Et ad portitores eße delatam, hanc petam. Da.
Nunquid Geta aliud me uis? Ge. ut bene ſit tibi.
Puer heus, nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

catoris ad dominum mittēdi.

Vrbaniter de Phædria inquirit.

Præparatio inopinati aduentus ſenis.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic comparatio uitæ Antiphonis atque Phædriæ continetur, inter ſe contendentium, uter eorum ſit magis miſer. Simulq; illorum oſtenditur conditio, qui id quod immodice concupiuerunt, ubi adepti fuerint, faſtidiunt extemplo.

Scena ex uſu communi nata.

# ACTVS I. SCENA III.

Octonarij, & unus dimeter.

ANTIPHO, PHAEDRIA.

Adeon' rem rediße, ut qui mihi conſultum optime uelit eſſe
Phædria, patrem ut extimeſcam, ubi in mentem eius aduenti uenit?
Quod ni fuißem incogitans, ita eum expectarē, ut par fuit. Phæ.
Quid iſthuc eſt? An. rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?

* Querela adoleſcentis, cōtinēs protaſin, & peccati expoſitionem.

Antipho timidus, Phædria audax.

*Formidantis querela.* Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem inä
diſſet,
Neu me cupidum eò compuliſſet, quod mihi princi-
pium 'ſt mali.
*† Subiectio.* Non potitus eſſē, fuiſſet tū illud mihi ægre aliquot dies,
*Amoris cruciatus.* At nō quotidiana cura hæc angeret animū. Phi. audio.
*Elegans locutio.* An. Dum expecto quàm mox ueniat, qui adimat hanc
mihi conſuetudinem.
*† Collatio.* Phæ. Alijs quia deſit quod amant, ægre 'ſt: tibi quia ſu-
pereſt, dolet.
Amore abundas Antipho.
*Sententia amatoria.* Nam tua quidem hercle certò uita hæc expetenda optā
daq́; eſt.
*Vide amantis ueſaniam.* Ita me dij bene ament, ut mihi liceat tandiu quod amo
frui.
Iam depaciſci mortem cupio, tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, et quid tu ex iſta
hac copia.
*† Amplificatio.* Vt ne addam, quod ſine ſumptu ingenuam, liberalem
nactus es:
*† παράλυσις À fama.* Quod habes, ita ut uoluiſti, uxorē ſine mala fama: palā
Beatus, ni unū hoc deſit, animus q modeſte iſthæc ferat.
Quod ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tū
ſentias.
*Adagium.* Ita pleriq; ingenio ſumus oēs, noſtri noſmet pœnitet.
*† Epiphonema.* An. At tu mihi cōtrà nūc uidere fortunatus Phædria,
Cui de integro eſt poteſtas etiā conſulendi quid uelis,
*Felicē dicit, eo quod non amet nuptā.* Retinere, amare, amittere. ego in eū incidi infelix locū,
Vt neq; mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.

Sed quid hoc eſt? uidcon' ego Getam currentem aduenire huc?

Is eſt ipſus. hei timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nunciet.

semper enim metuit nimiũ præſaga mali mens.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena, Getæ ſerui occurrentis officium eſt, qui cum eſſet ex ſenis aduentu perturbatus, eo nũtio Antiphonẽ adeo reddit trepidantem & meticuloſum, ut ante conſpectum patris quamuis à Geta confidenter inſtructus, comparere minime ſit auſus, imò propere abſcedit, non rediturus ad rerum cognitionẽ uſq; ad fabulæ conuerſionem. Remanent igitur allocuturi ſenem Geta & Phædria, qui ſeſe mutuo in illum inſtruunt, exhortanturq́;

# ACTVS I. SCENA IIII.

Tetrametri, partim trimetri, & dimetri tres.

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

NVllus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris,

Ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala,

Quæ neq; uti deuitem ſcio, neq; quomodo me inde extraham.

Nam non poteſt celari noſtra diutius iam audacia.

Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt. An.

Quidnam ille commotus uenit? Ge. tum temporis punctum mihi

Ad hanc rem eſt, herus adeſt. An. quid iſthuc mali' ſt?

Ge. Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?

* Protaſis et conſultatio quomodo placent ſenem.

Noſtra, cui9 ſcilicet autor fui.

Punctum, id eſt, momẽtũ.

† ἐν γμῆ τοῦ χρόνου, παροιμιακῶς.

Quod, Antiphonem ſcilicet duxiſſe uxorem.

*†Subiectionibus crebris utitur.*

Loquar'ne? incendam? taceam? instigem? purgem me? la-
terem lauem.

*Adagium. †πλύνθον πλύνειν.*

Eheu me miſerum, cum mihi pauco, tum Antipho me
excruciat animi.

Eius me miſeret, ei nunc timeo, is nunc me retinet. nam
abſq; eo eſſet,

*Exclamatio ſtupentis.*

Recte ego mihi uidiſſem, et ſenis eſſem ultus iracundiã,

*Conuaſaſſem, id eſt, cõportaſſem aut collegiſſem furtim.*

Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me conijcerem protinus
in pedes. An.

Quam hic fugam aut furtum parat?

*verba delibe rantis.*

Ge. Sed ubi Antiphonem reperiã? aut qua quærere inſi
ſtam uia? Ph.

Te nominat. An. neſcio quod magnum hoc nuntio ex-
pecto malum. Phæ.

Ah, ſanus'ne es? Ge. domũ ire pergã, ibi plurimum' ſt.
Phæ. reuocemus

Hominem. An. ſta ilico. Ge. hem,

Satis pro imperio, quiſquis es. An. Geta. Ge. ipſe eſt quẽ
uolui obuiam. An.

*Affectum timentis exprimit.*

Cedo q̃d portas obſecro, atq; id (ſi potes) uerbo expedi.

Ge. Faciam. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An.
meum'ne? Ge.

Intellextin'? An. occidi. Ge. hem. An.

*†Querela pathetica.*

Quid agam? Phæ. quid ais? Ge. huius patrem uidiſſe me,
patruum tuum.

*Nã quod, id eſt, quodnã?*

An. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remediũ in-
ueniam miſer?

*Apoſtrophe amatoria.*

Quod ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phaniũ abs te ut di-
ſtrahar,

Nulla 'ſt mihi uita expetenda. Ge, ergo iſthæc cum ita ſint Antipho, † Conſilium.
Tanto magis te aduigilare æquom 'ſt. FORTEIS fortuna adiuuat. An. Sentētia vergilij: Audaces fortuna iuuat.
Non ſum apud me. Ge. atqui opus eſt nunc cum maxime ut ſis Antipho. † A' neceſſitate.
Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur
Commeruiſſe culpam. Phæ. hoc uerum 'ſt. An. non poſſum immutarier. Culpæ ſuſpicio ex timore.
Ge. Quid faceres, ſi aliquid grauius tibi nunc faciūdum foret? An.
Cum hoc non poſſum, illud minus poſſem. Ge. hoc nihil eſt Phædria, ilicet, Dialectica illatio à minore.
Quid conterimus operam fruſtrà? quin abeam? Phæ. et quidem ego. An. obſecro,
Quid ſi aſſimulabo? ſatin' 'ſt? Ge. garris. An. uoltum cō templamini, hem, Expreſſio ſimulantis audaciam.
Satin' ſic eſt? Ge. nō. An. quid ſi ſic? Ge. propemodum. An. quid ſi ſic eſt? Ge. ſat eſt.
Hē iſthuc ſerua, et uerbū uerbo, par pari ut reſpōdeas, Hæc in geſtu conſiſtunt.
Ne te iratus ſuis dictis protelet. An. ſcio. Ge.
Vi coactum te eſſe, inuitum, lege, iudicio, tenes? Breuiter totam defenſionem præſcribit.
Sed quis hic eſt ſenex, quē uideo in ultima platea? Ant. ipſus eſt,
Non poſſum adeſſe. Ge. ah. quid ais? quò abis Antipho? mane, Conſcientiæ ſtimulus.
Mane inquā. An. egomet me noui & peccatū meum. Amatorie
Vobis commendo Phanium & uitam meam. Phæ. prius Phan. ū qſe cōmēdat.
Geta, quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies,

†obſerua quòd amator pri⁹ amicam ponit quàm uitam.
Ad omnia ſe paratum indicat.
†Aſyntheton.
Quia nunc præliũ erit, tunc præluſio fuit.

Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.
Sed quo modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id noſmetipſos facere oportet Phædria. Phæ.
Auſer, mihi oportet, quin tu quod faciam impera. Ge.
Meminiſtin' olim uti fuerit ueſtra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam,
Iuſtam illam cauſam, facilem, uincibilem, optumã. Phæ.
Memini. Ge. hem nunc ipſa 'ſt opus, aut ſi quid poteſt,
Meliore & callidiore. Phæ. fiet ſedulo. Ge.
Nunc prior adito tu, ego in inſidijs hic ero
Succenturiatus, ſi quid deficiet. Phæ. age.

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic accuſatio eſt & contradictio per remotiuam qualitatem in controuerſia, ubi uitæ exemplum oſtenditur, quo facile perſpicitur, nullam eſſe tam iuſtam & grauẽ patris iracundiam, quæ non cum defenſoris fidutia, & interuallo temporis euaneſcat. In primis itaq; Demipho ſtomachatur de filij nuptijs, hæſitans quidnam rerum agat. Tum factum Antiphonis Phædria apud patrem faceti ſſime defendit. Huic Geta quoq; aſtipulatur, & idem expiando factum ſeni inſultat, irridetq;. Poſtremo Phormionem Demipho, ut iniuriam ſecum expoſtulet, conuenire decernit.*

# ACTVS II. SCENA I.

*Octonarij, ſenarij, unus catalecticus, & unus hypermeter.*

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

* Turbæ gliſcunt. Pater enim adueniens queritʼ de filij peccato.

ITa'ne tãdem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo?
Nec meum imperium, age mitto imperium, non ſimultatem meam.
Revereri? ſaltem non pudere? ô facinus audax, ô Geta

Monitor. Ge. uix tandem. De. quid mihi dicent? aut quã cauſam reperient?
Demiror. Ge. atqui reperi iam, aliud cura. De. an ne hoc dicent mihi,
Inuitus feci, lex coëgit? audio & fateor. Ge. places. De.
Verũ ſcientem, tacitũ cauſam tradere aduerſarijs,
Etiam ne id lex coëgit? Phæ. illud durum. Ge. ego expediam, ſine. De.
Incertum' ſt quid agam, quia præter ſpem atq; incredibile hoc mihi obtigit.
Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.
Quamobrem OMNES CVM SECVNDAE res ſunt, maxime
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam ærũnam ferant:
PERICLA, DAMNA, EXILIA peregre rediens ſemper cogitet.
Aut filij peccatum, aut uxoris mortẽ, aut morbũ filiæ.
Cõmunia eſſe hæc, fieri poſſe, ut ne quid animo ſit nouũ.
Quicqd præter ſpẽ eueniat, oẽ id deputare eẽ in lucro.
Ge. O Phedria, incredibile' ſt quanto herum anteeo ſapientia:
Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,
Vſq; molendum eſſe piſtrino, uapulandum, habendæ cõpedes,
Opus ruri faciundum: horum nihil quicquam accidet animo nouum,

*Vinci poteſt qui partẽ defenſionis admittit.*
† προληψις.
† ἀνθυποφορά.
*Præparatio futuræ defenſionis.*
* Amplificat querelã gnomæ.
*Syncerum inſtitutum.*
† *Aſyntheton.*
Cõmunia, id eſt, ex rerum uſu.
*Iam fermè fractaſenis ira.*
* Facetum.
*Seruorum ſupplicia.*

Irriſoria huius dicti reſumptio. Quicquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo in lucro.
Sed quid ceßas hominem adire, & blande in principio alloqui? De.
Minia uerba ſenis Phædria. Phædriam mei fratris uideo filiũ mihi ire obuiã. Phæ.
Denuo ſalutat, ut interim miteſcat. Mi patrue ſalue. De. ſalue. ſed ubi eſt Antipho? Phæ.
Saluum te uenire. De. credo, hoc reſponde mihi. Phæ.
Valet, hic eſt ſed ſatin' omnia ex ſententia? De.
Exclamatio ironica. Vellẽ quidẽ. Phæ. quid iſthuc? De. rogitas Phædria?
Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. Phæ.
Ego'ne illi? emphatice. Eho, an id ſuccenſes nunc illi? Ge. ô artificẽ probũ. De.
† ἀντίθεσιν. Ego'ne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari
† Defenſionis propoſitio. Mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum. Phæ.
Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas. De.
Summa contradictionis. Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt,
Vergilius: Vnum cognoris, omnes noris. Phæ. haud ita 'ſt. De.
Et crimine ab uno Diſce omnes. Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt:
Cũ ille abeſt, hic præſto eſt, tradũt operas mutuas. Ge.
Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex. De.
Stares, id ẽ, faueres. Nã ni hæc ita eßent, cũ illo haud ſtares Phædria. Phæ.
† Inſinuatiõe utitur. Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans,
Rhetoricum theorema. Non cauſam dico, quin quod meritus eſt, ferat.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua,
† Translatione purgat. Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac uicit, noſtran' ea culpa eſt, an iudicum?
In accuſatorem & iudices. Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi. Ge.

Ni noßem cauſam, crederem hunc uera loqui. De. | * Δίκαια pro iure.
An quiſquam iudex eſt, qui poßit noſcere
Tua iuſta, ubi tute uerbum non reſpondeas,
Ita ut ille fecit? Phæ. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis. poſtquam ad iudices | Translatio cauſæ.
Ventum 'ſt, non potuit cogitata proloqui,
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. Ge.
Laudo hunc. ſed ceßo adire quamprimum ſenem? | Geta Phædriã laudat.
Here ſalue, ſaluum te aduenißе gaudeo. De. oh
Bone cuſtos ſalue, columen uero familiæ | † Ironia, & παροιμία.
Cui commendaui filium hinc abiens meum. Ge.
Iamdudum te omnes nos accuſare audio | Duplex accuſatio.
Immerito, & me omnium horum immeritißimo:
Nam quid me in hac re facere uoluiſti tibi? | Exceptio ſui in cauſa agẽda.
Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt,
Neq; teſtimonij dictio eſt. De. mitto omnia, adde
Iſthuc, imprudens timuit adoleſcens, ſino, | Occupatio.
Tu ſeruus. uerum ſi cognata eſt maxime, | Singula ua proferẽda, ′ã quam plura ſint.
Non fuit neceße habere: ſed id quod lex iubet,
Dotem daretis, quæreret alium uirum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum? Ge. | † A' non neceſſario.
Non ratio, uerum argentum deerat. De. ſumeret
Alicunde. Ge. alicunde? nihil eſt dictu facilius. De. | Expedita reſponſio.
Poſtremo, ſi nullo alio pacto, uel fœnore: Ge. | Eclipſis.
Hui dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet | † Ironia.
Te uiuo. De. non? non ſic futurum 'ſt, non poteſt.
Ego' ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil ſuaue meritum 'ſt, hominem commonſtrarier
Mihi iſtum uolo, aut ubi habitet demonſtrarier. Ge. | Iſtum per

contemptũ. Nempe Phormionem. De. iſtum patronũ mulieris. Ge.
Iã ſaxo hic aderit. De. Antipho ubi nũc eſt? Phæ. foris.
Simplex eſt ſenex, q Phædriã mittit. De. Abi Phædria, eũ require, atq; adduce huc. Phæ. eo
Rectã uia equidẽ illuc. Ge. nẽpe ad Pãphilã? De.
At ego deos penateis hinc ſalutatum domum
Deuortar. inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi
Amicos, id ẽ aduocatos et teſtes. Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim, cum adueniat Phormio.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena, de paraſitis uilioribus poëta uitæ exemplum proponit, ut in Eunucho de potioribus aſſentatoribus. uerum iſti præſentes acrius à Terentio lacerantur. Hic Phormio ſeſe aduerſus Demiphonem litigaturum inſtruit & animat.*

ADDITIO.

*In hac ſcena etiam præcipue laudatur Ambiuij oſcitantis ac temulenti actio, ad expreſſionem perſonæ paraſiticæ accõmodata.*

# ACTVS II. SCENA II.

Septenarij iambici.

PHORMIO, GETA.

*Acerſitur Phormio ut defendat factum. ITa'ne patris ais conſpectum ueritum hinc abiſſe? Ge. admodum.
Phor. Phanium relictam ſolam? Ge. ſic. Phor. & iratum ſenem?
Pulchra reſpondendi uarietas. Ge. Oppido. Phor. ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit.
Hoc facit ad fallaciam. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum, accingere.
† παροιμία paraſito aptiſſima. Ge. Obſecro te. Phor. ſi rogabit. Ge. in te ſpes eſt. Phor. ecce rem:
Quid ſi reddet? Ge. tu impuliſti. Phor. ſic opinor. Ge. ſubueni.

Phor. Cedo ſenem, iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia. Ge.
Quid ages? Phor. quid uis, niſi ut maneat Phaniũ, atq; ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atq; in me omnẽ iram deriuem ſenis? Ge.
O` uir fortis atq; amicus, uerum hoc ſæpe Phormio
Vereor, ne iſthæc fortitudo in neruum erumpat denique. Phor. ah,
Non ita eſt, factum 'ſt periculum, iam pedum uiſa 'ſt uia.
Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſq; ad necem
Hoſpites, tum ciues? quo magis noui, tanto ſæpius.
Cedò dum, en unquam iniuriarũ audiſti mihi ſcriptam dicam? Ge.
Quid iſthuc? Phor. quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui male faciunt nobis: illis qui nihil mali faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus eſt, in his opera luditur.
Alijs aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt.
Mihi ſciunt nihil eſſe. dices, ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem, & ſapiũt mea quidem ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
Ge. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. Phor.

Iactantia de cõſilijs repertis.
Tria promittit, quibus tota Antiphonis cauſa conſtituitur.
† ἐκφώνησις.
Prouerbiũ à ſagittarijs natum.
Adagium.
Metaphoricos omnino et ſcurriliter
† ἀκυρολογίαν Donatus eſſe ſcribit.
Allegorice & triuialiter.
Diuites periclitantur.
† Extenuatio pœnæ.
† Subiectio.
Facete edacẽ ſe uocat.

summa paraſitorum felicitas, cibus.

Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.
Te ne aſymbolum uenire, unctum, atq; lautũ è balneis,
Otioſum ab animo, cũ ille et cura et ſumptu abſumitur?

Ringitur, id eſt, ſtomachatur, translatũ à canibus latraturis.

Dum tibi ſit quod placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas, COENA DVBIA apponitur. Ge.

Prouerbium ſuum ipſe exponit.

Quid iſthuc uerbi eſt? Phor. ubi tu dubites quid ſumas potiſsimum.
Hæc quum ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem deum? Ge.

† Metaphora à prælio ſumpta.

Senex adeſt, uide quid agas. prima coitio'ſt acerrima,
Si eam ſuſtinueris, poſt illam iam ut lubet, ludas licet.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena controuerſia eſt, quæ uno tempore ex utraq; parte tractatur. Eſt autem ea inter Demiphonem & paraſitum, de nuptijs Antiphonis & Phanij in patris abſentia factis, quas pater diſſoluere cupit, puellamq; abijcere, quod paraſitus obnixe impedire conatur.

ADDITIO.

Præterea in his contentionibus ea potiſſimum dicit, quæ ſimplici pat rifamiliâs, & calũnioſo ſycophãtæ, improbiſſimoq; paraſi pt maxime cõgruere uidentur. Hæc poëta ſcite inter ſe cõmiſcet.

# ACTVS II. SCENA III.

Scenarij omnes.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

* Concertatio Phormionis & Demiphonis.

EN nunquam cuiquam contumelioſi us
Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. Ge. iratus eſt. Phor. qn tu hoc agis?

Iam ego hunc agitabo. proh deum immortalium fidem,
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? Ge. negat. Phor.
Neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit? Ge. negat. De.
Ipſum eſſe opinor, de quo agebam. ſequimini. Phor.
Nec Stilphonē ipſum ſcire qui fuerit? Ge. negat. Phor.
Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligitur ipſa, uide auaritia quid facit? Ge.
Si herum inſimulabis malitiæ, male audies. De.
O' audaciam, etiam me ultro accuſatum aduenit. Phor.
Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior,
Pauper, cui in opera uita erat, ruri ferè
Se continebat. ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat. ſæpe interea mihi ſenex
Narrabat ſe hunc negligere cognatum ſuum.
At quem uirum? quem ego uiderim in uita optumū. Ge.
Videas te atq; illum ut narras. Phor. abi in malā crucē.
Nam ni ita cum exiſtimaſſem, nunq̄ tam graueis
Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam,
Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Ge.
Pergin' hero abſenti maleloqui impuriſſime? Phor.
Dignū aūt hoc illo eſt. Ge. ain' tādē carcere? De. Geta.
Bonorum extortor, legum contortor. De. Geta. (Ge.
Phor. Reſponde. Ge. quis homo eſt? ehem. De. tace. Ge.
abſenti tibi
Te indignas, ſeq; dignas contumelias
Nunquam ceſſauit dicere hodie. De. ohe deſine.
Adoleſcens, primum abs te hoc bona uenia expeto,

Exclamatio per congeminationem, miræ uehementiæ.

cōqueſtio ad coronam ſpectatorum.

†Exclamatio veterator callidus hæc oīa fingit.

† Purgat adoleſcentem.

Amphibologia.

† Subiectio.

Videas te, locus ſalebroſ⁹:

Illiberaliter. Generaliter ad omne maleficium.

Cōtumeliæ in paraſitum.

Callida Getæ diſſimulatio.

† Accuſatio.

Potis eſt, id eſt, poteſt. Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas,
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum, explana mihi,
†Propoſitio. Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.
Ironia. Phor. Proinde expiſcare quaſi non noſſes. De. noſſem?
Proinde, id eſt, ita. Phor. ita. De.
Ego me nego, tu qui ais, redige in memoriam. Phor.
Vulgaris diſceptatio. Eho, tu ſobrinū tuum nō noras? De. enecas,
Dic nomen. Phor. nomē? maxume. De. quid nunc taces?
Falſi nominis nō meminit. Phor. Perij hercle, nomen perdidi. Demi. hem quid ais?
Phor. Geta,
*ὑποβάλλω, ſubijcere, ad monere. Si meminiſti quod olim dictum 'ſt, ſubijce. Ge. hem,
Non dico. quaſi non noris, tentatum aduenis.
Phor. Egon' autem tento? Ge. Stilpho. Phor. atq; adeo, quid mea?
Stilpho 'ſt. De. quē dixti? Phor. Stilphonem inquam no ueras? De.
Neq; ego illum noram, nec mihi cognatus fuit
Quiſquam iſthoc nomine. Phor. ita' ne? non te horum pudet?
Syncopa. At ſi talentum rem reliquiſſet decem. De.
Imprecatio. Dij tibi malefaciant. Phor. primus eſſes, memoriter
Senex confidit iuſtæ cauſæ. Progeniē ueſtrā uſq; ab auo atq; atauo proferens. De.
Ita ut dicis, ego tum ſi adueniſſem, qui mihi
Cognata eſſet dicerem: itidem tu face, cedo,
†Sic laudat ſenē, ut optet Phormionem uincere. Qui ē cognata? Ge. heu noſter recte, heus tu caue. Phor.
Dilucide expediui quibus me oportuit
Iudicibus. tum ſi id falſum fuerat, filius
Compendiū conuitiorum. Cur non refellit? De. filium narras mihi,
Cuius de ſtultitia dici ut dignum 'ſt, non poteſt? Phor.

At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi, † Ironia.
Iudicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi, Irridet ſenē.
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet Mos uetus et
Hic de eadem cauſa bis iudicium adipiſcier. De. obſoletus.
Etſi mihi facta iniuria 'ſt, uerum tamen
Potius quàm lites ſecter, aut quàm te audiam, Redit ad cō
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex iubet cordiam.
Dotem dare. abduce hanc, minas quinque accipe.
Phor. Ah, ah, hæ, homo ſuauis. De. quid eſt? nū iniquom Ironice.
poſtulo?
An ne hoc quidē adipiſcar ego, quod ius publicum 'ſt? Argumenta
Phor. per interro-
Ita'ne tandem quæſo, meretricem ubi abuſus ſis, gationē ſunt
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? fortiora.
An ut ne quid turpe ciuis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſa 'ſt dari,
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas?
De. Ita proximo quidem? at nos unde? aut quamobrem?
Phor. ohe,
Actum (aiunt) ne agas. De. nō agam, imò haud deſinam Prouerbiū.
Donec perfecero hoc. Phor. ineptis. De. ſine modo. Pho. Perfecero,
Poſtremo tecum nihil rei nobis Demipho 'ſt, ſubiunctiuus
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua ornate pro
Præterierat iam ad ducendum ætas. De. omnia hæc indicatiuo.
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere. † Artificioſe
Aut quidem cum uxore hac ipſum prohibeo domo. Ge. ſenē ab ſe ex
Iratus eſt, tute idem feceris melius. De. cludit.
Itan' es paratus facere me aduorſum omnia Definitiue re
Infelix? Phor. metuit hic nos, tametſi ſedulo ſpondet.

Diſsimulat. Ge. bene habent tibi principia. Phor. quin quod eſt

Voluntas eſt neceſſitati ac commodãda.

Ferundum feras, tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. De. egon' tuam expetam
Amicitiam? aut te uiſum aut auditum uelim? Phor.

* Acerbe ludit Phormio.

Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet, reſpice ætatem tuam.
De. Te oblectet, tibi habe. Phor. minue uero iram. De. hoc age.
Satis iam uerborum 'ſt, niſi tu properes mulierem

Fruſtra uterque alteri ſua ferunt.

Abducere, ego illam eijciam. dixi Phormio. Phor.
Si tu illam attigeris ſecus quàm dignum 'ſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem. dixi Demipho.

Irriſorie ad Getam hæc.

Si quid opus fuerit. heus domo me. Ge. intelligo.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In hac ſequenti ſcena deliberatio continetur, in qua conſuluntur aduocati, quorum unus ſuadet, alter diſſuadet, tertius qui in ſententiã alterutrius accedere debebat, eiuſmodi incertũ produxit conſilium, ut rurſum fuerit operæpretium deliberare.*

ADDITIO.

*Animaduerte hic exemplum & ingenium aduocatorum, qui conſilij nodum quoad poſſunt, ferè protelare ſatagunt.*

*Attende etiam quemadmodum alter alterum reuereri ſtuduerit, in hoc quòd Hegio priorem loquendi locum Cratino honoris gratia defert, quam ſanè præloquendi diſcretionem nos quoq; imitari decorum eſt.*

*Cæterum ſi miram poëtæ artem, ſingularem compoſitionis facundiam, energiam ſententiarum prægnantem, paulo diligentius & introſpicere & rimari uoluerimus, inueniemus proculdubio Terentium noſtrum omnium lepidiſſimum, familiariſſimum, moraliſſimum.*

# ACTVS II. SCENA IIII.

*Senarij.*

DEMIPHO, *ſenex*, GETA *ſeruus*, HEGIO, CRATINVS, CRITO *aduocati*.

QVanta me cura & ſolicitudine afficit
Gnatus? qui me ſeq; hiſce impediuit nuptijs,
Neq; mihi in conſpectũ prodit, ut ſaltẽ ſcĩa
Quid de hac re dicat, quidue ſit ſententiæ.
Abi tu, uiſe redierit' ne iam an nondum domum. Ge.
Eo. De. uidetis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinum cenſeo,
Si tibi uidetur. De. dic Cratine. Cra. me' ne uis? De.
Te. Cra. ego quæ in rem tuam ſint, ea uelim facias. mihi
Sic hoc uidetur, quod filius te abſente hic
Egit, reſtitui in integrum, æquom' ſt & bonum,
Et id impetrabis. dixi. De. dic nunc Hegio. He.
Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. uerum ita' ſt,
QVOT HOMINES TOT SENTENTIAE, ſuus cuiq; mos eſt.
Mihi non uidetur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe, et turpe inceptũ' ſt. De. dic Crito. Cri.
Ego amplius deliberandum cenſeo,
Res magna eſt. He. nunquid nos uis? De. feciſtis probe,
Incertior ſum multo quàm dudum. Ge. negant
Rediſſe. De. frater eſt expectandus mihi:
Is quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum quoad ſe recipiat.
Ge. At ego Antiphonem quæram, ut quæ acta hic ſunt, ſciat.

*Cura eſt in ſpe bonorum, ſolicitudo in metu malorum.*

* *Cõſultatio cum amicis.*

*Captatio beneuolentiæ.*

*Ab honeſto.*

*Ab utili.*

*A` poſſibili.*

*Ab honeſto & poſſibili.*

*Critonis conſilium.*

† *Ab impoſſibili.*

† *Ab inhoneſto.*

*Fratris conſilium percontatur.*

*Sed eccum ipſum uideo in tempore huc ſe recipere.*

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic Antipho ſeſe uehementer incuſat, quòd ita incõſulto abierit, cauſamq; ſuam alijs defendẽdam reliquerit. Tum omnibus de rebus Getam quàm ſedulo interrogat.*

# ACTVS III. SCENA I.

Tetrametri omnes.

ANTIPHO, GETA.

*Seipſum imprudentiæ lamentãter incuſat.*

*Enimuero Antipho multis modis cum iſthoc animo es uituperabundus:*
*Ita'ne hinc abiſſe, & uitam tuam tutandam alijs dediſſe?*

*Plus Phaniũ q̃ ſeipſum curat.*

*Alios tuã rem credidiſti magis q̃ te animaduerſuros?*
*Nam utut erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres,*
*Ne quid, propter tuam fidem decepta, pateretur mali.*
*Cuius nunc miſeræ ſpes, opesq; ſunt in te uno oẽs ſitæ.*

*Iamdudũ, id eſt, paulo ante.*

*Ge. Equidem here nos iamdudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris.*

*Omnia ſua in amica reputat.*

*An. Teipſum quærebam. Ge. ſed ea cauſa nihilo magis defecimus.*
*An. Loquere obſecro, quonam in loco ſunt res & fortunæ meæ?*

*Subolet, metaphora ab odoribus.*

*Nunquid patri ſubolet? Ge. nihil etiam. An. & quid ſpei porrò' ſt? Ge. neſcio. An. ah.*
*Ge. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. An. nihil fecit noui? Ge.*

*Conuentionẽ eius et Phor-*

*Tum Phormio itidem hac re, ut in alijs, hominem ſtrenuum præbuit.*

An. Quid is fecit? Ge. confutauit uerbis admodum iratum patrem. An.
Heu Phormio. Ge. ego quod potui porrò. An. mi Geta, omnes uos amo.
Get. Sic habent principia ſeſe, ut dico, adhuc tranquilla res eſt.
Manſurusq; patruum pater eſt, dum huc adueniat. An. quid eum? Ge. ut aiebat,
De eius conſilio uelle ſeſe facere quod ad hanc rem attinet. An.
Quantus metus eſt mihi uenire huc ſaluum nunc patruum Geta?
Nam per eius unam (ut audio) aut uiuam, aut moriar ſententiam. Ge.
Phædria tibi adeſt. An. ubinam? Ge. eccum, à ſua palæſtra exit foras.

mionis intelligit. Phormionem laudat.

Manſurus, percontaturus. Mãſurus, id eſt, præſtolabitur.

Amatorie patruum nõ ſaluum optat.

Tanquam ſine Phanio uiuere nequeat

†Id eſt, è domo lenonis.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hæc ſcena in petitione uerſatur, quæ ſæpe deliberatiuum admittit locum. Phædria Dorionem ipſum lenonem blande precatur & obſecrat, ne Pamphilam militi uenditam tam cito tradat, pollicetur enim ſe intra triduum lenoni allaturum quicquid pro eius redemptione promiſerat, & id quidem cum fœnore: alioquin perpeſſurum ſe fore, ni dederit argentum, ut ea ſibi eripiatur, militiq; pretium numeranti relinquatur. Itidem Antipho atq; Geta lenoni perſuadere nituntur.

ADDITIO.

Attende hic duros lenonis mores, lenia adoleſcentis amatoris blandimenta, artificis poëtæ admirandum in utriuſq; deſcriptione uarietatis ingenium.

# ACTVS III. SCENA II.

*Tetrametri, præter unum qui eſt ſenarius.*

PHAEDRIA *adoleſcens*, DORIO *leno*, ANTIPHO *adoleſcens*, GETA *ſeruus*.

**Omiſſo Antiphone, producitur alter adoleſcens in ſcenam ut augeantur turbæ.*

DOrio, audi obſecro. Do. non audio. Phæ. parum per. Do. quin omitte me.
Phæ. Audi quod dicam. Dor. at enim tædet iam audire eadem millies. Phæ.
At nunc dicam quod libẽter audias. Do. loquere, audio.
Phæ. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quò nunc abis? Do.
Mirabar ſi tu mihi quicquam afferres noui.

*Prouerbialiter.*
*† Id eſt, ne quid mali ſibi conciliet.*

An. Heu metuo lenonẽ, ne quid ſuo ſuat capiti. Ge. idem ego metuo. Phæ.
Non mihi credis? Do. ariolare. Phæ. ſin fidem do? Do. fabulæ. Phæ.

*Ariolare, id eſt, diuinas.*
*Logi, uerba ridicula.*

Fœneratũ iſthuc beneficiũ tibi pulchre dices. Do. logi.
Phæ. Crede mihi, gaudebis facto, uerum hercle hoc eſt. Do. ſomnium.

*† Ab utili.*
*Adagium.*
*† Ab honeſtate.*

Phæ. Experire, non eſt lõgum. Do. cantilenam eandem canis. Phæ.
Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. Dor. garris modo. Phæ.

*Duriuſcula blanditio.*
*Irriſorie idẽ principiũ & compoſitionẽ ſeruat.*

Adeon' ingenio te eſſe duro atq; inexorabili,
Vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri queas?
Dor. Adeon' te eſſe incogitantẽ atq; impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?
An. Miſertum 'ſt. Phæ. hei ueris uincor. Ge. quàm uterq; eſt ſimilis ſui? Phæ.

Neq; Antipho alia cum occupatus eſſet ſolicitudine,
Tum hoc eſſe mihi obiectum malũ. An. ah, quid iſthuc autem eſt Phædria?
Phæ. O` fortunatiſſime Antipho. An, ego'ne? Phæ, cui quod amas domi eſt.
Nec cum huiuſmodi unquam uſus uenit ut conflictares malo.
Ant. Mihin' domi'ſt? (quod aiũt) AVRIBVS teneo lupum.
Nam neq; quo modo à me amittam inuenio, aut uti reti neam ſcio.
Do. Ipſum iſthuc mihi in hoc eſt. Ant. eia ne parum le- (no ſies.
Nunquid hic conficit? Phæ. hicane? quod homo inhumaniſſimus,
Pamphilam meam uendidit, Ge. quid? uẽdidit? An. ain' uendidit?
Phæ. Vendidit. Do. quàm indignum facinus, ancillã ære emptam ſuo?
Phæd. Nequeo exorare ut maneat, & cum illo ut mutet fidem
Triduum hoc, dum id quod eſt proximũ, ab amicis argentum aufero.
Si nõ tũ dedero, unã præterea horam ne oppertus ſies.
Do. Obtundis. An, haud lõgum'ſt, id quod orat Dorio, exoret ſine,
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Do.
Verba iſthæc ſunt. An. Pamphilam'ne hac urbe priuari ſines?

Tum hoc ecli pſis, ſubaudia doleo.

† De emptione puellæ.

Huiuſmodi malo, ſcilicet lenoni.

† ἀνακοινή. Prouerbiũ in perplexos.

Id eſt, nũ ſatis care emit.

† Accuſatio.

Admiratiue, ironice, & irriſorie.

Conditionalis oratio.

Ne oppertus id eſt, ne expectes.

† Petitoria oratio.

Antipho quoque intercedit

Horũ, maſcu linum præpõ derat. Tum præterea horum amorẽ diſtrahi poterin' pati?

Dor. Neq; ego, neq; tu. Ge. dij tibi omnes id quod eſt dignum duint.

Getæ imprecatio. Dor. Ego te complures aduorſum ingenium meum menſes tuli

Locus à contrarijs. Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem: & nunc contra hæc omnia

† Contemplare lenonis mores. Reperi qui det, neq; lachrumet. da locum melioribus.

An. Certe hercle, ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies,

Lenonis auaritia. Quam ad dares huic, præſtituta. Phæ. factum. Do. num ego iſthuc nego? An.

Iam ne ea præterijt? Dor. non, uerum ei hæc anteceſſit. An. non pudet

Eclipſis. Vanitatis? Do. minime, dum ob rem. Ge. ſterquilinium. Phæ. Dorio,

Ita'ne tandem facere oportet? Dor. ſic ſum, ſi placeo utere. An.

Correptio. Correctio. Sicine hunc decipis? Dor. imò enimuero Antipho hic me decipit.

Vafer leno. Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe, ego hunc eſſe aliter credidi.

† Reijcit crimẽ, & eſt ἀντικατηγορία. Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.

Ac, id eſt, q̃. Sed utut hæc ſunt, tamen hoc faciam, cras mane argentum mihi

Miles ſe dare dixit. ſi mihi prior tu attuleris Phædria,

Lenonis decretum. Mea lege utar, ut potior ſit, q prior ad dãdum' ſt. uale.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequẽti ſcena admonetur Geta de ratione aliqua ineun

*da, qua poſſit argentum lenoni à Phædria promiſſum, quàm ſubito extorqueri, qua in re ſibi Phormionis operam neceſſariam eſſe dicit. Geta hic pleraq; comice & moraliter exprimit.*

# ACTVS III. SCENA III.

*Tetrametri omnes, ut ſuperiores, & dimeter unus.*

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

QVid faciam? unde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer? * Cōſultatio de pecunia, ut amiſſæ poſtea triginta minæ plus turbæ faciāt.

Cui minus nihilo 'ſt. q; ſi hic potuiſſet nunc (exorarier,

Triduum hoc promiſſum fuerat. Ant. ita'ne hunc patiemur Geta

Fieri miſerū, qui me dudū (ut dixti) adiuuerit comiter? Comiter, id eſt, ſuauiter.

Quin cum opu 'ſt, beneficium rurſum ei experiamur reddere. Ge.

Scio equidem hoc eſſe æquum. An. age ergo, ſolus ſeruare hunc potes. Ge. Ab æquo & poſſibili.

Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cupio, ſed id unde edoce. An.

Pater adeſt hic. Ge. ſcio, ſed quid tum? An. ah, dictum ſapienti ſat eſt. Pater, à quo ſcilicet emungas.

Ge. Ita'ne? An. ita. Ge. ſanè hercle pulchre ſuades, etiā tu hinc abis? Prouerbiū.

Non triumpho ex nuptijs tuis, ſi nihil nanciſcor mali. Metaphora à uictoribus.

Ni etiam nunc me huius cauſa quærere in malo iubeas crucem.

Verum hic dicit. Phæ. quid? ego uobis Geta alienus ſum? Ge. haud puto. Prudenter hæc Geta.

Sed parum ne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,

Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?
Phæ. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem,
Dum igitur licet, dum'que adſum, loquimini mecum Antipho,
Cōtemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam facturus? cede. Phæ.

Amantiū deſperatio.

Quoquò hinc aſportabitur terrarū, certū 'ſt perſequi
Aut perire. An. dij bene uortēt quod agas, pedetentim tamen.

Repetitio faſtidientis.

Vide ſi quid opis potes afferre huic. Ge. ſi quid, qd? An. quære obſecro,
Ne qd plus minus'ue faxit, quod nos pòſt pigeat Geta.

Malū, id eſt, crucem.

Ge. Quæro, ſaluus eſt, ut opinor, uerū enim metuo malum. An.

Dictū ueterū amicorum.

Noli metuere, unà tecum bona malaq; tolerabimus.
Ge. Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. Phæ. ſolæ triginta minæ.

Hui, admirātis pretium.

Ge. Triginta? hui, percara 'ſt Phædria. Phe. iſthæc uero uilis eſt. Ge.
Age age inuentas reddam. Phæ. ò lepidum caput. Ge.
Aufer te hinc. Phæ. iam opus eſt. Ge. iam feres.

Phormio opitulatur.

Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorē dari. An.

Parœmia.

† Id eſt, ſolus Phormio fideliter iuuat.

Præſto 'ſt audaciſſime, oneris qduis impone, & feret.
Solus eſt hō amico amicus. Ge. eamus ergo ad eū ocyus.
Phæ. Abi, dic præſto ut ſit domi.

Diſcedere cupit.

An. Nunquid eſt quod opera mea uobis opus ſit? Ge. nihil, uerum abi domum,

Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu, | Illam, ſcilicet Phanium.
Conſolare, ceſſas? An. nihil eſt æque quod faciam lubẽs. | Suauis locutio.
Phæ. Qua uia iſthuc facies? Ge. dicam in itinere, modo te hinc amoue.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequenti ſcena cõtinetur Demiphonis & Chremetis fratrum iam annis confectorum congreſſio et collocutio. Nam Chremes primum Demiphoni narrat, cur tandiu Lemni moratus ſit, deinde de ipſis Antiphonis Phaniiq; nuptijs conſultationem mutuam pertractant.

# ACTVS IIII. SCENA I.

Senarij.

DEMIPHO, CHREMES.

Quid? Qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chremes?
Adduxtin' tecum filiam? Ch. non. De. quid ita non? Ch.
Poſtquam uidet me eius mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat ætas uirginis
Meam negligentiam, ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe aiebant. De. quid illuc tandiu
Quæſo igitur commorabare, ubi id audiueras? Ch.
Pol me detinuit morbus. De. unde? aut qui? Ch. rogas?
Senectus ipſa eſt morbus. ſed ueniſſe eas
Saluas audiui ex nauta qui illas uexerat. De.
Quid gnato obtigerit me abſente audiſtin' Chremes?
Ch. quod quidem me factum conſilij incertum facit,
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario,

† Aduentus Chremetis è Lemno, inſula deſcribit. Lemno Vulcani inſula. Simplex narratio. † Conſultat ſenex Demipho cum fratre. Quærit cauſam moræ. † γνώμη celebris ex Apollodoro. Factum ſcilicet nuptiarũ.

*Sit, filia ſcilicet.*
*Honeſta et familiaris locutio.*
*Aliqua, id ē, aliquo modo, ut ſæpius alibi.*
*Prouerbiū.*
*Defeciſcar, id eſt, fatigabor.*

Quo pacto aut unde mihi ſit, dicendum ordine'ſt.
Te mihi fidelem eſſe æque, atque egomet ſum mihi
Scibam. ille ſi me alienus affinem uolet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreuerit me, plus quàm opus eſt ſcito, ſciet.
Vereorq; ne uxor aliqua hoc reſciſcat mea.
Quod ſi fit, ut me excutiam, atq; egrediar domo,
Id reſtat. nam ego meorum ſolus ſum meus. De.
Scio ita eſſe, & iſthæc mihi res ſolicitudini'ſt.
Neq; defeciſcar unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero.

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Geta contemplatur paraſiti calliditatem, qui quamprimum intellexit, quanam ratione, quibus'ue medijs ab ſene pecunia extorqueri poſſit. Exultat quoq; uerſutus ille Geta duos ſibi offerri ſenes, quos fallere quamfacile licebit.

# ACTVS IIII. SCENA II.

Eiuſdem generis.

GETA.

*† ἐγκωμιαστικὸν gen' eſt.*
*Exultantis uerba.*
*Venuſte & comice hominem repetit.*
*Vtriq; cupit gratari.*
*Iucūde hominem tertio repetit.*
*† Chremetē intelligit.*

EGo hominem callidiorem uidi neminem,
Quàm Phormionē. uenio ad hominē ut dicerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret,
Vixdum dimidium dixeram, intellexerat,
Gaudebat, me laudabat, quærebat ſenem.
Dijs gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilominus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni. hominem ad forum
Iuſſi opperiri, eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum, quis eſt ulterior? at at Phædriæ

Pater uenit. ſed quid pertimui autem belua?
An quia quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc unde à primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem.

Seruilis ſententia.

Hinc, id eſt, ab hoc, Demiphone, ſcilicet.

† Acute hoſpitem uocat Chremetem peregre uenientem.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena fallacia prætexitur à Geta, qua hallucinatus ſenex, triginta minas ſit daturus Phormioni, ut uxorem Antiphonis alteri locet. Interea dabitur ſumma Phædriæ, interuentuq́; nutricis, Phanium à patre ſuo Chremete agnoſcetur, atq; ipſi Antiphoni relinquetur.

ADDITIO.

Inſuper attende, quod ad errorem cumulandum Antiphonis perſona interponitur, atq; ei obducto metu amittendæ uxoris ingens ſolicitudo exoritur, ideo certe, ut maior uis repentinæ lætitiæ cognitis rebus efficiatur.

# ACTVS IIII. SCENA III.

Superioribus pares.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

Expecto quàm mox recipiat huc ſeſe Geta.
Sed patruum cum patre uideo aſtantẽ, hei mihi,
Quàm timeo aduentus huius quò impellat patrem. Ge.
Adibo hoſce, ô noſter Chremes. Ch. ſalue Geta. Ge.
Venire ſaluum uolupe'ſt. Ch. credo. Ge. quid agit? Ch.
Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria. Ge.
Ita de Antiphone audiſtin' quæ facta? Ch. omnia. Ge.
Tun' dixeras huic facinus indignum Chreme
Sic circumiri? De. cum hoc id agebam commodum. Ge.
Nam hercle ego quoq; id mecum agitans ſedulo,

Hæc ſecũ loquit̃, metuẽs diuortium.

* Viã ad epitaſin facit, ſimul etiam cudit argẽtum Phædriæ.

Vide callidũ aſſentatorẽ.

Narratio ficta ad fallendum ſenem.

Inueni(opinor) remedium huic rei. De. quid Geta?
Quod remedium? Ge. ut abi abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. Ch. qui Phormio? Ge. is, qui iſtã. Ch. ſcio.
Ge. Viſum eſt mihi ut eius tentarem ſententiam,

Getæ perſuaſio à ſpe commodi.

Prehendo hominem ſolum. cur non inquam Phormio
Vides, inter uos ſic hæc potius cum bona

† Negotia de nuptijs.

Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium.
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo

Autores, id ẽ depulſores.

Vno ore autores fuere, ut præcipitem hanc daret. An.
Quid hic ceptat? aut quò euadet hodie? Ge. an legibus
Daturum pœnas dices, ſi illam eiecerit?

Metaphoricos.

Iam id exploratum eſt. eia ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine, ea eloquentia eſt.

* Pone, Græce tithi, quod uel fac, uel finge dicũt.

Verum pone eſſe uictum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquam hominem his uerbis mollirier ſentio,

Datur ei qui ſeparatim accipit ſine arbitrio.

Soli ſumus nunc hic inquam, eho dic quid uelis dari
Tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus,
Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies. An.

Decora locutio.

Satin' illi dij ſunt propitij? Ge. nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris,

† Cõmutare uerba, eſt altercari.

Vt ille eſt bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. De. quis te iſthæc iuſſit loq? Ch.

† Correctio.

Imò non potuit melius peruenirier

Occidi, exclamatio cõſternati.

Eò quò nos uolumus. An. occidi. Ch. perge eloqui. Ge.
At primo homo inſanibat. Ch. cedo, quid poſtulat? Ge.
Quid? nimium, quantum libuit. Chr. dic. Get. ſi quis daret

Talentum magnum. Chre. immò malum hercle, ut nihil pudet? Ge.
Quod dixi adeo ei. quæſo quid ſi filiam
Suam unicam locaret? parui retulit
Non ſuſcepiſſe. inuenta 'ſt quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias,
Hæc deniq; eius fuit poſtrema oratio:
Ego (inquit) à principio filiam,
Ita ut æquum fuerat, uolui uxorem ducere.
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum,
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari.
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantum quæ afferret, qui diſſoluerem
Quæ debeo etiam nunc ſi uolt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio quæ ſponſa 'ſt mihi,
Nullam mihi malim quàm iſthãc uxorem dari. Ant.
Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam: ſcientem, an imprudentem, incertus ſum. De.
Quid ſi animam debet? Ge. ager oppoſitus eſt pignori
Ob decẽ minas, inquit. De. age age, iam ducat, dabo. Ge.
Aediculæ item ſunt ob decem alias. De. hoi hui,
Nimium 'ſt. Ch. ne clama, petito haſce à me decẽ. Ge.
Vxori emunda ancillula 'ſt, tum autem pluſcula
Supellectile opus eſt, opus eſt ſumptu ad nuptias:
His rebus ſane pone, inquit, decem minas. De.
Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas,
Nihil do. impuratus me ille ut etiam irrideat? Ch.
Quæſo ego dabo, quieſce. tu modo filius
Fac ut illam ducat nos quam uolumus. An. hei mihi.

Talẽtum magnũ LXXX. libræ.

† Subiectione utitur.

Reſpõſum et petitio Phormionis.

† μίμησις.

Fabuler, recte, q̃a re uera fabulabatur.

† Antitheton.
Prouerbium.

Aſtute nõ ſimul XXX. minas protulit, ne parcũ ſenẽ terreret

Pone, id eſt, ſupputa.
chremes uiginti minas dat, Demipho decem:

Geta, occidiſti me tuis fallacijs. Ch.
Mea cauſa eijcitur, me hoc æquum 'ſt amittere. Ge.
Quantum poteſt me certiorem (inquit) face,
Si illam dant, hanc ut amittam, ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Ch.
Iam accipiat, illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. De. quæ quidem illi res uortat male. Ch.
Opportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia.
Id ſumam, uxori tibi opus eſſe dixero.

Hanc, quaſi aliam ſciat. Chremes ſententiam fert, argentũ dat. † Auaritiam Demiphonis poëta oſtẽdit. Iurgio paratur locus

PAVLVS MALLEOLVS.

Hic Antipho planè perturbatus, in Getam ſtomachatur, debacchaturq́;, ut pote qui ſibi (ut putat) ex re fermè tranquilla, turbulentiſſimam reddiderit, tandem tamen miris ipſum perſuaſionibus Geta demulcet, & placabiliorem efficit.

ADDITIO.

Ad intelligentiam illius Getæ dicti in calce huius ſcenæ poſiti: Quot res poſt illa, &c. Attende in primis, Getam per totam comœdiam à poëta introduci callidiſſimum & uerſipellem, qui pallium ad omnem uentum flectere nouit. Is nunc Antiphoni perſuadet ob huiuſmodi portenta in auſpicandis nuptijs incidẽtia, eas nuptias facile poſſe, ſi non euitare, ſaltem (dum argentum à ſenibus emungatur) protelare.

Ater alienus canis, hoc funeſtas fore nuptias portendebat: anguis per impluuium decidens de tegulis, intoxicationem: gallina canens, uxorem marito ſuperſtitem fore.

Ariolus eſt, qui diuina quadam mente uaticinatur, dictus quaſi fariolus à fando. Haruſpex ab haruga, id eſt, ab hoſtia nominat. Ante brumam, &c.) Hic deridet poëta dierum obſeruatores & ſuperſtitioſos.

# ACTVS IIII. SCENA IIII.

Senarij.

ANTIPHO, GETA.

Geta. Ge. hem. An. quid egiſti? Ge. emunxi argen to ſenes. An.
Satin' id eſt? Ge. neſcio hercle, tantum iuſſus ſum. An.
Eho uerbero, aliud mihi reſpondes ac rogo. Ge.
Quid ergo narras? An. quid ego narrem? opera tua
Ad reſtim mihi quidem res redijt planiſſime,
Vt te quidem omnes dij deæq́; ſuperi, inferi,
Malis exemplis perdant. hem, ſi quid uelis,
Huic mandes, quod quidem recte curatum uelis:
Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
Quid minus utibile fuit, quàm hoc hulcus tangere,
Aut nominare uxorem? iniecta eſt ſpes patri
Poſſe illam extrudi. cedo nunc porrò, Phormio
Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum.
Quid fiet? Ge. non enim ducet. An. noui, cæterum
Cum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet,
In neruum potius ibit. Ge. nihil eſt Antipho,
Quin male narrando poſſit deprauarier.
Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt.
Audi nunc contrà: iam ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor, ut ais, concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum.
Interea amici quod polliciti ſunt, dabunt
Argentum, id iſtis reddet. An. quamobrem? aut quid di-
cet? Ge. rogas?
Quot res poſt illa monſtra euenere mihi?

* Epitaſis. Nam in periculum uenit Antipho ne extrudatur coniunx.
Ad reſt. qua ſcilicet me ſuſpendam.
Ironice.
Prouerbiũ.
† Allegoria ad miſerias è tranquillo rerũ ſtatu.
Ducenda, neceſſitatem indicat.
† Ironia.
Prouerbiũ à ſagittarijs tractum.
† vide Eraſ. in prouer.
Conceſſio cum exceptione.
† Irridet poëta

ſuperſtitiões hominum.

Introijt in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina cecinit, interdixit ariolus,
Aruſpex uetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere, quæ cauſa 'ſt iuſtißima.
Hæc fient. An. ut modo fiant. Ge. fient, me uide.
Pater exit, abi, dic eße argentum Phædriæ.

Ante brumã, id eſt, anteq̃ dies decreſcant.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Demipho Chremetem conſulit, quanam uia tutiore pecunias Phormioni tradat, ne (ut callidus eſt) poſtea acceptum neget.

# ACTVS IIII. SCENA V.

Octonarij omnes.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

Hæc Demipho ad fratrem Chremetem.

Q Vietus eſto inquam, ego curabo ne quid uerborum diunt.
Hoc temere nũquam amittã ego à me, quin mihi teſtes adhibeam,
Cui dem, et quamobrem dem, commemorabo. Ge. ut cautus eſt, ubi nihil opu 'ſt.
Ch. Atq; ita opus facto 'ſt, at matura, dum libido eadem hæc manet.
Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reijciat.
Get. Rem ipſam putaſti. De. duc me ad eum ergo. Get. non moror. Ch. ubi hoc egeris,
Tranſito ad uxorem meam, ut conueniat hanc prius q̃ hinc abeat,
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccẽſeat,
Et magis eße illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior:

Geta hæc ſe cũ irriſorie.

Approbat conſilium.

Nos noſtro officio nihil egreßos eſſe, quantum is uolue rit | Is, Phormio ſcilicet.
Datum eſſe dotis. De. quid tua (malum) id refert? Chre. magni Demipho. | Malum, indignantis.
De. Non ſat eſt tuum te officium feciße, ſi non id fama approbat? | †Obiurgatio
Chre. Volo ipſius quoque uoluntate fieri hoc, ne ſe eiectam prædicet. De.
Idem ego iſthuc facere poßum. Ch. mulier mulieri magis congruet. De. | †Quod ab uxore tua fieri uis.
Rogabo. Ch. ubi nunc illas ego reperire poßim cogito. | Adagium. Querela.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Sophronæ nutricis & Chremetis (qui Stilphonem ſe nominarat) mutua continetur agnitio. Deinde ex eadem nutrice audit, quemadmodum filia ſua Phanium Antiphoni ſit nupta, ex qua re ingenti gaudio afficitur, caueťq; ne id ſua uxor quoquo pacto reſciſcat.

# ACTVS V. SCENA I.

Octonarij, & quidam quadrati, penultima longa.

SOPHRONA, CHREMES.

QVid agam? quem mihi amicum inueniam miſera? aut cui conſilia | *Occaſio cataſtrophes.
Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? | Hera, id eſt, Phanium.
Nam uereor hera ne ob meum ſuaſum indigne iniuria (afficiatur,
Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio uiolenter. Ch. | Nam quæ, figurate pro quænam.
Nam quæ hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa 'ſt meo? So. | †Metonymia pro à domo.

Quod ut facerem, egeſtas me impulit, cũ ſcirem infirmas nuptias
Haſce eſſe, ut id conſulerẽ, interea uita ut in tuto foret.
Chr. Certe ædepol (niſi me animus fallit, aut parũ oculi proſpiciunt)
Meæ nutricẽ gnatæ uideo. So. neq; ille inueſtigatur. Ch. quid agam? So.
Deliberatio. Qui eſt eius pater. Ch. adeon', an maneo, dum eam quæ loquitur, magis cognoſco?
So. Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt quod uerear. Ch. ea 'ſt ipſa.
Iam planè nouit. Colloquar. So. quis hic loquitur? Ch. Sophrona. So. & meum nomen nominat. Ch.
Exclamatio gaudentis. Reſpice ad me. So. dij, obſecro uos, eſt' ne hic Stilpho? Ch. non. So. negas?
Timet proditionem. Ch. Concede hinc à foribus paululum iſthorſum ſodes Sophrona,
Appellaſſis, id eſt, appellaueris. Ne me iſthoc poſthac nomine appellaſſis. So. quid? non es obſecro,
Quẽ ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. eſt. So. quid has metuis fores?
Aperit fictionem. Ch. Concluſam hic habeo uxorem ſæuam, uerum iſthoc de nomine,
Eo perperam olim dixi, ne uos forte imprudẽtes foris
Effutiretis, atq; id porrò aliqua uxor mea reſciſceret.
Iſthoc, nomine, ſcilicet Stilphonis. So. hem, iſthoc pol nos te hic inuenire miſeræ nunquam potuimus.
Solicite de ſuis inquirit. Chre. Eho, dic mihi, quid tibi rei eſt cũ familia hac, unde exis?

Aut ubi illæ ſunt? So. miſeram me. Chre. hem quid eſt? uiuunt'ne? So. uiuit gnata.
Matrem ipſam ex ægritudine miſeram, mors conſecuta eſt. Chre.
Male factum. Soph. ego autem quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota,
Vt potui, uirginem nuptum locaui huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus ædium. Ch. Antiphoni'ne? So. hem, iſti ipſi. Ch.
Quid? duas'ne is uxores habet? So. hau obſecro unam quidem ille hanc ſolam.
Ch. Quid illa altera quæ dicitur cognata? So. hæc eſt. Chre. ah, quid ais?
So. Compoſito factum 'ſt, quomodo hanc amans habere poſſet
Sine dote. Ch. dij uoſtram fidem, q̃ ſæpe forte temere
Eueniunt, quæ non audeas optare? offendi aduenicns,
Qui cum uolebam, atq; ut uolebam, collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maximo dabamus ut fieret operam,
Sine noſtra cura maxima, ſua cura hæc ſola fecit.
Sop. Nunc quid facto eſt opus, uide: pater adoleſcentis uenit,
Eumq; animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt. Chre. nihil pericli 'ſt.
Sed per deos atq; homines, meam eſſe hanc caue reſciſcat quiſquam.
Sophro. Nemo ex me ſcibit. Chre. ſequere me. cætera intus audies.

†Mater & filia.
Mors uxoris.
†Aſyntheton.
†Status uenialis.
Modeſte pronuntianda.
Quid admiratiue.
Hau, faſtidientis.
Hæc, eadem ſcilicet ſua filia.
†More ueterum, pro ex compoſito.
Exclamatio gaudentis.
†Sic Plaut⁹: Magis inſperata eueniũt, q̃ quæ maxime ſperas.
Hæc, Sophrona ſcilicet.
Pater, Demipho ſcilicet.
Adiurat ut celet.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ſequẽti ſcena Demipho ſenex de ſeipſo cõqueritur, quòd dum auaritiæ infamiam deuitare ſtuduerit, in ſtultitiæ reprehenſionem incidit. Magnopere enim ipſum pœnitet Phormioni pecuniam dediſſe. Hic Geta quoq; ſeni inſultans, multa facete & ſeruiliter dicta profert.

# ACTVS V. SCENA II.

Quadrati octonarij, penultima longa.

DEMIPHO, GETA.

Noſtrapte, id eſt, propria noſtra.

Prouerbiũ.

† Sic Lucian⁹ in Nigrino: παρὰ θύραν βιαζόμενος dixit.

Sententia nimium uera.

NOſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eẽ,
Dũ nimiũ dici nos bonos ſtudemus et benignos.
Ita fugias, NE PRAETER CASAM, quod aiunt: nonne id ſat erat,
Accipere ab illo iniuriã? etiã argentũ eſt ultro obiectũ,
Vt ſit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
Ge. Planiſſime. De. his nunc præmium 'ſt, qui recta praua faciunt.
Ge. Veriſſime. De. ut ſtultiſſime quidem illi rem geſſerimus. Ge.

Timorem incutit.

Modò ut hoc conſilio poſſit diſcedi. ut iſtam ducat.
De. Etiam' ne id dubium 'ſt? Ge. haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet
Animum. De. hem, mutet autẽ? Ge. neſcio, uerum ſi forte dico.
De. Ita faciam, ut frater cenſuit, ut uxorem huc eius adducam,

Iſta, Phanio

Geta inſultans, cõmoda enumerat.

Cum iſta ut loquatur: Geta, abi, prænuntia hanc uenturam. Ge.
Argentum inuentum 'ſt Phædriæ, de iurgio ſiletur,

Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat. quid nunc porrò?
Quid fiet? IN EODEM LVTO hæſitas, uorſuram ſolues
Geta, præſens quod fuerat malum, in diem abijt, plagæ creſcunt
Niſi proſpicis. nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo.

Prouerbia duo.
Vor. ſoluere eſt creditorē mutare. †Metaphorā eleganter explicat Demoſthe ni Olynthiaca prima.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena diuitis uxoris Nauſiſtratæ, de marito ſuo chremete licentius conquerentis allocutio eſt, unà cum futurarum turbarum diſpoſitione.

# ACTVS V. SCENA III.

Octonarij, & quadrati mixti.

DEMIPHO, NAVSISTRATA matrona, CHREMES.

AGedum ut ſoles Nauſiſtrata, fac ut illa placetur nobis,
Vt ſua uoluntate id quod eſt faciundū, faciat. Nauſi. faciam.
De. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.
Nauſi. Factum uolo, ac pol queo minus uiri culpa, quàm me dignum 'ſt.
De. Quid autem? Nau. quia pol mei patris bene parta, indiligenter
Tutatur, nam ex his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat. hem, VIR uiro quid præſtat? De. bina quæſo? Nau.

Hortatur ut Phaniū placatā reddat.
Pariter ac, id eſt, eodē modo.
Conqueritur de uiri negligentia.
Statim, id ē, ſtatuto tempore.

Ac rebus uilioribus multo, tamen duo talenta. De. hui.

Scilicet, confirmantis. Nau. Quid hæc uidentur? De. ſcilicet. Nauſi. uirum me natam uellem,

Parce, dubiũ aduerbiũ'ne ſit, an imperatiuum. Ego oſtenderem. De. certo ſcio. Nau. quo pacto? De. parce ſodes,

Vt poßis cum illa, ne te adoleſcens mulier defatiget.

Abs te, id eſt è domo tua. Nau. Faciam ut iubes. ſed meum uirum abs te exire uideo. Ch. hem Demipho,

* Altera epitaſis pars, de pecunia temere effuſa. Iã illi datũ eſt argentũ? De. curaui ilico. Ch. nollẽ datũ,

Hei uideo uxorem, pene plus quàm ſat erat. De. cur nolles Chreme? Ch.

Vir timidus uxore præſente nõ audet loqui. Iam recte. De. quid tu? ecquid locutus cum iſta es, quãobrem hanc ducimus? Ch.

Tranſegi. De. quid ait tandem? Chr. abduci non poteſt. De. quid? non poteſt? Ch.

Valla, uterq; alteri. Quia uterq; utriq; eſt cordi. De. quid iſthuc noſtra? Ch. magni. præter

Hæc, cognatam comperi eßenobis. Dem. quid? deliras? Ch. ſic erit,

Non temere dico, redi mecum in memoriam. De. ſatin' ſanus es? Nau.

Hau obſecro, uide ne in cognatam pecces. De. non eſt. Ch. ne nega,

Patris nomen aliud dictum eſt, hoc tu erraſti. De. non norat patrem?

Dixit, Phormio ſcilicet. Chr. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunquam ne hodie concedes mihi,

Neq; intelliges? De. ſi tu nihil narres. Ch. pergis? Nau. miror quid hoc ſiet.

De. Equidem hercle neſcio. Chr. uin' ſcire? at ita me ſeruet Iupiter, — *Scabroſus ſermo ob uxoris præſentiam.*
Vt propior illi, quàm ego ſum ac tu nemo 'ſt. De. dij uoſtram fidem,
Eamus ad ipſam unà omnes nos. aut ſcire, aut neſcire hoc uolo. Ch. ah. De.
Quid id eſt? Chre. ita'ne paruam mihi fidem eſſe apud te? De. uin' me credere? — *Eclipſis.*
Vin' ſatis quæſitum mihi iſthuc eſſe? age fiat, quid illa filia — *Filia amici, tua ſcilicet.*
Amici noſtri? quid futurum 'ſt? Ch. recte. De. hanc igitur mittimus?
Ch. Quid ni? De. illa maneat. Chr. ſic. De. ire igitur tibi licet Nauſiſtrata. — *Ambigit tandem Nauſiſtrata.*
Nau. Sic pol commodius eſſe in omnes arbitror, quàm ut cœperas,
Manere hanc. nã perliberalis uiſa 'ſt, cũ uidi, mihi. De. — *Hanc, Phaniũ ſcilicet.*
Quid iſthuc negoti 'ſt? Chr. iam'ne aperuit oſtium? De. iam. Ch. ô Iupiter, — *Adhuc timet proditionem.*
Dij nos reſpiciunt, gnatã inueni nuptam cum tuo filio. De. hem, — *Exclamatio.*
Quo pacto id potuit? Chre. non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. De.
At tu intrò abi. Ch. heus, ne filij noſtri quidem hoc reſciſcant uolo.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena, Antipho congratulatur Phædriæ de Pamphila à lenone redempta. Deinde conqueritur illis ſeſe inuoluiſſe, quibus facile exolui non poſſit, quando eum res aduerſæ nimium urgent. Poſtremo oſtendit ſe adhuc in aliquam ſpem geſtire.

# ACTVS V· SCENA IIII·

*Quadrati ut ſuperiores.*

ANTIPHO.

Fratri, Phædriæ ſcilicet.

Pulchre dictum.

LAetus ſum, utut meæ res ſeſe habent, fratri obtigiſſe quod uolt.
QVA`M ſcitum 'ſt, eiuſmodi parare in animo cupiditates,
Quas cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poßis.

Simul, id eſt poſtquam.

Hic ſimul argentum reperit, cura ſeſe expediuit.
Ego nullo poßum remedio me euoluere ex his turbis:

†Querela.

†Dilemma.

Probro, id ē, ignominia.

Quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiē.
Neq; me domū nunc reciperē, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Huiuſce habendæ. ſed ubinam Getam inuenire poßum,

Conueniundi id eſt, alloquēdi.

Vt rogem, quod tempus conueniundi patris me capere iubeat?

PAVLVS MALLEOLVS.

*Hic iactabundus Phormio inducitur, de fallacia ſenum in extorquendo argento geſtiens, qui tanquam paraſitus ſe egregie potaturum pollicetur. Deinde ad mercatum dicit ſe iturū, ne ipſum ſenes ſycophantam & liguritorem exiſtiment.*

# ACTVS V· SCENA V·

*Octonarij.*

PHORMIO, ANTIPHO.

* Collocatur pecunia extorta ſenibus quæ repetita poſtea miras tragoedias exciabit.

ARgētū accepi, tradidi lenoni, adduxi mulierē,
Curaui propria ea Phædria ut potiretur, nam emiſſa 'ſt manu.
Nunc una res reſtat mihi, quæ etiā conficiunda, otium
A` ſenibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos ſumam dies. An.

Sed Phormio'ſt. quid ais? Phor. quid? An. quidnam nũc facturus Phædria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe uelle ſumere?
Phor. Viciſsim parteis tuas acturus eſt. An. quas? Phor. ut fugitet patrem.
Te ſuam rogauit rurſum ut ageres cauſam, ut pro ſe diceres,
Nam potaturus eſt apud me. ego me ire ſenibus Suniũ
Dicam ad mercatũ, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta,
Ne cum hic non uideant me, conficere credant argentum ſuum.
Sed oſtium concrepuit abs te. An. uide quis egrediatur. Phor. Geta'ſt.

De fratre inquirit. Donatus annotauit, his uerbis alludi ad prouer. Tradunt operas mutuas. Diceres, id ẽ accommodate orares & diſerte. Ad mercatũ id eſt, emporium.

PAVLVS MALLEOLVS.

*In ſequenti ſcena miro ornatu uehemens trium perſonarũ gaudium exprimit poëta. Nam Geta mirandum in modum lætabundus Antiphoni præſente Phormione annuntiat Phanium inuentam eſſe patrui ſui Chremetis filiam. Quod profecto tum Geta tum Antipho ipſe ſummæ felicitatis loco ducendum autumant. Cui Phormio mirifice congratulatur: ſimulq; pulchram ſenes eludendi occaſionem, modum, & geſtum comminiſcitur.*

ADDITIO.

*Attende quàm graphice hic Getam & blandiſſimum adulatorem, & uerſutiſſimum auſcultatorem, exploratorẽ, & ſecreta clãdeſtine rimantem, artifex poëta expreſſiſſime depingit.*

*Scena uenuſta & periucunda.*

# ACTVS V. SCENA VI.

*Octonarij quadrati, & ſenarij nonnulli.*

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

Fortuna inſtabilis dea: fors fortuna, bonus euẽtus.

O Fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditatibus
Quàm ſubito, hero meo Antiphoni ope ueſtra hunc onerastis diem?
An. Quidnam hic ſibi uolt? Ge. nosq; amicos eius exonerastis metu?

†Antitheto.

Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio,
Atq; hominem propero inuenire, ut hæc quæ contigerint ſciat? An.

Neuter Getã intelligit.

Num tu intelligis quid hic narret? Phor. num tu? An. nihil. Phor. tantundem ego Ge.
Ad lenonem hinc ire pergam, ibi nunc ſunt. An. heus Geta. Ge. hem tibi,

Hem, trepidãtis.

Num mirum aut nouum eſt reuocari, curſum cum inſtitueris? An. Geta.

Geta herum nõdum agnoſcit.

Ge. Pergin' hercle? tu nũquam tuo odio uinces me. An. non manes?
Ge. Vapulabis. An. id tibi quidem iam fiet, niſi reſiſtis uerbero. Ge.

Curialis uernula, ſeruus domeſticus.

Curialis uernula eſt qui me uocat.
Familiariorem oportet eſſe hũc, qui minitatur malum. ſed is ne eſt

Aſtutum, id eſt, ſtatim.

Quem quero, an non? ipſus eſt. Phor. congredere actutum. An. quid eſt?

†Exordiolũ. Geta maximus aſſentator.

Ge. Omnium quantũ eſt qui uiuant hominum homo honoratiſſime.
Nam ſine controuerſia à dijs ſolus diligere Antipho.

Ant.

Ita uelim. ſed qui iſthuc credam ita, mihi dici uelim.

Get. Satin' ſt, ſi te delibutum gaudio reddo? Ant. enecas.

Phor. Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo. Ge. oh,

Tu quoq; hic aderas Phormio? Phor. aderam. ſed ceſſas? Ge. accipe, hem:

Vt modo argentum tibi dedimus apud forum, rectà domum

Sumus profecti, interea mittit herus me ad uxorem tuam.

An. Quamobrē? Ge. omitto proloqui, nam nihil ad hãc rem eſt Antipho.

Vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida.

Ponè apprehendit pallio, reſupinat, reſpicio, rogo

Quamobrem retineat me, ait eſſe uetitum intrò ad heram accedere.

Sophrona modo fratrē huc (inqt) ſenis introduxit Chremem,

Eumq; nunc eſſe intus cum illis. hoc ubi ego audiui, ad fores

Suſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti,

Animam compreſſi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere,

Hoc modo ſermonem captãs. An. heu Geta. Ge. hic pulcherrimum

Facinus audiui, itaq; pene hercle exclamaui gaudio.

† Attentum facit.

Delibutũ, id eſt, unctum.

* Narratio plane comica exponens cataſtrophen.

Gynæceũ, id eſt, mulierũ conclaue.

Auſcultationẽ ipſam mire exprimit.

† Antitheta.

* Cataſtrophe periculorũ Antiphonis.

Phor. Quod? Ge. quodnam arbitrare? An. neſcio. Get. atqui mirificiſsimum.

Patruus tuus pater eſt inuentus Phanio uxori tuæ. Antiph. hem,

Cōſueuit, honeſte dixit.

Quid ais? Ge. cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.

† παροιμιακῶς.

Phor. Somnium, utin' hæc ignoraret ſuum patrem? Ge. aliquid credito

Studet compendio.

Phormio eſſe cauſæ. ſed me cenſen' potuiſſe omnia

Intellegere extra oſtium, intus quæ inter ſe ipſi egerint?

Phor. Atq; hercle ego quoq; illam audiui fabulam. Ge. imò etiam dabo

Dabo, id eſt, dicam.

Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras,

Haud multo pòſt cum patre idem recipit ſe intrò denuo.

Ait uterque tibi poteſtatem eius habendæ dari.

Deniq;, cōcluſiuum eſt.

Denique ego ſum miſſus, te ut requirerem atque adducerem.

Fecero pro faciam eleganter.

An. Hem, quin ergo rape me, quid ceſſas? Ge. fecero. Antiph. ô Phormio,

Vale. Phor. uale Antipho, bene (ita me dij ament) factum gaudeo.

Argumentum huius ſcenulæ annexum eſt ſuperiori. Nam neque Malleolus diſiunctim legit, neque re uera ita eſt legendum.

## ACTVS V. SCENA VII.

Senarij.

PHORMIO.

TAntam ſortunam de improuiſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſio'ſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet.
Nam idem hoc argentum ita ut ingratis eſt datum,
His datum erit, hoc qui cogam re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, uoltusq; eſt capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum,
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreßi foras.
Quò me aßimulaueram ire ad mercatum, non eo.

† Gratulatur Phormio Antiphoni iuxta Phrædriæ. Phormio hæc ſecum. Aequaliũ, id eſt, contubernalium. Angiportum id eſt, locum anguſtum.

PAVLVS MALLEOLVS.

In ſequenti ſcena Phormionis & ſenum habetur contentio. Nam hi cognita Phanio pecunias à Phormione repetunt, uerum is reddere inficiatur, niſi hanc habere uxorem liceat, atq; ita eouſque rixando procedunt, ut Phormio totum Chremetis factum de altera coniuge Lemni filiaq; habita aperiat. Quod Nauſiſtratæ uxori primariæ detegere interminatur: quo medio triginta minas uel inuitis ſenibus retinere conatur, quod Chremes facile conceßit, at Demipho uſque renititur, immo Phormionem clamoſum deprehendere ambo & abducere moliuntur.

ADDITIO.

Attende Phormionis paraſiti in his duabus ſcenis ſequentibus, immo uſquequaque audacem & expromptam calliditatem, Chremetis coram uxore citra uiri decorum formidinem, Demiphonis per totam fabulam nimiã rerum attentione ſolicitudinem.

# ACTVS V. SCENA VIII.

Trimetri.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

DIis magnas merito gratias habeo atq; ago,
Quando euenere hæc nobis frater proſpere.
Quantũ poteſt, nũc cõueniũdus Phormio eſt,

Gratiarum actio de ſecũdo rerũ euentu.

*Dilapidet, id eſt, diſſipet.*

Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas,
Vt auferamus. Phor. Demiphonem ſi domi'ſt,

*Apoſiopeſis.*

Viſam, ut quod. De. at nos ad te ibamus Phormio.
Phor. De eadē hac fortaße cauſa. De. ita hercle. Phor. credidi,
Quid ad me ibatis. ridiculum. an uerebamini

*Recepiſſem, id eſt, promiſiſſem.*

Ne non id facerem quod recepißem ſemel?
Heus, heus, quanta hæc mea paupertas eſt? tamen adhuc

*Iactantia de fide.*

Curaui unum hoc quidem, ut mihi eßet fides. Ch.
Eſt'ne ita ut dixi liberalis? De. oppidò. Phor.

*Paraſiti aſtus.*

Itaq; ad uos uenio nuntiatum Demipho,
Paratum eße: ubi uoltis, uxorem date.
Nam omneis poſthabui res mihi, ita ut par fuit,
Poſtq̃ tantopere id uos uelle animum aduorteram. De.
At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem:

*Vafre retorquet ratiões.*

Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit, tum non eſt data.

*† μίμησις.*

Nunc uiduam extrudi turpe'ſt. fermè eadem omnia

*Qui, id eſt quomodo, q̃q̃ fortè & pluralis numeri eſt.*

Quæ tute dudum coram me incuſaueras. Phor.
Satin' ſuperbe illuditis me? De. qui? Phor. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo ore redibo ad eam quam contempſerim? Ch.

*Hæc Demiphoni clanculum ſuggerit Chremes.*

Tum autem Antiphonem uideo ab ſeſe amittere
Inuitum eam, inque. De. tum autem uideo filium
Inuitum ſanè mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi

*Reſcribi, id eſt, renumerari.*

Argentum iube rurſum reſcribi Phormio. Phor.
Quod? næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui. De.

Quid igitur fiet? Phor. ſi uis mihi uxorem dare
Quam deſpondi, ducam: ſin eſt ut uelis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.
Nam non eſt æquum me propter uos decipi,
Cum ego ueſtri honoris cauſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat. De.
I in malam rem hinc cum iſthac magnificentia
Fugitiue. etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Phor. irritor. De. tun' hanc duceres,
Si tibi data eſſet? Phor. fac periculum. De. ut filius
Cum illa habitet apud te, hoc ueſtrum conſilium fuit.
Phor. Quæſo quid narras? De. quin tu mihi argentum cedo. Phor.
Imò uero tu uxorem cedo. De. in ius ambula. Phor.
In ius enimuero, ſi porrò eſſe odioſi pergitis. De.
Quid facies? Phor. ego' ne? me uos indotatis modò
Patrocinari fortaſſe arbitramini,
Etiam dotatis ſoleo. Chre. quid id noſtra? Phor. nihil.
Hic quandam noram, cuius uir uxorem. Chre. hem. De. quid eſt?
Phor. Lemni habuit aliam. Chre. nullus ſum. Phor. ex qua filiam
Suſcepit, & eam clàm educat. Ch. ſepultus ſum. Phor.
Hæc adeo illi ego iam denarrabo. Ch. obſecro
Ne facias. Phor. oh tun' is eras? De. ut ludos facit? Ch.
Miſſum te facimus. Phor. fabulæ. Ch. quid uis tibi?
Argentum quod habes condonamus te. Phor. audio.
Quid uos (malum) ergo me ſic ludificamini

Diuiſio color.

† Ab iniquo: Ab æquo & honeſto.

Indignanter hæc.

Cedo, id eſt, da.

† Hoc ab utroq; cum clamore dicitur

Apoſiopeſis minaci uultu

Apertius loquens, intercipitur.

* Epitaſis alterius partis in fabula. Chremes terretur.

Inuectiua in ſenes. Inepti ueſtra pucrili ſententia?
Nolo, uolo: uolo, nolo, rurſum cedo, cape,
†ἀναντίωσις τῶν λέξεων. Quod dictum, indictum 'ſt: quod modo erat ratum, ir
tum 'ſt. Chre.
Miratur unde reſciuerit Quo pacto, aut unde hæc hic reſciuit? De. neſcio.
Niſi me dixiſſe nemini, id certo ſcio.
Prouerbiū. Chre. Monſtri (ita me dij amēt) ſimile. Phor. inieci ſcru
pulum. De. hem,
Stomachoſe ad lites concitat. Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle ſatius eſt.
Animo uirili præſentiq; ut ſis para.
A' neceſſario. Vides peccatum tuum eſſe elatum foras,
Neq; iam id celare poſſe te uxorem tuam.
Ab honeſto. Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme,
Ab utili. Id noſmet indicare placabilius eſt.
Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Hæreo, metaphora ab auibus inuiſcatis Vlciſci. Phor. atat, niſi mihi proſpicio, hæreo,
Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Chre.
At uereor ut placari poſſit. De. bono animo es,
† παροιμιακῶς, id eſt, forti. Ego redigam uos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cū de medio exceſſit, unde hæc ſuſcepta 'ſt tibi. Phor.
Aggred. perſtat in metaphora. Ita'ne agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini?
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho.
An tu ubi peregre tibi quod libitum fuit feceris,
†Minatur Phormio. Neq; huius ſis ueritus fœminæ primariæ,
Quin nouo modo ei faceres contumelias,
Lautū, id eſt purgatum. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego dictis illam tibi ita incenſam dabo,
Metaphora. †Extillare, Vt ne reſtinguas lachrymis, ſi extillaueris. De.

Malum quod iſti dij deæq; omnes duint.
Tanta'ne affectum hominem quenquam eſſe audacia?
Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? Chre. in id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo, neſciam prorſus. Demi. ego ſcio,
In ius eamus. Phor. in ius? huc ſi quid lubet. De.
Aſſequere ac retine, dum ego hinc ſeruos euoco. Chre.
Etenim nequeo ſolus, accurre huc. Phorm. una iniuria 'ſt
Tecum. Chre. lege agito ergo. Phor. altera eſt tecum Chreme. De.
Rape hunc. Phorm. ita'ne agitis? enimuero uoce 'ſt opus:
Nauſiſtrata, exi, Chre. os opprime. Dem. impurum uide
Quantum ualet. Phor. Nauſiſtrata inquam. Chre. non taces? Phor.
Taceam? Dem. niſi ſequitur, pugnos in uentrem ingere,
Vel oculum exculpe. Phorm. eſt ubi uos ulciſcar locus.

eſt guttas emittere è corpore. Dona. Interrogationes miræ indignationis. †Conuerſus ad Demiphonem hæc dicit. Vide turbas. Iniuria, id eſt actio iniuriarum. †Etenim pro at. Vrbane, in uentrem paraſiti.

PAVLVS MALLEOLVS.

In hac ultima ſcena inter uirum et mulierem controuerſia eſt, in qua iniquæ tractationis, fit reus maritus, & eſt ſtatus uenialis qualitatis. Hic Chremes adulterij reus, Nauſiſtratæ uxori à Phormione proditur, quem tamen ea grauiter obiurgat. Vnde Phormio magnopere exultat, tam egregiam ſe nactum eſſe de ſenibus ultionem. Tum deinde Demipho pro Chremete & inter-

*cedit, et precatur obnixe, ut uxor ipſi crimen condonet. Tum cõperto Phædriæ amore, contentionis parentum ſuorum ſedandæ arbiter cõſtituitur. Poſtremo quo ſingula in calce iucundius claudantur, paraſitus Phormio ſuopte ingenio ad cœnam ſe quoq; uocaturam eſſe Nauſiſtratam animaduertit.*

ADDITIO.

*Attende hic à poëta habitum, geſtum, uultum, & affectum perſonarum quammirifice expreſſum & obſeruatum.*

## ACTVS V. SCENA VIIII.

*Senarij & octonarij.*

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

*Audiens clamoſi Phormionis uocẽ, hæc dicit.*

*Quis nominat me? Ch. hem. Nau. quid iſthuc turbæ eſt obſecro*
*Mi uir? Phor. hẽ, quid nunc obticuiſti? Nau. quis hic homo 'ſt?*

**Comicum pathos. Phyſice. vergilius: Gelidu'q; coit formidine ſanguis.*

*Non mihi reſpondes? Phorm. hicine ut tibi reſpondeat,*
*Qui hercle ubi ſit neſcit? Chre. caue iſti quicquam credas. Phor.*
*Abi, tange, ſi non totus friget, me eneca.*
*Chre. Nihil eſt. Nau. quid ergo eſt? quid iſthic narrat? Phor. iam ſcies,*
*Auſculta. Chre. pergin' credere? Nau. quid ergo obſecro*
*Huic credam, qui nihil dixit? Phor. delirat miſer*

*Vide timorẽ Chremetis.*

*Timore. Nauſ. non pol temere 'ſt, quòd tu tam times. Chre.*
*Egon' timeo? Phor. recte ſanè, quando nihil times,*

Et hoc nihil eſt quod ego dico, tu narra. De. ſcelus Tibi narret? Phor. eho tu, factum 'ſt abs te ſedulo Pro fratre. Nau. mi uir, non mihi narras? Chr. at. Nau. quid at? — Ironicos. Stomachoſe. Blande.

Chr. Non opus eſt dicto. Phor. tibi quidem, at ſcito huic opu 'ſt.

In Lemno. Ch. hem quid ais? De. non taces? Phor. clam te. Chre. hei mihi. Phor. — Interrumpit uterq; narrationem Phormionis.

Vxorem duxit. Nau. mi homo, dij melius duint. Phor. Sic factum 'ſt. Nauſ. perij miſera. Phorm. & inde filiam — † Narratiuncula.

Suſcepit iam unam, dum tu dormis. Chr. quid agimus? Nauſ.

Prò dij immortales, facinus indignum & malum. — Exclamatio cum ſtomacho.

Phor. Hoc actum 'ſt. Nauſ. an quicquam hodie eſt factum indignius?

Qui mihi ubi ad uxores uentum 'ſt, tum fiunt ſenes. — * Amplificatio digna muliere.

Demipho, te appello: nam me cum hoc diſtædet loqui. — Appello ſcilicet ut teſtẽ.

Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni? hæccine erat quæ noſtros fructus minuit uilitas?

De. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritã non nego, — † Purgatio.

Sed eam quæ ſit ignoſcenda. Phor. uerba fiunt mortuo. De. — Prouerbium.

Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo. — Cauſæ deriuatio.

Vinolentus ferè ab hinc annos quindecim mulierculam — † Ab ætate.

†A` tempore criminis.

Eam compreßit, unde hæc nata'ſt, neq; pòſt illam unquam attigit.

Ea mortem obijt, è medio abijt, qui fit in re hac ſcrupulus.

Oratoria deprecatio.

Quamobrem te oro, ut alia tua facta ſunt, æquo animo hoc feras.

Nauſ. Quid ego æquo animo? cupio miſera in hac re iã defungier.

Defungier, id eſt, mori, finiri.

Sed quid ſperem? ætate porrò minus peccaturum putem?

†ἀνασκευὴ argumẽtorũ quibus Demipho Chremetem Nauſiſtratæ purgauit.

Iam tum ſenex erat, ſenectus ſi uerecundos facit.

An mea forma atq; ætas nunc magis expetẽda eſt Demipho?

A` coniecturis.

Quid mihi nunc affers? quamobrem expectem aut ſperem porrò non fore?

Phor. Eexequias Chremeti, quibus eſt commodum, ire iam tempus eſt.

Inſultat Chremeti tã q̃ iã mortuo.

Sic dabo, age nunc, age Phormionem qui uolet laceßito.

Faxo tali eũ mactatum, atque hic eſt, infortunio.

Atq;, id eſt, ut.

Redeat ſanè in gratiam. iam ſupplicij ſatis eſt mihi.

Iactantia de male actis.

Habet hæc, ei quod dum uiuat uſque ad aurem obganniat. Nauſ.

An meo merito credo? quid ego nũc commemorem Demipho

Singillatim, id ẽ, ſeorſum.

Singillatim, qualis in hunc fuerim? Dem. noui æque omnia

Tecum. Nau. meriton' hoc meo uidetur factum? Dem. minime gentium.

Verum quando iam accuſando fieri infectum non poteſt, † Statum uenialis.
Ignoſce: orat, confitetur, purgat. quid uis amplius?
Phor. Enimuero priuſquam hæc dat ueniam, mihi proſpiciam & Phædriæ.
Heus Nauſiſtrata, priuſquam huic reſpondes temere, audi. Nau. quid eſt? Phor. Aliud malum dicturus.
Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli,
Eas dedi tuo gnato, is pro ſua amica lenoni dedit. Gnato Phædriæ ſcilicet.
Chre. Hem quid ais? Nau. adeon' hoc indignum tibi uidetur, filius
Homo adoleſcens, ſi habet unam amicam, tu uxores duas? Excuſat filij amorem.
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? reſponde mihi.
De. Faciet ut uoles. Nauſ. imò ut iam ſcias meam ſententiam, Duriuſcula eſt, Nauſiſtrata.
Neq; ego ignoſco, neque promitto quicquam, neque reſpondeo
Priuſquam gnatum uideo, eius iudicio permitto omnia. Filiū iudicē conſtituit.
Quod is iubebit, faciam. Phor. mulier ſapiens es Nauſiſtrata. Nau. * Cataſtrophe.
Satis tibi eſt? Phor. imò uero pulchre diſcedo, et probe
Et præter ſpem. Nau. tuum nomen dic quod eſt. Phor. mihin'?
Phormio, ueſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus Phædriæ. Summus ſcilicet amicus.
Nau. Phormio? at ego ecaſtor poſthac tibi quod potero, & quæ uoles, Pollicerī operam ſuam.

Faciamq́; & dicam. Phor. benigne dicis. Nau. pol meritum 'ſt tuum.

Dictum in liuidos. Phor. Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata?

† Paraſitum & eſſe & uideri uult Phormio. Et quod tuo uiro oculi doleant? Nau. cupio. Phorm. me ad cœnam uoca. Nau.

Pol uero uoco. De. eamus intrò hinc. Chre. fiat. ſed ubi eſt Phædria

Iudex noſter? Phor. iam hic faxo aderit.

CALLIOPIVS.

Vos ualete, &

plaudite.

PHORMIONIS FINIS.

Coloniæ, apud Ioannem Soterem impenſis Ioannis Gymnici:

ANNO M D XXIX.